BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVIII
A
6
NAPOLI
XXVIII A 6

6

M. TVLLII
CICERONIS
OPERVM TOMVS

ſextus, omneis eius Epiſtolas ad Familiares complectens.

Varijs doctiſsimorum quorumq; virorum lectionibus, & argumentis Opera ALEXANDRI SCOT *Scoti auctus & illuſtratus.*

Acceſſerunt Dionyſij Lambini & Fuluij Vrſini annotationes, ſeu emendationum rationes.

NAPOLI

LVGDVNI,

Sumpt. Ioan. Pillehotte ad inſigne IESV.

M. DCIX.

Cum Priuilegio Regis.

AVCTORES, QVORVM NOS HIC IN MARGINE cenſuram notauimus, hi ſunt præcipui.

P. Victorius.
Paul. & Aldus Manutij.
Dionyſius Lambinus.
Carolus Sigonius.
M. Ant. Muretus.
Robertus Stephanus.
Fuluius Vrſinus.
Lipſius.
A. Pantagathus.
Sebaſtianus Corradus.
Had. Turnebus.
Leonardus Malæſpina.
Io. Auratus.

Ordinem Epiſtolarum, quem Dionyſius Lambinus approbauit, omninò ſumus ſecuti. quid autem à vulgarium librorum diſtinctione differat, Tabella ante Apparatum Latinæ locutionis appoſita demonſtrabit.

M. TVLLII CICERONIS

EPISTOLARVM ad Familiareis *,

Liber I. ad P. Lentulum.

ARGVMENTVM.

Pub. Lentulo Spinteri Ciliciam pro Conſule admini-ſtranti ſcribit Cicero, de eius erga Lentulum pietate in hoc vno maxime, vt Ptolemeum Auletem regem Aegypti in regnum reduceret. De Ammonio regis legato. De Lentuli competitore Pompeio, de his quæ in Senatu eo nomine acta ſunt ante Id. Ianuarias ab Hortenſio, Cicerone, Lucullo, Craſſo, Volcatio, Afranio, Libone, & Hypſæo: de ſtudio & officio Ciceronis in Lentulum. Scripta eſt Cn. Cornelio Lentulo Marcellino, L. Martio Philippo Coſs. Anno Vrbis conditæ. DCLXXXXIIII.

M. T. C. P. LENTVLO PRO COS. S. D. 1

EGo omni officio, ac potiùs pietate erga te, ceteris ſatisfacio omnibus: mihi ipſe numquam ſatisfacio. Tanta enim magnitudo eſt tuorum erga me meritorum, *a* vt, quoniam tu, *b* niſi perfecta re, de me nõ conquieſti: ego, quia non idẽ in tua cauſa efficio, vitam mihi eſſe acerbam putem In cauſa hæc ſunt. * Ammonius, regis legatus, apertè pecunia nos oppugnat. Res agitur 2 per eoſdem *c* creditores, per quos, cùm tu aderas, agebatur. Regis cauſa, ſi qui ſunt, qui velint, *d* qui pauci ſunt, omnes rem ad Pompeium deferri volunt. Senatus religionis *e* calũniam nõ religione, ſed *f* maleuolentia, & illius regiæ largitionis inuidia comprobat. Pompeiũ & hortari, &

* vt ab his q. ad Attic. diſtinguantur, ſingulos epiſtolarum libros ab eo ad quẽ prima eius epiſtola ſcribitur denominauit.

a al. vt, quia tu.

b L. niſi perfecta re de me, non conq. * Sic 6. epiſt. ad Balbum.

* alij, Hammonius, &c. de quo Str. libr. 12.

c q. v. c. cõpetitores, vide X. ad Q. Fr. ep. 2.

d al. qui tamen pauci ſunt.

e q. v. c. calumniam, &c. non pl.

f v. c. maliuolentia.

orare,*g* & iam liberiùs accuſare, & monere, vt magnam infamiam fugiat non deſiſtimus. Sed planè nec precibus noſtris, 3 nec *h* admonitionibus * reliquit locum. Nam cùm in ſermone quotidiano, tum in ſenatu palam ſic egit cauſam tuam, vt neque eloquentia maiore quiſquam, neque grauitate, *i* nec ſtudio, nec contentionè agere potuerit, cum ſumma teſtificatione tuorū in ſe officiorum, & amoris erga te ſui. Marcellinum tibi eſſe iratumſcis Is, hac regia cauſa excepta, ceteris in rebus ſe acerrimum tui defenſorem fore oſtendit. Quod dat, accipimus: quod inſtituit referre de religione, & ſæpè iam retulit, ab eo deduci non poteſt. Res ante *k* idus acta ſic eſt. nam hæc idib. manè ſcripſi Hortenſij, & mea & Luculli ſententia cedit religioni de exercitu (teneri enim res aliter non poteſt) ſed ex illo ſenatuſconſulto, quod te referente factum eſt, tibi decernit, vt regem *l* reducas: *m* quod commodo reip. facere poſſis: vt exercitum religio tollat, te auctorem ſenatus retineat. Craſſus *n* treis legatos decernit, nec excludit Pompeium, cẽſet enim etiam ex ijs, qui cum imperio ſunt. Bibulus treis legatos ex iis, qui priuati ſunt. Huic aſſentiuntur reliqui conſulares, præter Seruilium qui omnino reduci negat oportere: *o* & Volcatium, qui, Lupo referente, * Pompeium decernit: & Afranium, qui aſſentitur Volcatio: quæ res auget ſuſpicionem Pompeij voluntatis 4 nam *p* aduertebatur, Pompeij familiareis *q* aſſentire Volcatio. Laboratur vehementer: inclinata res eſt. † Libonis, & * Hypſæi non obſcura concuriatio, & contentio, omninmq; Pompeij familiariū ſtudium, in eam opinionem rem adduxerunt, vt Pompeius cupere videatur: cui qui nolunt, iidem tibi, quòd eum ornaſti, non ſunt amici. Nos in cauſa auctoritatem eo minorem habemus, quòd tibi * debemus. Gratiam autem noſtram extinguit hominum ſuſpicio, quòd Pompeio ſe gratificari putant. Vt

in

g al. & liberius acc. al. etiam liberius acc.
h for. monitionibus. q.v.c. ammonitionibus. fortè monitionibus.
* relinquit.
i q.v.c. neque ſtudio.
k o.v.c. eidus.
l L. de ducas.
m L. quod commodo facere poſſit: * alij quod commodo rem facere poſſis.
n o.v.c. tris legatos.
o al. & Vulcatium.
* Pompeio.
p L. animaduertebatur.
* rectè q.v.c. aduertebatur, &c. al. v. c. aduertebatur.
q q.v.c. aſſētiri.
* Lāb. Hupſæi. Hypſæi nomē familiç.
* quidā debeamus legendū cōſiliūt. vt ep. 7

in rebus multò antè, quàm profectus es, ab ipſo rege,& ab intimis, ac domeſticis Pompeij clam exulceratis, deinde palàm à conſularibus exagitatis, & in ſummam inuidiam adductis, ita verſamur. Noſtram r fidem omnes, amorem tui abſentis præſentes tui cognoſcent. Si eſſet in iis fides, in quibus ſumma eſſe debebat, non laboraremus.

r for. in te fidem.

ARGVMENTVM.

Significat Cicero quid actum ſit in Senatu, quid ipſe oratione ſua profecerit, quē Bibuli ſententia exitum habuerit: qui Ptolemæum tribus legatis reducendū eſſe cenſuit. Cùm Hortenſius à Lentulo, Volcatius à Pompeio reducendum contenderent, Conſules quid ſentiant, quo Pompeius, quo familiares eius animo ſint: & quoniam Lentulo in regia cauſa duo maximè tribuni plebis aduerſabantur Cato, & Caninius, quorum alter regis reductionem oppugnabat, alter ſtudebat Pompeio: his ne quid cū populo agere poſſent, obiecta eſſe dicit impedimenta auſpiciorum & legum: iiſdem COSS. ſcripta, vt narrat Dion.

M. T. C. S. D. P. LENTVLO PROCONSVLI.

IDIBVS Ianuariis in ſenatu nihil eſt confectum, propterea quòd dies magna ex parte cōſumtus eſt altercatione s Lentuli conſulis & Caninij tribuni pl. Eo die nos quoque multa verba fecimus: maximéque viſi ſumus ſenatum commemoratione tuæ voluntatis erga illum ordinem t commouere. Itaque poſtridie placuit vt breuiter ſententias diceremus. videbatur enim reconciliata nobis v voluntas ſenatus eſſe: quod tum dicendo, tū ſingulis appellandis, rogandíſque perſpexeram. Itaque cùm ſententia prima Bibuli pronuntiata eſſet, vt tres legati regem reducerent: ſecunda Hortenſij, vt tu ſine exercitu reduceres: tertia Volcatij, vt Pompeius reduceret: poſtulatum eſt, vt Bibuli ſententia diuideretur. Quatenus

s al. Lucii conſi.

t al. permouere.

v v.c. volūtas eſſe ſenatus.

de religione dicebat, 1 *x* rei ei * iam obſiſti non poterat, Bibulo aſſéſum eſt de tribus legatis frequentes ierũt in alia omnia. Proxima erat Hortenſij ſententia cùm lupus, tribunus pl. quòd ipſe de Põpeio retuliſſet, *y* 2 contendere cœpit, antè ſe oportere diſſeſſionem facere, quam * conſules. Eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum eſt. erat enim & iniqua, & noua. Conſules neque concedebant, neq; valde repugnabant. diẽ conſumi volebant: id quod eſt factum. Perſpiciebant enim, in Hortenſij ſententiam multis partibus plureis ituros: quãquam aperte Volcatio *z* aſſentirentur. Multi rogabantur, atque idipſum cõſulibus inuitis. 3 *a* nam ij, Bibuli ſententiam valere cupierunt. Hac controuerſia vſq; ad noctem ducta, ſenatus eſt dimiſſus: & ego eo die caſu apud Pompeium cœnaui: nactuſque tempus hoc magis idoneum, quam vnquam antea, quòd poſt tuum diſceſſum, *b* is dies primus honeſtiſsimus nobis fuerat in ſenatu: ita ſum cum illo locutus, vt mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere: quẽ ego ipſum cùm audio, prorſus eũ libero omni ſuſpicione cupiditatis. cùm autem eius familiareis omnium ordinum video, perſpicio, id quod iam omnibus eſt apertum, totam rem iſtam iampridem à certis hominibus, non inuito rege ipſo, conſiliariiſque eius, eſſe corruptã. Hæc ſcripſi *c* ad XVI. kal. Febr. ante lucẽ. Eo die ſenatus erat futurus. Nos in ſenatu, quemadmodum ſpero, dignitatem noſtram, vt poteſt in tanta hominum perfidia, & iniquitate retinebimus. Quod ad popularem rationem attinet, hoc videmur eſſe conſecuti, vt nequid agi cum populo aut ſaluis auſpicijs, aut ſaluis legibus, aut deniq; ſine vi poſſit. De his rebus pridie, quàm hæc ſcripſi, ſenatus auctoritas grauiſſima *d* interceſſerat: cui cùm Cato, & Caninius interceſſiſſent, tamen eſt perſcripta. Eam ad te miſſam eſſe arbitror. De ceteris rebus, quidquid

x L. cui qui dẽ rei iam obſ.
* al. clam.
y intẽdere. alij interced.
* alij conſulares.
z alij aſſentirentur: multi atq; idipſum. Coss.
a L. nam ei Bib.
b L. is dies honeſtiſsimus.
c L. a. d. XVI. al. die XVI. kal. Febr.
c
d L. interceſſit. & ita v. c.

quid erit actum, ſcribam ad te: 4 & vt quàm rectiſſimè *e* agantur, omni mea cura, opera, diligentia, gratia prouidebo. Vale.

ARGVMENTVM.

Aulum Trebonium commendat Lentulo, à tribus iis quibus perfecta commendatio conſtat, puta: amicitia cum eo qui commendatur, rei æquitate, & ſtudio commendantis.

M. T. C. P. LENTVLO, S. D. 3

f AVLO Trebonio, qui in tua prouincia magna negotia, & ampla & expedita habet, multos annos vtor valde familiariter Is cum antea ſemper & ſuo ſplendore, † & noſtra cæterorúmque amicorum commendatione *g* gratiſſimus in prouincia fuit: tum hoc tempore propter tuum in me amorem, noſtrámque neceſſitudinem vehementer *h* confidit his meis literis, ſe apud te gratioſum fore: quæ ne ſpes eum fallat, vehementer *i* te rogo: commendóq; tibi eius omnia negotia, libertos, procuratores, familiam: in primiſque, vt, quæ T. * Ampius de eius te decreuerit, ea comprobes, omnibúſque rebus eum ita tractes, vt intelligat, *k* noſtram commendationem non vulgarem fuiſſe. Vale.

ARGVMENTVM.

Iterum de reducendo rege Ptolemeo, & quæ eo nomine XVI. *Kalen. Febr. acta in ſenatu à Volcatio, ab aduerſariis Lentuli Curione, Bibulo, Caninio, Catone: de iniquo Tribunorum aduerſus Lentulum animo. De ſtudiis Ciceronis, ſenatus, populi, erga Lentulum.*

M. T. C. S. D. P. LENTVLO PRO CONS. 4

l AD XVI. Kal. Feb. cùm in ſenatu pulcherrimè ſtaremus, quod iam illam ſententiam Bibuli de tribus legatis, pridie eius diei fregeramus: 1 vnúmque certamen eſſet relictum, *m* ſententia Volcatij: res ab aduerſariis noſtris

e al. agantur omnia, mea cura &c. * alij omnia mea cura. alij quam rectiſsimè agantur omni mea.

f Videtur eſſe pars ſuperioris epiſtolę, quomodo eſt in veteribus codicibus. * alii s quartæ epiſtolæ initium.

g l. gratioſiſſimus.

h v.c. confidit meis literis, ſe ap.

i v.c. rogo te.

* alij Appius, an bene, viderit prudens lector.

k v.c. mea comm. & ita l.

l A. D. xvi kal. al. Die. xvi kal.

m for. cum ſententia Volc.

extracta eſt variis calumniis. cauſam enim frequenti ſenatu, *n* in magna varietate, *o* magnáque inuidia eorũ, qui à te cauſam regiam *3* al *o o* tráſferebant obtinebamus. Eo die acerbũ habuimus Curionem: Bibulum multò iuſtiorem: pænè etiam amicum. Caninius, & Cato negarunt ſe legem vllam ante comitia eſſe laturos. Senatus haberi ante kalendas Febr. per legem * Pupiam, id quod ſcis, non poteſt: neque menſe Feb. toto, niſi perfectis, aut reiectis legationibus. Hæc tamen opinio eſt populi R. à tuis inuidis, atque obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis, non tam vt te impedirẽt, quàm vt ne quis propter exercitus cupiditatem * Alexandriam † vellet ire. Dignitatis autem tuæ nemo eſt, quin exiſtimet hábitam eſſe rationem ab ſenatu. Nemo eſt enim, qui neſciat, quo minùs diſceſſio fieret, per aduerſarios tuos eſſe factum: qui nunc *p* populi R nomine, re autẽ vera, ſceleratiſſimo latrocinio, *q* ſi quæ conabũtur agere, ſatis prouiſum eſt, vt ne quid ſalutis auſpicijs aut legibus, *r* aut iam ſine vi agere poſſint. Ego neque de meo ſtudio, neque de nonnullorum *s* iniuria ſcribendũ mihi eſſe arbitror. Quid enim aut me oſtentem? qui ſi vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videor tuorum meritorum aſſecutus: aut de aliorum iniuriis querar? quod ſine ſummo dolore facere non poſſum. Ego tibi à vi, hac præſertim imbecillitate magiſtratuũ, præſtare nihil poſſum.* vi excepta, poſſum confirmare, te & ſenatus, & populi R. ſummo ſtudio, amplitudinem tuam retenturum. Vale.

n L. nõ magna varieta te, magna inuidia eor.
o L. traſferebant, & ita duo v. c.
* hæc lex diebus comitialibus ſenatũ habere vetat. *a.* ad Q. Fratr. 12.
* Alexandream Vrſinus.
p. v. c. populi nomine, & ita L.
q v. c. ſi qua.
r L. aut etiam.
s al. inuidia.
* al. at ea excepta.

ARGVMENTVM.

Iterum de regia cauſa, de C. Catonis lege promulgata, vereri ſe ne regia cauſa aut Lẽtulo eripiatur, aut deſeratur, ſin minus, ſe id effecturũ ſperat, vt Pompeio etiã eripiatur, & tamẽ Lentulo nihil deſperandum: virtute n. id munus facilè obtineri poſſe. Põpeiũ de eo obtinẽdo iã quaſi deſperare. De ſuo Seliciũ cõſilio.

M. T. C. S. D. P. LENTVLO PROCONS. 5

TAMETSI nihil mihi fuit optatius, quàm vt primùm abs teipſo, deinde à ceteris omnibus, quã gratiſſimus erga te eſſe cognoſceret, tamẽ afficior ſummo dolore, eiuſmodi tẽpora poſt tuã profectionem conſecuta eſſe, vt & meã, & ceterorum erga te fidem, *t* & beneuolentiã abſens experirere *u* Te autem videre & ſentire, eandẽ fidem *x* eſſe hominum in tua dignitate, quam ego in mea ſalute ſum expertus, ex tuis literis intellexi. Nos cũ maximè conſilio, ſtudio, labore gratia, de cauſa regia niteremur, ſubitò exorta eſt nefaria Catonis promulgatio, quæ noſtra ſtudia impediret, & animos à minore cura ad ſummum timorem traduceret. Sed tamen in eiuſmodi *y* rerum perturbatione, quanquam omnia ſunt metuẽda, nihil magis, quàm perfidiam timemus: & Catoni quidem (quoquo modo *z* ſe res habeat) profectò reſiſtimus. De Alexandrina re, cauſaq; regia, tãtum habeo polliceri, me tibi abſenti, tuiſq́ue præſentib. cumulatè ſatisfacturũ. Sed vereor, *z* ne aut *a* eripiatur nobis regia cauſa, aut deferatur: quorum vtrum minùs velim, non facilè poſſũ exiſtimare. Sed, ſi res coget, eſt quiddam tertium, quod neq; Selicio, *b* nec mihi diſplicebat: vt neq; iacere regem pateremur, *c* nec, nobis repugnantibus, ad eum deferri, ad quem propè iam *d* delatũ eſſe exiſtimatur. A nobis agentur omnia diligenter: vt nec, ſi quid obtineri poterit, non contẽdamus: nec, ſi quid non obtinuerimus, repulſi eſſe videamur. Tuæ ſapientiæ, magnitudiniſq; animi eſt, omnem amplitudinem, & dignitatem tuam in virtute, atque in rebus geſtis tuis, atq; in tua grauitate poſitã exiſtimare. Si quid *e* ex iis reb', quas tibi *f* fortuna elargita eſt, nonnullorum hominum perfidia detraxerit, id maiori illis fraudi, quàm tibi, futurum. A me nullum tem-

t v.c. & beniuolentiã.
u Lamb. Te autem & vidère & ſentire.
x eſſe, abeſt à quibuſ. v.c.
y L. perturbatione rerũ q. & ita v.c.
z L. quoquo modo ſeſe res habet. al. res ſe habet.
a Lamb. eripiatur cauſa regia à nobis, aut deferatur.
*excipiatur m.s. quedã.
b al. neque mihi.
c al. neque nobis rep.
d v.c. delatum exiſtimatur.
e v.c. de iis rebus. & ita L.
f L. fortuna largita eſt.

pus prætermittitur de tuis rebus & agẽdi,† & cogitandi. vtórque ad omnia Q. Selicio: *g* neque enim prudentiorem quenquam ex tuis,2 * neque fide maiore eſſe iudico, neque amantiorem tui. Hîc quæ agantur, quæque acta ſint, ea te, *h* & literis multorum, & nuntijs cognoſcere arbitror: quæ autem poſita ſunt in coniectura, quæq; mihi videntur fore, ea puto tibi à me ſcribi oportere. Poſteaquàm Pompeius apud populum *i* ad VIII. Idus Febr. cùm pro Milone diceret, clamore, cõuicioque* iactatus eſt, in ſenatuq; à Catone aſperè, & acerbè,3 *k* omnium magno ſilentio eſt accuſatus: viſus eſt mihi vehementer eſſe perturbatus Itaq; Alexandrina cauſa, quæ nobis adhuc integra eſt (nihil enim tibi detraxit ſenatus, niſi id, quod per eandem religionem dari* alteri non poteſt) videtur ab illo planè eſſe* depoſita. Nunc id ſperamus, idque molimur, vt *l* cùm rex intelligat, *m* ſeſe, id quod cogitabat, vt à Pompeio reducatur, aſſequi non poſſe; &, niſi per te ſit reſtitutus, deſertum ſe, atque abiectum fore, proficiſcatur ad te. Quod ſine vlla dubitatione, ſi Pompeius paulum modò oſtenderit ſibi placere, faciet. Sed noſti hominis tarditatem, & taciturnitatem. Nos tamen nihil, quod ad eam rem pertineat, prætermittimus. Ceteris iniurijs, quæ propoſitæ ſunt à Catone, facilè, vt ſpero *n* reſiſtemus. Amicum ex conſularibus neminem *o* tibi eſſe video, præter Hortenſium, & Lucullum: ceteri ſunt partim obſcuriùs iniqui, partim non diſſimulanter irati. Tu fac animo forti, magnoque ſis: ſperesque fore, vt fracto impetu leuiſſimi hominis, tuam priſtinam *p* dignitatem, & gloriam conſequare.

g L. quo neque prud. al. nec enim pr.* neque fide maiorem. alij neque fide meliorem. alij neque fide meliore. ſic Lamb.
h al. ex literis m.
i L. a. d. VIII
*alij iactus.
k al. nimiũ magno ſil. & ita v. c. tres.
* fortè etiã alteri.
* fort. depoſita vel ſeparata.
l L. vt rex, cum in ell. & ita v. c.
m al. ſeſe quod cogitabat.
n al. reſiſtimus.
o al. eſſe tibi.
p al. gloriã, & dignitatem cõſeq.

ARGVMENTVM.

Sperare ſe ſcribit vt aduerſariorum Lentuli improbitas infringatur conſilijs amicorum, & ipſo temporis lapſu: idq; eò magis quod in maioribus malis in ſuis rebus Cicero ipſe ſit expertus.

M. T.

M. T. C. P. LENTVLO PROCONS. S. D. 6

QVAE gerantur, accipies ex Pollione: qui omnibus negotijs non interfuit ſolum, *q* ſed præfuit. Me in ſummo dolore, *r* quem in tuis rebus capio, † maximè * ſcilicet conſolatur ſpes, quòd valde ſuſpicor, fore, vt infringatur hominũ improbitas, & conſiliis tuorum amicorum, & ipſa die: *r* qua debilitantur cogitationes & inimicorum, *s* & proditorum. Facile ſecundo loco me conſolatur recordatio meorum temporum: quorum imaginem video in rebus tuis. Nam etſi minore in *t* re violatur tua dignitas, quàm mea ſalus afflicta ſit: tamen eſt tanta ſimilitudo, vt ſperem, te mihi ignoſcere, ſi ea non timuerim, quæ ne tu quidem vnquam *t* timenda duxiſti. Sed præſta te eum qui mihi a teneris (vt Græci dicunt) * vnguiculis es cognitus. Illuſtrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum iniuria. *u* A me omnia ſumma in te ſtudia, officiaque expectà: non fallam opinionem tuam. Vale.

q L. ſed & præfuit.
* alij, maximè conſolatur quod valde, &c. alij maximè dolorẽ conſolatur ſpes.
* alij, ſcilicet maximè. Vrſinus ſcil. gloſſema eſſe iudicat.
r L. quæ debilitat cogitationes & inim. & ita v.c.
s q.c. & proditorũ tuorum.
t al. timẽda eſſe duxiſti.
* ⁊ Græci ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων. Plut. ἐν τῷ περὶ παίδων ἀγωγῆς.
v A me autem omnia ſ. & ita L.

ARGVMENTVM.

Reſpondet ad ea quæ Lentulus quæſierat & primò de ſuo in Lentulum amore. De amicorum fide: De Alexandrina cauſa: De ſuis in rep. capeſſenda conſiliis. & hominum conſularium inuidia: vbi & cohortatio ad gloriam: De ſtatu reip. De Tulliæ Craſſipediſque nuptiis: De Lentuli filio. ſcripta Pompeio & Craſſo iterum Coss. A. V. C. DCLXXXXV.

M. T. C. P. LENTVLO PRO CONS. S. D. 7

1 LEGI tuas literas: quibus ad me ſcribis, gratum tibi eſſe, quòd crebrò certior per me fias de omnibus rebus, & meam erga te beneuolentiam facilè perſpicias: quorum alterum mihi, vt te plurimùm diligam, facere neceſſe eſt, ſi volo is eſſe, quem tu me eſſe voluiſti: alterum facio libenter: vt, quoniam interuallo locorum, & temporum diſiuncti ſumus, per

literas tecum quàm ſæpiſſime colloquar. Quòd ſi
rariùs fiet,quàm tu exſpectabis,id erit cauſę,quod
non eius generis meæ literæ ſunt, vt eas audeam
temere committere. * Quoties mihi certorum
hominum x facultas erit, quibus rectè dem, non
prætermittam. Quòd ſcire vis, qua quiſq; in te 2
fide ſit,& volũtate:difficile dictu eſt de ſingulis.
Vnum illud audeo,quod antea tibi ſępe ſignifica-
ui,nunc quoq; re perſpecta, & cognita, ſcribere:
vehementer quoſdam homines, & eos maximè,
y qui te & maximè debuerunt,& plurimum iuua-
re potuerunt,inuidiſſe dignitati tuę:ſimillimamq;
in re diſſimili,tui temporis nunc,& noſtri quondã
fuiſſe rationem:vt,quos tu reip. cauſa læſeras,pa-
làm te oppugnarent:quorum auctoritatem,digni-
tatem,voluntatémque defenderas, non tam me-
mores eſſent virtutis tuæ, quàm laudis inimici.
Quo quidem tempore, vt perſcripſi ad te anteà,
cognoui Hortenſium percupidum tui, ſtudioſum
Lucullum:ex magiſtratibus autem z L. Rucilium
& fide,I & animo in te ſingulari. Nã noſtra pro-
pugnatio,ac defẽſio dignitatis tuæ, propter ma-
gnitudinẽ beneficij tui fortaſſe pleriſq; officij ma-
iorẽ auctoritatem habere videatur,quàm ſenten-
tiæ. Prætereà quidẽ de conſularibus nemini poſ-
ſum aut ſtudij erga te,aut officij, aut amici animi
eſſe teſtis. Etenim Pompeium, qui mecum ſæ- 3
piſſimè, non ſolùm à me prouocatus, ſed etiam
ſua ſponte de te communicare ſolet, ſcis tẽpori-
bus illis non ſæpe in ſenatu fuiſſe. Cui quidẽ lite-
ræ tuæ, quas proximè miſeras, quod facilè intel-
lexerim,periucũdæ fuerunt. Mihi quidẽ humani-
tas tua,vel ſumma potiùs ſapiẽtia,non iucũda ſo-
lùm,a ſed etiam admirabilis viſa eſt. Virum enim
excellentẽ,& tibi tua præſtanti in eũ liberalita-
te deuinctũ,nonnihil ſuſpicantẽ, propter aliquo-
rum opinionẽ ſuæ cupiditatis, * te ab ſe b abalie-
natum,illa epiſtola retinuiſti,qui mihi cùm ſẽper
tuæ laudi fauere viſus eſt,etiam ipſo ſuſpicioſiſſi-
me

* alij Quotiens.
x v.c.poteſtas erit, & ita Lamb.
y for.qui te iuuare & maximè debuerunt,& plurimum potuerunt:
z L.L.Racilium.
a v.c.ſed & admirab.& ita L.
* al. tuæ. aliàs deeſt te.
b al.alienatum.

mo tempore. *c* Caniniano: tum verò, lectis tuis literis, perſpectus eſt à me, toto animo, de te, ac de
4 tuis ornamentis, & commodis cogitare. || Quare ea quæ ſcribā, ſic habeto, me, cū illo, re ſæpe cōmunicata, de i lius ad te ſententia, atque auctoritate ſcribere: Quoniam ſenatuſconſultum nullū extat, quo reductio regis Alexandrini tibi adēta ſit: eáque, quæ de ea *d* ſcripta eſt, auctoritas, cui ſcis interceſſum eſſe, vt ne quis omnino regē reduceret, tantam vim habet, vt magis iratorum hominum ſtudium, quàm conſtantis ſenatus cōſilium eſſe videatur: *e* te poſſe perſpicere, qui Ciliciam, Cyprúmq; teneas, quid efficere, & quid conſequi poſſis: & *f* ſi res facultatē habitura videatur, vt * Alexandriam, atque Ægyptum tenere poſſis: eſſe & tuæ, & noſtri imperij dignitatis, Ptolemaide, aut aliquo propinquo loco rege collocato, te cum claſſe atq; exercitu proficiſci Alexandriam: vt, cùm eā pace præſidiiſque firmaris, Ptolemæus redeat in regnum: ita fore, *g* vt per te reſtituatur, quemadmodum ſenatus initiò cēſuit: & ſine multitudine reducatur, quemadmodum homines religioſi Sybillæ placere dixerunt. Sed hæc ſentētia ſic & illi, & nobis probabatur, vt ex euētu homines de tuo conſilio exiſtimaturos videremus, ſi cecidiſſet vt volumus, & optamus: omneis te & ſapiēter, & fortiter: * ſin aliquid offenſum eſſet eoſdē illos & cupidè, & temere feciſſe dicturos.
5 || Quare quid aſſequi poſſis, non tā facile eſt nobis, quàm tibi, *h* à cui propè in cōſpectu Ægyptus eſt, id iudicare. *i* Nos quidē hoc ſētimus: ſi exploratum tibi ſit, poſſe te illius regni potiri, non eſſe cunctandum: ſin dubium, non eſſe conandum. Illud tibi affirmo, ſi rem iſtam ex ſententia geſſeris, fore, vt abſens à multis: cùm redieris, ab omnibus collaudēre offenſionem eſſe periculoſam propter interpoſitam auctoritatem, religionémque video. Sed ego, *k* te vt ad certam laudem adhortor, ſic à dimicatione deter-

c al. Catoniano: his fauet epiſt. 5. ſupra. vide Plutar. in Pōpeio vbi de Caninio Cic. 2. ad Quin. Fr. 5.

d al. perſcripta eſt.

e L. te perſpicere poſſe, qui, & cet. & ita v.c.

f L. ſi tibi res facult.

* Alexandream. Vrſinus.

g q. v. c. vt & per te reſtit. & ita L.

* al. ſi.

h L. cuius propè in cō ſpectu Aegyptus eſt, iudicare. & ita v.c.

i al. id quidem nos ſ.

k q. v. c. vt te ad cert. & ita L.

deterreo : redeoque ad illud, quod initiò ſcripſi,
totius facti tui iudicium non tam ex conſilio tuo,
quàm ex euentu homines eſſe facturos. || Quòd 6
ſi hæc ratio rei gerendæ, periculoſa, *l* tibi videbi-
tur, placebat illud, vt, ſi rex amicis tuis, *m* qui per
prouinciam imperij tui pecunias ei credidiſſent,
fidem ſuam præſtitiſſet : & auxiliis eum tuis, &
copiis adiuuares. † eam eſſe naturam, & * ra-
tionem prouinciæ tuæ, vt illius reditum vel
adiuuando confirmares, vel negligendo impe-
dires. In hac ratione quid res, quid cauſa, quid
tempus ferat, tu facillimè, optiméque *n* perſpi-
cies : quid nobis placuiſſet, ex me potiſſimùm pu-
taui te ſcire oportere. || Quòd mihi de noſtro 7
ſtatu, de Milonis familiaritate, de leuitate, & im-
becillitate Clodij gratularis : minimè mira-
mur, te tuis, vt egregium artificem, præcla-
ris operibus lætari : quamquam eſt incredibi-
lis hominum peruerſitas (*o* grauiori enim ver-
bo vti non libet) qui nos, quos fouendo in
communi cauſa retinere potuerunt, inuiden-
do *p* abalienauerunt : quorum *q* maleuolen-
tiſſimis obtrectationibus nos ſcito de vetere il-
la noſtra, diuturnáque ſententia propè iam eſſe
depulſos, non nos quidem vt noſtræ dignitatis
ſimus obliti, ſed vt habeamus rationem ali-
quando *r* etiam ſalutis. Poterat vtrumque
præclarè, ſi eſſet fides, ſi grauitas in homini-
bus conſularibus. ſed tanta eſt in pleriſque leui-
tas, vt eos non tam conſtantia in rep. noſtra de-
lectet, quàm ſplendor offendat. || Quod eo *s* li- 8
berius ad te ſcribo, *t* quòd tu non ſolùm tem-
poribus iis, quæ per te ſum adeptus, *u* ſed etiam
olim naſcenti propè noſtræ laudi, *x* dignitati,
virtutique *y* præfuiſti: ſimul quòd video, non, vt
antehac putabam, nouitati eſſe inuiſum meæ : in
te enim homine omnium nobiliſſimo, ſimilia in-
uidorum vitia perſpexi : *a* quem tamen illi eſſe
in principibus facilè ſunt paſſi, euolare altiùs
certè

l v.c. & L. tibi eſſe vi.
m L. qui per prouinciã tuam, atq; imperij tui prouincias, pecun. ei credi. * alij, prouinciã tuam atq; imperij tui prouincias, pecunias credid. &c. alij, qui per prouinciã atque imperium tuũ.
* al. regionẽ, ſed malè.
n al. proſpicies.
o al. (grauiore enim
p Lã. abalienarũt. & ita v.c. q. v. c. maliuolentiſſ.
x v.c. & ſalutis.
s L. liberi⁹.
t v. c. qui non ſolùm.
v v.c. ſed iã olim, al. ſed & iã olim.
x al. dignitatiq; præf.
y fort. præluxiſti. * al. fauiſti.
a al. quem

certè noluerunt. Gaudeo tuam diſſimilem fuiſſe
fortunam. multùm enim intereſt, vtrùm laus
imminuatur, an ſalus deſeratur. Me meæ tamen
ne nimis pœniteret, tua virtute perfectum eſt.
Curaſti enim, vt plus additum ad memoriam no-
minis noſtri, *b* quàm ademptum de fortuna vi-
9 deretur. || Te verò moneo cùm beneficijs tuis,
tum amore incitatus meo, vt omnem gloriam,
ad quam à pueritia inflammatus fuiſti, omni
cura, atque induſtria conſequare: magnitudinem-
q́ue animi tui, quam ego ſemper ſum admiratus,
c ſempérque amaui, ne vnquam inñectas cuiuſ-
quam iniuria. Magna eſt hominum opinio de
te, magna commendatio liberalitatis, magna me-
moria conſulatus tui. Hæc profectò vides quan-
to expreſſiora, quantoq; illuſtriora futura ſint,
cùm aliquantum ex prouincia, atque ex imperio,
laudis acceſſerit. Quamquam te ita gerere volo,
quæ per exercitum, atque imperiū gerenda ſunt,
vt hæc multò antè meditare, huc te pares, hæc
cogites, ad hæc te exerceas: ſentiáſque id, quod,
quia ſemper ſperaſti, non dubito quin adeptus in-
telligas te facillimè poſſe obtinere ſummum, atq;
10 altiſſimum gradum ciuitatis. || Quæ quidem mea
cohortatio, ne tibi inanis, aut ſine cauſa ſuſcepta
videatur, illa me ratio mouit, vt ex noſtris euen-
tis communibus admonendum putarem, vt con-
ſiderares, *d* ſ in omni reliqua tua vita, quibus
11 crederes, quos caueres. || Quòd ſcribis te velle
ſcire, qui ſit reip. ſtatus: ſumma diſſenſio eſt, ſed
contentio diſpar. Nam qui plus opibus, armis, po-
tentia valent, *e* profeciſſe tantùm mihi videntur
ſtultitia, & inconſtantia aduerſariorum, *f* vt iam
etiam auctoritate plus valerent. Itaque, per-
paucis aduerſantibus, omnia quæ ne per populum
quidem ſine ſeditione *g* ſe aſſequi poſſe arbitra-
bantur, per ſenatum conſecuti ſunt. nam & ſti-
pendium* Cæſari decretum eſt, & decem lega-
ti: *h* & ne lege Sempronia *i* ſuccederetur, facilè
perfe

tametſi illi, &c. al. quę tamen etſi illi, &c. & ita q.v.c.

b L. quam demptū de fort. vid. & ita v.c.

c al. ſemperq́ue maximè amaui.

d L. in omni reliqua vita, & ita v.c.

e v.c. perfeciſſe.

f v.c. & etiam auctoritate iam plus val. & ita L.

g L. ſe poſſe aſſequi arb.

* quidā delent poſſe.

* vide Cæſarem de bello Gallic. lib. 7.

h fort. & ne ei lege Sempronia ſucce.

i al. ei ſucc.

perfectum eſt. *k* Quod ego ad te breuiùs ſcribo,
quia me ſtatus hic reip. non delectat: ſcribo ta-
men, vt te admoneam, quod ipſe, literis omnibus
à pueritia deditus, experiendo tamen magis, quã
diſcendo, cognoui, *l* id vt tu, rebus tuis integris,
diſcas, neque ſalutis noſtræ *m* rationem nobis
habendam eſſe ſine dignitate, neque dignitatis
ſine ſalute. ¶* Quòd mihi de filia, & de Craſſipede 12
gratularis, agnoſco humanitatem tuam, *n* ſperó-
que, & opto, nobis hanc coniunctionem volupta-
ti fore. Lentulum noſtrum eximia ſpe, ſummæ
virtutis adoleſcentem, cùm ceteris artibus, qui-
bus ſtuduiſti ſemper ipſe, tum in primis imitatio-
ne tui fac erudias. nulla enim erit hac præſtantior
diſciplina: quem nos, & quia tuus, & quia te di-
gnus eſt filius, & quia nos diligit, ſempérque
dilexit, in primis amamus, carúmque habemus.

k L. quod eo ad te breuius ſcr. quod me. al. Quod ego ad te bre. ſc. q me ſt. &c. & ita v. c.
l v. c. vt tuis reb. fort. vt tu tuis reb.
m v. c. rationem habẽdam nobis eſſe ſine dign. & ita L.
* vide 2. ad Quin. Frat. ep. 5. & 6.
n fort. optóque & ſpero, nob.

ARGVMENTVM.

Deſperata iam reductione regis, de ſtatu rerum communium mutato conqueritur, vt ex eo Lentulus de ſua reductione meditetur. Poſtremò claudit epiſtolam ſpe ſupplicationum, & officii ſui mentione, vt Lentuli dolorem ſaltem aliqua ex parte leniat.

M. T. CICERO P. LENTVLO.
PROCOS. S. D.

DE omnibus rebus, quæ ad te pertinent, quid
actum, quid conſtitutum ſit, quid Põpeius ſu-
ſceperit, † optimè ex * Emplatorio congnoſces:
qui non ſolùm interfuit his rebus, ſed etiam præ-
fuit: neq; vllum officium erga te hominis aman-
tiſſimi, prudentiſſimi, *o* diligentiſſimi prætermiſit.
Ex eodem de toto ſtatu rerũ communiſt. cogno-
ſces: quæ quales ſint, non facile eſt ſcribere. Sunt
quidem certè in amicorum noſtrorum poteſtate,
atque ita, vt nullam mutationem vnquam hac
hominũ ætate habitura res eſſe videatur. Ego quı̃-
dẽ *p* vt debeo, & vt tute mihi præcepiſti, & * vt me
dignitas

* al. M. Plętorio. ſed fortè C. Plętorio.
o al. diligẽtiſſimique, pal. & vt de beo.
Victor. vt me pietas. alij medietas. alij dietas, malè. alij cõmodikas.

dignitas, vtilitáſque cogit, ad me eius rationes adiungo, *q* quem tu in meis rationibus tibi eſſe adiungendum putaſti. Sed te non præterit, quàm ſit difficile, ſenſum in rep. præſertim rectum & confirmatum deponere. Veruntamen ipſe me *r* conformo ad eius voluntatem, à quo honeſtè diſſentire non poſſum: neque id facio vt forſitan quibuſdam videor, ſimulatione. tantùm enim animi inductio, & mehercule amor erga Pompeium apud me valet, vt, quæ illi vtilia ſunt, & quæ ille vult, ea mihi, omnia iam & recta, & vera videantur. Neque (vt ego arbitror) errarent, ne aduerſarij quidē eius, ſi cùm pares eſſe nō poſſent, pugnare deſiſterent. Me quidem etiam illa res conſolatur, quòd ego is ſum, cui vel maximè concedant omnes, vt vel ea defendam, quæ Pompeius velit vel taceam, vel etiam, id quod mihi maximè lubet ad noſtra me ſtudia referā literarū: quod profectò faciā, ſi mihi per eiuſdem amicitiā licebit. Quæ enim propoſita fuerant nobis, cū & honoribus ampliſſimis, & laboribus maximis perfuncti eſſemus, dignitas in ſententiis dicendis, libertas in rep. capeſſenda ea ſublata tota: ſed nec mihi magis, quā omnibus. Nā aut aſſentiendū eſt nulla cū grauitate paucis: aut fruſtra diſſētiendū. Hæc ego ad te ob eā cauſam maxime ſcribo, *ſ* vt iā de tua quoq; ratione meditere. Cōmutata tota ratio eſt ſenatus, iudiciorū, rei totius publicæ, otium nobis exoptandum eſt: quod ij, qui potiuntur rerum, preſtaturi videntur, *t* ſi quidem * homines patientiùs eorum potentiā ferre potuerint. Dignitatē quidem illam conſularem fortis, & conſtantis ſenatoris, nihil eſt quòd cogitemus, amiſſa eſt, culpa eorum, qui à ſenatu & ordinem coniunctiſſimum, & hominē clariſſimum *u* abalienarunt. Sed, vt ad ea, quæ coniunctiora rebus tuis ſunt, reuertar, Pompeium tibi valde amicum eſſe cognoui: &, eo tu conſule, quantum ego perſpicio, omnia, quæ voles, obtinebis:

q al. quem in meis rationibus tibi, &c.

r L. cōfirmo.

ſ al. vt iam quoque de tua rat. for. vt iam tu quoque de t. r.

t L. ſi quidam hom.

* Cato, Bibulus, Domitius Pōpeio inimici.

* Vide Appiā. de bello ciuili. Sueton. & Dio. l. 37.

u L. abalienauerunt.

x al. affixũ ille hab. * Propter additamẽtum eſſe ei dicit. Vrſ. y L. vel minimam. z al. mihimet ipſi. a al. non poſſum.

quibus in rebus me ſibi *x* ille affixũ habebit: neque à me vlla res, quæ ad te pertineat, negligetur. Neque enim verebor, ne ſim ei moleſtus: † cui iucundum erit etiã * propter idipſum, quòd me eſſe gratum videbit. Tu velim tibi ita perſuadeas, nullam rem eſſe *y* minimam, quæ ad te pertineat, quæ mihi non carior ſit, quàm meæ res omnes, idque cùm ſentiam, ſedulitate *z* mihimet ipſe ſatisfacere *a* poſſum: re quidẽ ipſa ideò mihi non ſatisfacio, quòd nullã partem tuorum meritorum non modò referenda, ſed ne cogitanda quidem gratia conſequi poſſum. Rem te valdè bene geſſiſſe rumor erat. Exſpectabantur literæ tuæ: de quibus eramus iam cum Pompeio locuti: *b* quę ſi erunt allatæ, 4 noſtrum ſtudium extabit in conueniendis magiſtratibus, & ſenatoribus. Cætera, quæ ad te pertinebunt, cùm etiam plus contenderimus, quàm poſſimus, minus tamen faciemus, quàm debemus.

b al. quæ ſi allatæ erũt, noſtr.

ARGVMENTVM.

Reſcripturum ſe ad ea quæ Lentulus quæſiſſet, pollicetur, nimirum cur redierit in gratiam cum Cæſare, & Appio Vatinio & Craſſo: de ſuo in Rempub. animo, ſe ſcripta quædam miſſurum (puta) orationes quaſdam, libros de oratore, verſus quoſdam de temporibus ſuis. Extrema pars epiſtolæ negotia continet de ſuis ſcriptis, de rebus Lentuli domeſticis de Q. fratris negotio. De Appij cupiditate Ciliciæ adminiſtrandæ. De Publicanis.

M. T. CICERO P. LENTVLO PRO COS. S. D. 9.

b ſic vet. al. ex quibus intell. c o.v.c. tibi grata mea, &c.

PERIVCVNDAE mihi fuerunt literæ tuæ: *b* quibus intellexi te perſpicere meam in te pietatem: quid enim dicam beneuolentiam, cùm illud ipſum grauiſſimum, & ſanctiſsimum nomen pietatis, leuius mihi meritis erga me tuis eſſe videatur. Quod autem *c* grata tibi mea erga te ſtu-

dia ſcribis eſſe, facis tu quidem abundantia quadam amoris, vt etiam grata ſint ea, quæ præ termitti ſine nefario ſcelere nō *d* poſſunt. Tibi autem multò notior, atque illuſtrior meus in te animus eſſet, ſi hoc tempore omni, *e* quo ſeiuncti fuimus, & vna, & Romæ fuiſſemus. Nam in eo ipſo, quod te oſtendis eſſe facturum, quódque & in primis potes, & ego à te vehementer exſpecto in ſententiis ſenatoriis, & in omni actione, atque adminiſtratione reip floruiſſemus. De qua oſtendam equidem paulo poſt, qui ſit meus ſenſus, & ſtatus: & reſcribam tibi *f* omnia quæ quæris: ſed certè & ego te auctore amiciſſimo, ac ſapientiſsimo, & tu me conſiliario fortaſſe non imperitiſsimo, fideli quidem & beniuolo certè, vſus eſſes: quamquam tua quidem cauſa te eſſe imperatorem, prouinciámque bene geſtis rebus cum exercitu *g* victore obtinere, vt debeo, lætor. Sed certè qui tibi ex me fructus debentur, eos *h* vberiores, & præſtantiores præſens capere potuiſſes. In eis verò vlciſcendis, quos tibi partim inimicos eſſe intelligis propter tuam propugnationē ſalutis meæ, partim inuidere propter illius actionis amplitudinem & gloriam: mirificum me tibi comitem præbuiſſem: quāquam * ille perēnis inimicus amicorum ſuorum, qui tuis maximis beneficiis ornatus, in te potiſsimum fractam illam, & debilitatam vim ſuam contulit, *i* noſtram vicem vltus eſt ipſe ſeſe, ea eſt enim conatus, quibus patefactis, nullam ſibi in poſterum, non modò dignitatis, ſed ne libertatis quidem partem reliquit. Te autem etſi mallem *k* in meis reb. expertum, quàm etiam in tuis, tamen in moleſtia gaudeo *l* eandem fidem *m* cognoſcere hominum, non ita magna mercede, quam ego maximo dolore *n* cognoram. De qua ratione tota iam videtur mihi exponendi tempus dari, vt tibi reſcribam ad ea, quæ quæris. Certiorem te per literas ſcribis eſſe factū, me cum Cæſare, & cum Ap-

d al. poſſint.
e L. quo diſiuncti fuimus.
f. Eamb. ad ea quæ.
g L. victorem obt.
h q.v.c. prę ſentiores. pr
* quālectionem probat Victorius. al. v.c. præſtātiores pr.
* Cato qui antè biennio trib. pleb. vt Ciliciæ imperiū Lentulo abrogaretur, rogationem tulerat.
i al. noſtra vice vltus eſt, &c.
k ſic o. c. v. al. in meis rebus eſſe exp. g.
l v. c. eam fidem.
m q.v.c. cognoſce h.
n q.v.c cognoueram.

pio eſſe in gratia: téque id non reprehendere adſcribis. * Vatinium autem ſcire te velle oſtendis, quibus rebus adductus defenderim, & laudarim. Quod tibi vt planiùs exponam, altiùs paulò rationem o meorum conſiliorum repetam, neceſſe eſt. Ego me, Lentule, initio rerum, atque actionum tuarum non ſolùm meis, ſed etiam reipublicæ reſtitutum putabam. &, quoniam tibi incredibilem quendam amorem, & omnia in te ipſum ſumma ac ſingularia * ſtudia deberem, reip. quæ te in me reſtituendo multùm adiuuiſſet, eum certè me animum merito ipſius debere arbitrabar, quem antea tantummodò communi officio ciuium, non aliquo erga me ſingulari beneficio debitum præſtitiſſem. Hac me mente fuiſſe, & ſenatus ex me, te conſule, audiuit, & tu in noſtris ſermonibus, collocutionibúſque ipſe vidiſti. Etſi iam primis temporibus illis, multis rebus meus offendebatur animus: cùm te agente de reliqua noſtra dignitate, aut occulta nonnullorum odia, aut obſcura in me ſtudia cernebam. Nam neque de monumentis meis ab iis adiutus es, à quibus debuiſti: neque de vi nefariâ, qua cum fratre eram domo expulſus, neque hercule in iis ipſis rebus, quæ quamquam erant mihi propter rei familiaris naufragia neceſſariæ, tamen à me minimi putabantur, in meis damnis ex auctoritate ſenatus p reſarciendis, eam voluntatem, quam exſpectatam, præſtiterunt. * Quæ cùm viderem (neque enim erant obſcura) non tamen tam acerba mihi q hæc accidebant, quàm erant illa grata, quæ fecerant. Itaque quamquam & Pompeio plurimùm, te quidem ipſo prædicatore, ac teſte, debebam, & eum non ſolùm beneficio, ſed r amore etiam, & perpetuo quodam iudicio meo diligebam: tamen non reputans, quid ille vellet, in omnibus meis ſententiis de repub. priſtinis permanebã. Ego ſedente Cn. Pompeio, ſ cùm vt laudaret Pompeium, P. Sextius introiſſet in vrbẽ, dixiſ

* Vide orationem in Vatinium.

o O.V.C. cõſiliorũ meorum, &c. & ita Lamb.

* Studia in quibuſdam deſideratur

p L. ſarciendis. & ita O.V.C.

* vide ad Atticum lib. 4. ep. 3.

q prouocabulum hęc, abeſt à V.C.

r al. more etiam non pl.

ſ L. cùm, vt laudaret P. Sextiũ, introiiſſet in vrb.

dixiſſétque teſtis Vatinius, me fortuna, *t* & felicitate C. Cæſaris commotum, illi amicum eſſe cœpiſſe: dixi, me eam Bibuli fortunam, quam ille afflictam putaret, omnium triumphis, victoriiſque anteferre: dixíque eodem teſte, alio loco eoſdem eſſe, qui Bibulum exire domo prohibuiſſent, & qui me coëgiſſent. tota verò * interrogatio mea *u* nihil habuit aliud, niſi reprehenſionem illius tribunatus: *x* in quo omnia dicta ſunt libertate animóque maximo, de vi, de auſpiciis, de donatione regnorum. Neque verò hac in cauſa modò, ſed conſtãter ſæpe in ſenatu. quinetiam Marcellino, & Philippo, conſulibus, nonis Aprilis mihi eſt ſenatus aſſenſus, vt de agro Campano, frequenti ſenatu, idibus Maiis referretur. *y* Non potui magis in arcem illius cauſæ inuadere, aut magis obliuiſci temporum meorum, & meminiſſe actionum. Hac à me ſententia dicta, magnus animorum *z* motus eſt factus, cùm eorum, quorum oportuit, tum illorum etiam, quorum nunquam putaram. Nam hoc ſenatuſconſulto in meam ſententiam facto. Pompeius, *a* cùm nihil mihi oſtendiſſet ſe eſſe offenſum, in Sardiniam, & in Africam profectus eſt, eóque itinere Lucam ad Cæſarem venit. *b* vbi multa de mea ſententia queſtus eſt Cæſar, quippe qui etiã Rauennæ Craſſum antè *c* vidiſſet, ab eóque in me eſſet incenſus. Sanè moleſtè Pompeium id ferre conſtabat: quod ego cùm audiſſem ex aliis, *d* maximè ex meo fratre cognoui: quem cùm in Sardinia Pompeius paucis pòſt diebus, quã Luca diſceſſerat, cõueniſſet: Te, inquit, ipsũ cupio: nihil opportunius potuit accidere, niſi cum Marco fratre diligenter egeris, * dependendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti Quid multa? queſtus eſt grauiter, ſua merita commemorauit: quid egiſſet ſæpiſſimè de actis Cæſaris cum ipſo meo fratre, quidque ſibi is de me recepiſſet, in memoriam redegit: ſeque, quæ de

t. q. v. c. ac felicitate C. Cæſ.

* interrogationem vocat orationem in Vatiniũ, vt 2. ad Q. fr. ep. 4.

v v. C. nihil habuit niſi rep. & ita L.

x al. In qua.

y L. Num potui magis, &c. tẽporũ meorũ, meminiſſe actionum? H.

z al. factus eſt motus, cùm.

a L. cùm mihi nihil eſt. & ita v. c.

b al. ibi. m.

c. q. v. c. audiuiſſem.

d fort. tum maximè.

* promiſſa perſoluenda ductum ab æris grauis dependendi more priſco. Pli. l. 33. c. 3.

mea ſalute egiſſet, voluntate Cæſaris egiſſe, ipſum meum fratrem teſtatus eſt: cuius cauſam dignitatémque mihi vt commendaret, rogauit, *e* vt eam ne oppugnarem, ſi nollē, aut non poſſem tueri. Hæc cùm ad me frater pertuliſſet, & cùm antè tamen Pompeius ad me cum mandatis Vibullium miſiſſet, ʒ *f* vt integrum mihi de cauſa Cāpana ad ſuum reditum reſeruarem: collegi ipſe me, & cum ipſa quaſi rep. *g* ſum collocutus: vt mihi tam multa pro ſe perpeſſo, atque perfunčto, concederet, vt officium meum, m morémque in benemeritos animum, fidémque fratris mei præſtarem: eúmque quem bonum ciuem ſemper habuiſſet, bonum virum eſſe pateretur. In illis autem meis actionibus, ſententiiſque omnibus, quæ Pompeium videbantur offendere, 75 * certorum hominum, quos iam debes ſuſpicare, ſermones referebantur ad me: qui cùm illa *h* ſentirent in republ. quæ ego agebam, ſempé que ſenſiſſent: me tamen non ſatisfacere Pompeio, Cæſarémque inimiciſsimum mihi futurum, gaudere ſe aiebant. Erat hoc mihi dolendum: ſed multò *i* magis illud, quod inimicum meum (meum autem? imò verò legum, iudiciorum, otij, patriæ, bonorum *k* omnium) ſic amplexaban ur, ſic in manibus habebant, ſic fouebant, ſic me præſente oſculabantur: *l* non illi quidem, vt mihi ſtomachum facerent, quē ego funditus perdidi, ſed certè vt facere ſe arbitrarentur. Hic ego, quantum humano conſilio efficere potui, circumſpectis *m* rebus omnibus, rationibuſque ſubductis ſummam feci cogitationum mearum omnium: quam tibi, ſi potero, breuiter exponam. Ego ſi ab improbis, & perditis ciuibus rempubl. teneri viderem, ſicut & 76 * meis temporibus ſcimus, & nonnullis aliis accidiſſe * accepimus: *n* non modò non præmiis, quæ apud me minimum valent, ſed ne periculis quidem compulſus vllis, quibus tamen

e al. vt eā non opp.
f L. vt integram mihi de cauſa Camp. ad ſuum redi. rem ſeruare.
ʒ alij vt integrum me de cauſa, vt 7. ad Attic. vt integrū me ſeruem.
g. L. collocutus ſum. & ita o.v.c.
* Catonis Domitij, Bibuli.
h al. ſentiunt in repub. al. ſentiāt in rep.
i o.v.c. illud magis, quod, &c. & ita L.
k vox omnium, abeſt à quibuſd. v.c.
l q.v.c. non illi mihi quidē vt ſtoma
m L. rebus meis omnibus. & ita o.v.c.
* quidam (his) legēdū coniiciunt.
* al. accepiſſe.
n L. nō modò premiis.

men mouentur etiam fortiſsimi viri ad eorum cauſam me adiungerem: ne ſi ſumma quidem *o* eorum in me merita conſtarent. Cùm autem in republic. Cn. Pompeius princeps eſſet vir is, qui hanc potentiam, & gloriam maximis in remp. meritis præſtantiſsimiſque rebus geſtis eſſet conſecutus, cuiuſque ego dignitatis ab adoleſcentia fautor, in prætura autem, & in conſulatu, adiutor etiam extitiſſem: cúmque idem auctoritate, & ſententia per ſe, conſiliis, & ſtudiis tecum me adiuuiſſet: meúmque inimicum vnum in ciuitate haberet inimicum: non putaui famam inconſtantiæ mihi pertimeſcendã, ſi quibuſdam in ſententiis paulum me immutaſſem, meamque voluntatem ad ſummi viri, de méque optimè meriti dignitatem aggregaſſem. In hac ſententia complectendus erat mihi Cæſar, vt vides, *p* in coniuncta & cauſa & dignitate. Hic multum valuit cùm vetus amicitia, quam tu non ignoras mihi, & Quinto fratri cum Cæſare fuiſſe, tum humanitas eius, ac liberalitas, breui tempore & literis & officiis perſpecta nobis, & cognita. vehementer etiam res ipſa publica me mouit, quæ mihi videbatur cõtentionem, præſertim maximis rebus à Cæſare geſtis, cũ illis viris nolle fieri: &, ne fieret, vehementer recuſare. Grauiſsimè autem me in hanc mentem impulit & Pompeij fides, quam de me Cæſari dederat: & fratris mei, quam Pompeio. Erant præterea hæc animaduertenda in ciuitate, quæ ſunt apud * Platonem *q* noſtrum ſcripta diuinitus: QVALES IN REPVBLICA PRINCIPES eſſent, taleis reliquos ſolere eſſe ciues. Tenebam memoria, nobis conſulibus, ea fundamenta iacta ex Kalendis Ianuariis confirmandi ſenatus, vt neminem mirari oporteret, nonis *r* Decembris tantum vel animi fuiſſe in illo ordine, vel auctoritatis. Idémque meminerã, nobis priuatis vſque ad Cæ-

o al. illorũ.

p. L. coniũcta & cauſa, & dign. & ita v.c.

* lib. 4. de Leg. Platonis verba. μηδεὶς ἡμᾶς πειθέτω ὦ φίλοι ἄλλην θᾶττον, καὶ ῥᾷον μεταβάλλειν ἄν ποτε πόλιν, καὶ τοὺς νόμους, ἢ τῇ τῶν δυναστευόντων ἡγεμονίᾳ.

q vox noſtrum abeſt à quibuſdã li. manuſcr.

r L. Decembribus.

ſarem, & Bibulum conſules, cùm ſententiæ noſtræ magnum in ſenatu pondus haberent, vnum ferè ſenſum fuiſſe bonorum omnium. Poſtea † cùm tu Hiſpaniam citeriore cum imperio obtineres, neque reſpub. conſules haberet ſed mercatores prouinciarum, & ſeditionum ſeruos, ac miniſtros: iecit quidam caſus caput meum, quaſi certaminis cauſa in mediam contentionem, diſſentionémque ciuilem. Quo in diſcrimine cùm mirifica ſenatus, incredibilis Italiæ totius, ſingularis *s* bonorũ omnium *t* conſenſio in me tuendo extitiſſet, 4 non dicam, quid acciderit (multorum eſt enim, & varia culpa) 5 tantum dicam breui, non mihi exercitum, ſed duces defuiſſe. In quo, vt iam ſit in iis culpa, qui me non defenderunt: non minor eſt in iis qui reliquerũt: & ſi accuſandi ſunt, *v* qui pertimuerunt, magis etiam reprehendendi, qui ſe timere ſimularunt. Illud quidem certè noſtrum conſilium iure laudandum eſt, 6 *x* quòd meos ciueis & à me conſeruatos, & me ſeruare cupienteis, ſpoliatos ducibus, ſeruis armatis *y* obiici noluerim: declarari que maluerim, quanta vis eſſe potuiſſet in conſenſu bonorum, † 7 *z* ſi iis pro me ſtante, pugna non deſtitiſſent, cùm afflictum excitare potuiſſent. Quorum quidem animum tu non perſpexiſti ſolùm, cùm de me ageres, ſed etiam confirmaſti, atque tenuiſti. Qua in cauſa non modò non negabo, ſed etiam ſemper & meminero, & prædicabo libenter, *a* vſus es quibuſdam nobiliſſimis hominibus, fortioribus in me reſtituendo, quàm fuerant iidem in *b* tenendo: qua in ſententia ſi conſtare voluiſſent, ſuam auctoritatem ſimul cum ſalute mea recuperaſſent. 8 *c* Recreatis enim bonis viris conſulatu tuo, & conſtantiſſimis, atque optimis actionibus tuis excitatis, Cn. Pompeio præſertim ad cauſam adiuncto, cùm etiam Cæſar, *d* rebus maximis geſtis, ſingularibus ornatus, & nouis honoribus, ac iudiciis ſenatus, ad auctoritatem eius ordi-

s v. c. omnium bonorum.
t o. v. c. conſenſus. quod plurimi reiiciũt.
* alij variũ vulgus, vel variè vulgata.
v o. v. c. ſi qui ſetim. & ita L.
x L. qui meos ciueis & à me &c. & ita o. v. c.
y v. c. obici.
z L. ſi iis pro me ſtãte pugnare licuiſſet, cũ affl.
* al. libuiſſet. al. ſi iis me ſtante, &c.
a fort. te vſum eſſe quibuſd.
b. L. tuendo.
c L. recreati enim cũ eſſent boni viri conſ. t. & conſt. atq; opt. act. tuis excitati, &c.
d v. c. maximis reb. geſtis.

ordinis adiungeretur: nulli improbo ciui locus ad remp. violandam eſſe potuiſſet. Sed attende quæſo, quæ ſunt conſecuta. 9 e Primum illa furta muliebrium religionum: qui non pluris fecerat Bonam deam, quàm treis ſorores: f impunitatem eſt eorum ſententiis aſſecutus, qui cum tribunus pleb. pœnas à ſeditioſo g ciue h per bonos viros in iudicio perſequi vellet, exemplum præclariſſimum in poſterum vindicandæ ſeditionis de rep. ſuſtulerunt: iidemque poſtea non meum * monumentum (non enim illæ manubiæ meæ, ſed operis locatio mea fuerat) monumentum verò ſenatus, hoſtili nomine, & cruentis inuſtũ literis eſſe paſſi ſunt. Qui me homines quòd ſaluum eſſe voluerunt, eſt mihi gratiſſimum: ſed vellem non ſolùm ſalutis meæ, quemadmodum medici: i ſed etiam vt aliptæ, virium, & coloris rationem habere voluiſſent. Nunc vt Apelles Veneris caput, & ſumma pectoris politiſſima arte perficit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit: ſic quidam homines in capite meo ſolùm elaborarunt: reliquum corpus imperfectum, ac rude reliquerunt. In quo ego ſpem fefelli non modò inuidorum, ſed etiam inimicorum meorum: qui de vno acerrimo, & fortiſſimo viro, meoque iudicio omnium magnitudine animi, & conſtantia præſtantiſſimo, Qu. Metello Lucij filio, quondam falſam opinionem acceperunt: quem poſt reditum dictitant fracto animo, & demiſſo fuiſſe. Eſt verò probandum, qui & ſumma voluntate ceſſerit, & 10 egregia animi alacritate k abfuerit, neque ſanè redire curarit, eum ob id ipſum fractum fuiſſe l animo, in quo cùm omnes homines, tum M. illum Scaurũ ſingularem virum, conſtantia, & grauitate ſuperaſſet. Sed, quod de illo acceperãt, aut etiam ſuſpicabantur, de me idem cogitabant, abiectiore animo me futurum: cùm reſp. maiorem etiam mihi animum, quàm vnquam

e L. Primũ ille fur mu. al. Primum illa furia mul. ita Victorius, furiam vocat Clodium quod non probatur Lambino.

f L. impunitatem ſcelerum illorum ſententiis aſſecutus.

g al. ciui.

h L. per bonos viros iudicio perſ.

* Vide Manutiũ hoc loco.

i v.c. ſed vt aliptæ etiã virium, & coloris, &c. & ita L.

k L. affuerit

l vox, animo, abeſt à v.c.

m L. quæ declaraſſet, ſe non pot. vno ciui. c. n al. cumq; Metellum, &c. L. cum Q. Metellū. o q. v. c. recuperauiſſet. al. reciperauiſſet. p v. c. maliuolentiſ. L. non maleuolentiſſimum.

habuiſſem, daret. *m* quæ iam declaraſſet, ſeſe non potuiſſe me vno ciue carere: *n* cúmque Q. Metellum vnius tribuni plebis rogatio, me vniuerſa reſp. duce ſenatu, comitante Italia, † promulgantibus omnibus, referente conſule, comitiis centuriatis, *o* cunctis ordinibus: hominibúſque incūbentibus, omnibus denique ſuis viribus *o* recuperaſſet. Neque verò ego mihi poſteà quidquam aſſumſi: neque hodie aſſumo, quod quemquam *p* maleuolentiſſimum iure poſſit offendere. tantùm enitor, vt neque amicis, neque etiam alienioribus, opera, conſilio, labore deſim Hic meæ vitæ curſus offendit eos fortaſſe, qui ſplendorem, & ſpeciem huius vitæ intuentur: ſollicitudinem autem, & laborem perſpicere non poſſunt. Illud verò non obſcurè queruntur in meis ſententiis, quibus ornem Cæſarem, *q* quaſi deſciuerim à priſtina cauſa. Ego autem cùm illa ſequor, quæ paulò antè propoſui, tum hoc non in poſtremis, de quo cœperam exponere. Non offendes eundem bonorum ſenſum, Lentule, quem reliquiſti: qui confirmatus conſulatu noſtro, nonnunquam poſtea interruptus, *r* & afflictus, antè te conſulem, recreatus abs te totus eſt: nunc ab iis, à quibus tuendus fuerat, derelictus: idque non ſolùm fronte, atque vultu, quibus ſimulatio facillimè ſuſtinetur, *s* ij declarant, qui tum noſtro illo ſtatu optimates nominabantur: ſed etiam *t* ſenſu ſæpe iam, tabelláque docuerunt. Itaque tota iam ſapientium ciuium, qualem me & eſſe, & numerari volo, & ſententia, & voluntas, mutata eſſe debet. Id enim iubet idem ille Plato, quem ego *v* auctorem vehementer ſequor. TANTVM contendere in respubl. quantum probare tuis ciuibus poſſis. Vim neque parenti, neque patriæ afferre oportere. Atque hanc quidem ille cauſam ſibi ait non attingendæ reipubl. fuiſſe, quòd, cùm offendiſſet populum Athenienſem propè iam deſipientem

q al. quaſi deſtiterim priſtina cauſa. al. quod quaſi deſtiterim pr.

r copulatio &, abeſt à v. c.

s al. declarant ij, qui. t al. ſententia.

v al. vehementer auctorem ſeq.

tem

tem ſenectute,13 *x* cúmque eum nec perſuadendo, nec cogendo regi poſſe vidiſſet, * cùm perſuaderi poſſe diffideret, cogi fas eſſe non arbitraretur. Mea ratio fuit alia. quòd neque deſipiente populo,neq; integra re mihi ad conſulendũ, capeſſerémne remp. implicatus tenebar. Sed lætatus tamen ſum, quòd mihi liceret in eadẽ cauſa & mihi vtilia, & cuiuis bonorecta defendere. Huc acceſſit commemoranda quædam, & diuina Cæſaris in me, fratrémque meum liberalitas: qui mihi, quaſcumque res gereret, tuendus eſſet.Nunc in tanta felicitate, tantiſque victoriis *y* etiam ſi in nos non is eſſet, qui eſt, tamen ornandus videretur. Sic enim te exiſtimare velim: cum à vobis, meæ ſalutis auctoribus, diſceſſerim, neminem eſſe, cuius officiis me tam eſſe deuinctum non ſolùm confitear, ſed etiam gaudeam. Quod quoniam tibi expoſui facilia ſunt ea, quæ à me de Vatinio, & de Craſſo requiris. Nam de Appio quòd ſcribis, ſicut de Cæſare, te non reprehendere: gaudeo tibi conſilium probari meum. De Vatinio autem, primùm reditus interceſſerat in gratiam per Pompeium, ſtatim vt ille prætor eſt factus cùm quidem ego eius petitionem grauiſſimis in ſenatu ſententiis oppugnaſſem, neque tam illius lædendi cauſa, quàm defendendi, atque ornandi Catonis: poſt autem, Cæſaris, vt illum defenderem, mira contentio eſt conſecuta. Cur autem laudarim, petò à te, vt id à me néue in hoc reo, néue in aliis *z* requiras: ne tibi ego idem reponam, cùm veneris: tametſi poſſum vel abſenti. Recordare enim, quibus laudationem ex * vltimis terris miſeris, nec hoc pertimueris.nam à meipſo laudantur,13 *& laudabunt vt iidem.* Sed tamen defendendi Vatinij fuit etiam ille ſtimulus, de quo in iudicio cũ illum defenderem, 14 dixi me facere quiddam, quod in * Eunucho paraſitus ſuaderet militi:

x L. tũ eum nec perſuad. nec cog. r. p. vi.
* al. quem.
y L. etiam ſi nõ in nos is eſſet.
z L. quæras.
* id eſt, Hiſpania citeriore, cui præerat Lẽtulus.
* Act. 3. Scen. 2.

Vbi nominauit Phædriam tu Pamphilam
Continuò. ſi quando illa dicet, Phædriam in
tromittamus a comiſſatum: tu, Pamphilam
Cantatum prouocemus. ſi laudabit hæc
Illius formam: tu huius contrà denique
15 b *Par pari referto, quod eam mordeat.*

a li. vulg. comeſſatu.

b L. Tu par pari refer. *in vet. li. Terent. par pro pari legitur.

Sic petiui à iudicibus, vt quoniam quidam nobiles homines, & de me optimè meriti, nimis amarent inimicum meum: méque inſpectante ſepe eum in ſenatu modò ſeuerè ſeducerent, modò familiariter, atque hilarè amplexarentur: quoniãque illi haberent ſuum Publium, darent mihi ipſi aliũ Publium, in quo poſſem c eorum animos mediocriter laceſſitus, leuiter repungere. Neque ſolũ dixi: ſed etiã ſæpe facio, *d* diis hominibuſq; approbantibus Habes de Vatinio: cognoſce de Craſſo. Ego cùm mihi cũ illo magna iã gratia eſſet, quòd eius omnes grauiſſimas iniurias, cõmunis concordiæ cauſa, voluntaria quadam obliuione contriuerã, repentinã eius defenſionẽ Gabinij, quem proximis ſuperioribus diebus acerrimè oppugnaſſet, tamen ſi ſine vlla mea contumelia ſuſcepiſſet, tuliſsẽ: ſed, cùm me diſputantem, nõ laceſſentẽ * læſiſſet: exarſi nõ ſolùm præſenti, credo, iracundia (nã ea tam vehemens fortaſſe nõ fuiſſet) ſed cùm incluſum illud odium multarũ eius in me iniuriarũ, quod ego e effudiſſe me omne *f* arbitrabar, 16 reſiduũ tamẽ, g inſciẽte me fuiſſet: omne repente apparuit. Quo quidem tempore ipſo, quidam homines, & iidem illi, quos ſæpe nutu, ſignificationéque appello, cùm ſe maximum fructũ cepiſſe dicerent ex libertate mea, méque tũ denique ſibi eſſe viſum reipubl. qualis fuiſſem reſtitutum, cúmque ea contentio mihi magnum etiã foris fructum tuliſſet: gaudere ſe dicebant, mihi, & illũ inimicum, & eos, qui in eadẽ cauſa eſſent, nunquã amicos futuros. Quorũ iniqui ſermones cùm ad me per homines honeſtiſſimos perferrentur: cúmque Pompeius ita contendiſſet, vt nihil vn-

c L. animos illorum.
d al. deis, hom.
* al. laceſsiſſet.
e q. v. c. me effudiſſe.
f q. v. c. arbitrarer.
g al. inſcientem me fugiſſet.

Digitized by Google

vnquam magis, vt cum Craſſo redirem in gratiā, Cæſarque per literas maxima ſe moleſtia ex illa contentione affectum oſtenderet: habui 17 non temporum ſolùm rationem meorum, *h* ſed etiam naturæ: Craſſúſque, vt quaſi teſtata popu. Rom. eſſet noſtra gratia, penè à meis laribus in prouinciam eſt profectus. Nam cùm mihi cōdixiſſet, cœnauit apud me in mei generi Craſſipedis hortis. * Quamobrem eius cauſam (quod te ſcribis audiſſe) magna illius commendatione ſuſceptā defendi in ſenatu, ſicut mea fides poſtulabat. cepiſti, quibus rebus adductus, *i* quamque rē, cauſamque defenderim: quiq; meus in repub. ſit pro mea parte capeſſenda, ſtatus. De quo ſic velim ſtatuas, me hæc eadem ſenſurum fuiſſe, ſi mihi integra omnia, ac libera fuiſſent. Nam neque pugnādum arbitrarer contra tantas opes: neque delēdum, *k* etiam ſi id fieri poſſet, ſummorum ciuium principatum: *l* neque permanēdum in vna ſententia, conuerſis rebus, ac bonorū voluntatibus immutatis: ſed temporibus aſſentiendum NVMQVAM ENIM PRAESTANTIBVS IN repu. *gubernanda viris laudata eſt in vna ſententia perpetua permanſio:* † ſed vt in nauigando tempeſtati obſequi artis eſt,* etiamſi portū tenere *m* non queas: cū verò id poſſis mutata velificatione aſſequi, ſtultum eſt eum tenere cum periculo curſum, quem cœperis, potiùs quàm, eo commutato, quo velis, *n* tandē peruenire: ſic cū omnibus nobis in adminiſtranda rep. propoſitum eſſe debeat, id, quod à me ſæpiſſimè dictum eſt, CVM DIGNITATE OTIVM: NON idē ſemper dicere, ſed idem ſemper ſpectare debemus. Quamobrē, vt paulò antè poſui, ſi eſſent omnia mihi ſolutiſſima, tamen in rep. nō alius eſſem, atq; nunc ſum Cùm verò in hūc ſenſum & alliciar beneficiis hominum, & compellar iniuriis, facilè patior, ea me de repub. ſentire, ac dicere, quæ maximè cùm mihi, tum etiam reipub. rationibus putem conducere. Apertiùs autem

h al. ſed naturæ etiam meæ: Craſſ.

* vide 2. ad Q. fr. ep. 5. & 6.

i L. quam rem.

k al. etſi id f.

l al. nec perm.

* etſi alij. m nequeas.

n L. tamē peruen. & ita v. c.

o L. quæ cùm mihi maximè.

autem hæc ago ſæpius, quod & Quint. frater meus, legatus eſt Cæſaris, & nullum meum minimum dictum non modo factum pro Cæſare interceſsit, quod ille nõ ita illuſtri gratia exceperit, vt ego eum mihi deuinctum putarem. Itaque eius omni & gratia, quæ ſumma eſt, & opibus, quas intelligis eſſe maximas, ſic fruor, vt meis. Nec mihi aliter potuiſſe videor hominum perditorum de me conſilia frangere, niſi cum præſidiis iis, quæ ſemper habui, p nunc etiam potentium beniuolentiam coniunxiſſem. His ego conſiliis, ſi te præſentem habuiſſem, vt opinio mea fert, eſſem vſus eiſdem. noui enim temperantiam, & moderationem naturæ tuæ: noui animum, tum mihi amiciſſimum, tum q nulla in ceteros r maleuolẽtia ſuffuſum: contráque cum magnum, & excelſum, tum etiam apertum & ſimplicem. Vidi ego quoſdam in te taleis, quales tu eoſdem in me videre potuiſti. Quæ me mouerunt, mouiſſent eadẽ te profecto. Sed quocũq; tẽpore mihi poteſtas præſentis tui fuerit, tu eris omnium moderator conſiliorum meorum. tibi erit eidem, cui ſalus mea fuit etiam dignitas curæ. Me quidem certè tuarum actionum, ſententiarum, voluntatum, rerum denique omnium ſocium, comitémque habebis: neque mihi in omni vita res tam erit vlla propoſita quàm vt quotidie vehementius te de me optime meritum eſſe lætere. 18 Quod rogas vt mea tibi ſcripta mittam, quæ poſt diſceſſum tuum ſcripſerim: ſunt orationes quædam, quas Menocrito dabo: 19 neque ita multæ, vt pertimeſcas. Scripſi etiam (nam * etiam ab orationibus diſiungo me ferè, referóque ad manſuetiores Muſas, quæ me maximè, ſicut iam à prima adoleſcentia s delectant) ſcripſi igitur t Ariſtoteléo more, quemadmodũ quidem volui, 20 treis libros in diſputatione, ac Dialogo de Oratore, quos arbitror Lentulo tuo fore non inutileis. Abhorrent enim à communibus præceptis: & om-

p L. hanc etiam.

q al. non vlla.

r L. Maliuolentia

* Lamb. etiã non habet.

s duo v. c. delectarunt.)

t al. Ariſtotelio.

nem antiquorum, & *u* Ariſtoteleam, & Iſocratéam rationem oratoriam complectuntur. Scripſi etiam verſibus treis libros de temporibus meis quos iam pridem ad te miſiſſem, ſi eſſe edêdos putaſſem. Sunt enim teſtes, & erunt ſempit rni, *x* meritorum tuorum erga me, *y* meæque in te pietatis. Sed quia verebar, non eos, qui ſe læſos arbitrarentur (etenim id feci parcè, & molliter) ſed eos, quos erat infinitum benè de me meritos omneis nominare, non miſi. Quos tamen ipſos libros, ſi quem cui rectè cõmittam, inuenero, curabo ad te perferendos. Atque iſtam quidem partem vitæ, conſuetudiniſque noſtræ totam ad te defero †. *z* Quantum literis, quantũ ſtudiis, veteribus noſtris d lectationibus, conſequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum, *a* qui hæc ſemper amaſti, libentiſſimè conferemus. Quæ ad me de tuis rebus domeſticis ſcribis, quæque mihi commendas, ea tantæ mihi curæ ſunt, vt me nolim admoneri: rogari verò ſine magno dolore vix poſſum. Quod de Quincti fratris negotio ſcribis, te priore æſtate, quòd morbo impeditus in Ciliciam non tranſieris, conficere non potuiſſe: nunc autem omnia facturum, vt conficias: id ſcito eſſe eiuſmodi, vt frater meus verè exiſtimet, adiuncto iſto fundo, patrimonium fore ſuum per te conſtitutum. Tu me de tuis rebus omnibus, & de Lentuli tui, noſtríque ſtudiis, & exercitationibus velim quàm familiariſsimè certiorem, & quàm ſæpiſsimè facias: exiſtiméſque, neminem cuiquam neque cariorem, neque iucũdiorem vnquam fuiſſe, quàm te mihi: idque me, non modò vt tu ſentias, ſed vt omnes gentes, etiã vt poſteritas omnis intelligat, eſſe facturũ. Appius in ſermonibus antea dictitabat: poſteà dixit etiam in ſenatu palàm, ſeſe, ſi licitum eſſet, legem curiatam ferre, ſortiturum eſſe cum collega prouinciam: ſi curiata lex non eſſet, ſeparaturum cum collega, tibique ſucceſſurum:

u Ariſtotelicam, & Iſocraticam- Car. Ste.

x L. meritorum erga me tuorũ, & ita v.c.

y v.c. meæque pietatis Sed q.

z q.v.c. Quantum ſtudiis quãtum literis veter.

* delectationis. alij.

a L. qui ſemper hæc.

b al. vix poſſum.

† *d* * legem curiatam conſuli *e* ferre opus eſſe, ſibi neceſſe non eſſe: ſe, quoniam ex ſenatuſconſulto prouinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, *f* quoad in vrbem introiiſſet. Ego, quid ad te tuorum quiſque neceſſariorum ſcribat, neſcio: varias eſſe opiniones intelligo. ſunt qui putent g non poſſe te decedere, quòd ſine lege curiata tibi ſuccedatur: ſunt etiam, qui, ſi decedas, à te relinqui poſſe qui prouinciæ præſit. Mihi non tam de iure certum eſt (quamquam ne id quidem valde dubium eſt) quàm, illud ad tuam ſummam amplitudinem, ac dignitatem, h liberalitatem, qua te ſcio libentiſſimè ſolere frui, pertinere, te ſine vlla mora prouinciam ſucceſſori concedere, præſertim cùm i ſine ſuſpicione tuæ cupiditatis non poſſis illius cupiditatem refutare. k Ego vtrumque puto meum eſſe, & quid ſentiam, oſtendere, & quod feceris, defendere. Scripta iam epiſtola ſuperiore, accepi tuas litteras de publicanis: quibus æquitatem tuam non potui non probare. *l* facilitate autem, quod velles, conſequi potuiſſes, ne eius ordinis, quem ſemper ornaſti, rem, aut voluntatem offenderes. Equidem non deſinam tua decreta defendere: ſed noſti conſuetudinem hominum. ſcis, quàm grauiter * inimici illi ipſi Q. Scæuolæ fuerint. Tibi tamen ſum auctor, m vt, quibus rebus poſſis, eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges. Id etſi difficile eſt, tamen mihi videtur eſſe prudentiæ tuæ. Vale.

c L. partiturum cum coll. al. cõparaturum cum, &c. al. pacturum cum, &c.
d L. legemque curiatã conſ.
* Gel. lib. 5. cap. 19.
e L. ferre opus, eſſe, neceſſe non eſſe.
f L. quòd vrbem int.
g L. poſſe te non dece. & ita v. c.
h al. libertatem.
i al. ſine tua ſuſpicione cupiditatis
k q. v. c. Ego puto vtrũque m.
l L. felicitate quid velle conſequi pot:
* Lamb. inimici ipſi Q. Sca.
m L. vt ſi quibus reb.

A R G V M E N T V M.

Certiorem facit Valerium de gratiis Lentulo Ciliciæ proconſuli, à ſe per literas eius nomine actis, Cetera iocationes meræ ſunt.

M. T. C. S. D. L. VALERIO IVRISCONSVLTO. 10

CVR enim tibi hoc * non gratificer, neſcio: præſertim cùm his temporibus audacia pro ſapientia liceat vti. Lentulo noſtro egi per literas

* Epiſt. l. 3. ep. 1. & lib. 7. ep. 11.
g L. vno.

ras

ras tuo nomine gratias diligenter. Sed tu velim deſinas iam noſtris literis vti & nos aliquando reuiſas: & ibi malis eſſe, vbi aliquo numero ſis, quã iſtic, vbi, ſolus ſapere videare. Quamquã qui iſtinc nũc veniunt, partim te ſuperbum eſſe dicũt, quòd nihil reſpondeas: partim contumelioſũ, quòd malè reſpondeas. Sed iam cupio tecum coràm iocari. Quare fac, vt quàm primùm venias, neque in Apuliam tuam *n* accedas, vt poſſimus *o* ſaluum te veniſſe gaudere. Nam illò ſi veneris, tanquam * Vlyſſes, cognoſces tuorum neminem. Vale.

n al. concedas.
o al. ſaluũ veniſſe te g.

* Vide Nõ. c.4. in cognoſcere. 109.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOL. AD * CVRIONEM & cęteros, liber ſecundus.

*. de Curione vide de Clar. orato. Pli. l. 7. c. 41. & l. 36. c. 15. Cæſar. de bello ciuili l. 2. Dion. 2. Valer. 2.

ARGVMENTVM.

Accuſante Ciceronem Curione quia raro admodum literas mittat, ita ſe purgat vt culpam à ſe remotam, in eum transferat: Abſentem tamdiu Curionem dolet, beneficia in eundem commemorat, eorumq́ memorem eſſe cupit. Scripta videtur Caluino & Meſſala Coss.

M. T. C. S. D. C. CVRIONI.

QVAMQVAM me nomine negligentiæ ſuſpectum tibi eſſe doleo, tamẽ non tam mihi moleſtum fuit accuſari abs te officium meũ, quàm iucundum requiri: præſertim cùm in quo accuſabar, culpa vacarem: in quo autẽ deſiderare te ſignificabas meas literas, præ te ferres perſpectũ *a* mihi quidẽ, ſed tamen dulcẽ, & optatũ amorem tuũ. Equidem neminem prætermiſi, quẽ quidem ad te peruenturũ putarẽ, cui literas nõ dederim. etenim quis eſt *b* tam in ſcribendo impiger, quàm ego? A te verò bis, *c* térue ad ſum-

a for. mihi quidem illum, ſed t.
b al. tã ſcribendo imp.
c l. térue ſummũ, & ita q. v.

mũ,& eas per breueis accepi. Quare,ſi iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine: ſin me id facere noles te mihi æquum præbere debebis Sed de literis hactenus. non enim vereor, ne non ſcribendo te expleam: præſertim ſi in eo genere ſtudium meum non aſpernabere. Ego te *d* abſuiſſe tamdiu à nobis & doleo, quòd carui fructu iucundiſſimæ conſuetudinis tuæ: & lætor, quòd abſens omnia cum maxima dignitate es conſecutus: 1 quodq; in omnibus tuis rebus, meis optatis fortuna reſpondit. Breue eſt, quod me tibi præcipere meus incredibilis in te amor cogit, tanta eſt exſpectatio vel animi, vel ingenij tui, vt ego te obſecrare, obteſtaríque nõ dubitem, 2 ſic ad nos *e* confirmatus reuertare, vt, quam exſpectationem tui concitaſti, hanc ſuſtinere, ac tueri *f* poſſis. Et, quoniam meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla vmquam delebit obliuio, te rogo, vt memineris, quantæcunque tibi acceſſiones fiunt & fortunæ, & dignitatis, eas te non potuiſſe conſequi, niſi meis puer olim fideliſſimis, atque amantiſsimis conſiliis paruiſſes. Quare hoc animo in nos eſſe debebis, vt ætas noſtra iam * ingraueſcens, in amore atque in adoleſcentia *conquieſcat tua. Vale.

d L. afuiſſe.
e fort. conformatus.
f al. & tueri poſſ.
* annus ætatis 54.
* Lãb. tua cõquieſcat.
* hanc epiſtolam cõſequẽti cõiũgendam putat P. Manutius.
g al. decederet.
h L. cui & carus æquè ſis, & iucundus, ac f. p.
& ita v. c.

ARGVMENTVM.

De Curionis patris interitu ſignificat, ac ſe illi parentis loco futurum pollicetur. Scripta eodem anno.

M. T. C. C. CVRIONI, S. D. 2

*GRAVI teſte priuatus ſum amoris ſummi erga te mei, patre tuo, clariſſimo viro: qui cùm ſuis laudibus, tum verò te filio ſuperaſſet omnium fortunam, ſi ei contigiſſet, vt te antè videret, quàm è vita *g* diſcederet. Sed ſpero noſtram amicitiam non egere teſtibus: Tibi patrimonium dij fortunent. Me certè habebis, *h* cui carus æquè ſis, & periucundus, ac fuiſti patri.

ARGV.

ARGVMENTVM.

Excuſat libertum Rupam quia munera populo non promiſerit, quod ei Curio mandauerat, monétque Curionem ne in deditionibus munerum patrimonium profundat. Scripta eodem anno.

M. T. CICERO C. CVRIONI, S. D. 3

i RVPAE ſtudium meum non defuit declarandorum munerum tuo nomine: ſed nec mihi placuit, nec cuiquam tuorum, quidquam, te abſente, fieri, quod tibi, cùm veniſſes, non eſſet integrum. Meam quidem ſententiam aut ſcribam ad te poſtea pluribus aut, ne ad eam meditere, imparatum te offendam, corámque *k* contra iſtã tuam *l* rationem, meam dicam: vt aut te in meam ſententiam adducam: aut certè teſtatum apud animum tuum relinquam, quid ſenſerim: vt, ſi quando (quod nolim) diſplicere tibi tuum conſilium cœperit, poſſis meum recordari *m* Breui tamen ſic habeto, in eum ſtatum temporum tuum reditum incidere, vt iis bonis, quæ tibi natura, ſtudio, fortuna data ſunt, faciliùs omnia, *n* quæ ſunt in rep. ampliſſima, conſequi poſſis, quàm muneribus: quorum neque facultatem quiſquam admiratur (eſt enim copiarum, non virtutis) neque quiſquam eſt, quin ſatietate iam defeſſus ſit. Sed aliter, atque oſtenderam, facio, *o* qui ingredior ad explicandam rationem ſententiæ meæ. Quare omnem hanc diſputationem in aduentum tuum differo. Summa ſcito in exſpectatione te eſſe, eaque à te exſpectari, quæ à ſumma virtute, ſummóque ingenio exſpectanda ſunt: ad quæ ſi es, vt debes, paratus (quod ita eſſe confido) plurimis, maximiſque muneribus & nos amicos, & ciueis tuos vniuerſos, & Remp. afficies. Illud *p* profectò cognoſces, mihi te neque cariorem, neque iucundiorem eſſe quemquam.

i al. Nempe ſtudium nõ defuit declarand. mun.

k q. v. c. cõtraq; corã illam meã rationem dicam. L. contra iſtã rationem, meam dicam.

l al. rationem ediſſeram, vt, &c.

m al. Breuiter tamen.

n L. quæ ſunt ampliſſima in rep.

o v. c qui ingrediar ad explic. & ita L.

p n.

ARGVMENTVM.

Nullum è tribus generibus epiſtolarum, negotiali, ioco-ſo & ſeuero occurrere: ſed tantum cupere, vt Curio expectationi reſpondeat. Eodem anno.

M. T. CICERO C. CVRIO-NI, S. D. 4

EPISTOLARVM genera multa eſſe non igno-raſ: ſed vnum illud certiſſimũ, *q* cuius cauſa inuenta res ipſa eſt; vt certiores faceremus abſẽ-teis, ſi quid eſſet, quod eos ſcire, aut noſtra, aut ipſorũ intereſſet. Huius generis literas à me pro-fectò *r* non exſpectas † *s* * domeſticarũ enim re-rum tuarũ habes & ſcriptores, & nuntios. In meis autẽ rebus nihil eſt ſanè noui. Reliqua ſunt epi-ſtolarum genera duo, quæ me magnopere dele-ctant: vnũ familiare, & iocoſum: alterum ſeuerũ, & graue. Vtro me minùs deceat vti non intelli-go Iocérne tecum per literas? ciuem mehercule non puto eſſe, qui temporibus his ridere poſſit. An grauius aliquid ſcribam? quid eſt, quod poſſit grauiter à Cicerone ſcribi ad Curionem, niſi de rep. ? *t* Atque in hoc henere hæc mea cauſa eſt, vt neq; ea, quæ nũc ſentio, velim ſcribere. Quam-obrem, quoniam mihi nullum ſcribendi argumẽ-tum relictum eſt, vtar ea clauſula, qua ſoleo, teq; ad ſtudium ſummæ laudis cohortabor. Eſt enim *u* tibi grauis aduerſaria conſtituta, & parata, in-credibilis quædam exſpectatio: quam tu vna re facillimè vinces, ſi hoc ſtatueris, I QVARVM LAV-DVM gloriam *x* adamaris: quibus artibus eæ lau-des comparantur, in iis eſſe elaborandum. In hãc ſententiam ſcriberem plura, niſi te tua ſponte ſa-tis incitatum eſſe confiderem: & hoc, quidquid attigi, non feci inflammandi tui cauſa, ſed teſtifi-candi amoris mei. Vale.

q q.v.c. cu-ius cauſa in uẽta eſt res ipſa, vt.
r q.v.c. non exſpecta-bis.
s I. tuarum enim dome ſticarum re rum hab. & ita v.c.
* al. dome-ſticos.
t al. Atquin. in hoc gen.
u q.v.c. gra uis tibi.
x al. admi-ratis.

ARGVMENTVM.

Rempublicam domeſticis malis laborare ſignificat: Cu-rioni gratulatur, quòd abſit: vel quia ciuiles miſe-rias non videat, vel quòd ibi ſit, vbi magnam ex re-

ctè

ſtè factis laudem conſequatur. tandem adhortatur eum ad ſuſcipiendum Rempub. eius indigentem patrocinio. Scripta eodem anno.

M. T. CICERO C. CVRIONI, S. P. D. 5

HAEC negotia quomodo ſe habeant, ne epiſtola quidem *y* narrare audeo tibi, etſi vbicunque es (vt ſcripſi ad te antea) in eadem es naui: *z* tamen quòd abes, gratulor, vel quia nõ vides ea, quæ nos: vel quòd excelſo, & illuſtri loco ſita ſit laus tua, in plurimorum & ſociorum, & ciuium conſpectu: quæ ad nos nec obſcuro, nec vario ſermone, ſed & clariſſima, & *a* vna omniũ voce perfertur. Vnum illud neſcio, gratulérne tibi, an timeam, quòd mirabilis eſt exſpectatio reditus tui: *b* non quò verear, ne tua virtus opinioni hominum non reſpondeat: ſed mehercule, ne, cùm veneris, non habeas iam, quod cures: ita ſunt omnia *c* debilitata, iam propè & exſtincta. Sed hęc ipſa neſcio, recténe ſint literis commiſſa. quare cetera cognoſces ex alijs. Tu tamen, ſiue habes *d* aliquam ſpem de rep. ſiue deſperas: ea para, meditare, cogita, quæ eſſe in eo *e* ciue, ac viro debent qui ſit remp. afflictam, & oppreſſam miſeris temporibus, ac perditis moribus, in veterem libertatem, *f* ac dignitatem vindicaturus.

y al. audeo narrare.
z al. tamen gratulor, quòd abes.
a L. omniũ vna voce perf.
b al. non quòd verear.
c al. debilitata & iam propè exſt.
d L. ſpem aliquam de rep.
e L. cíui, atque viro deb. & ita v. c.
f q. v. c. & libertatem.

ARGVMENTVM.

Milonem Curioni commendat in petitione conſulatus, partes multæ ſunt omnes, ad impetrandum accommodatæ. Eodem anno.

M. T. CICERO C. CVRIONI, S. P. D. 6

NONDVM erat auditum, te ad Italiam aduentare, † cùm *g* Sextum Iulium, Milonis mei familiarem, cum his ad te literis miſi: ſed tamen cùm appropinquare tuus aduentus putaretur, & te iam ex Aſia Romam verſus profectum eſſe conſtaret, magnitudo rei fecit, vt non vereremur, ne nimis citò mitte-

g al. Seruiliũ. al. Sex. Vilium.

remus, *h* cùm has ad te quàm primùm perferri[i] literas magnopere vellemus. Ego, ſi mea in te eſſent officia ſolùm, Curio, tanta, quanta magis à teiſo prædicari, quàm à me ponderari ſolent: verecundiùs à te, ſi qua magna res mihi petenda eſſet, contenderem. GRAVE EST ENIM *homini pudenti, petere aliquid magnum ab eo, de quo ſe bene meritum putet: ne id, quod petat, exigere magis, quàm rogare: & in mercedis potiùs, quàm benificij loco numerare videatur.* Sed quia tua in me vel nota omnibus, vel ipſa nouitate meorum temporũ clariſſima: & *i* maxima *k* beneficia extiterũt: ESTQVE ANIMI *ingenui cui multum debeas, eidem plurimum velle debere:* non dubitaui id à te per literas petere, quod mihi omniũ eſſet maximum, maximéque neceſſarium. Neq; enim ſum veritus, ne ſuſtinere tua in me vel innumerabilia beneficia non poſſem: cùm præſertim cõfiderem, nullam eſſe gratiam tantam, *l* vel quam non capere animus meus accipiendo: vel remunerando, cumulandoq; illuſtrare poſſit. Ego omnia mea ſtudia, *m* omnem operam curam, induſtriam, cogitationem, mentem deniq; omnem in Milonis conſulatu fixi, & locaui: ſtatuíque in eo me non officij ſolùm fructum, ſed etiam pietatis laudem debere quærere. Neque verò cuiquam ſalutem, ac fortunas ſuas tantæ curæ fuiſſe vmquã puto, quantæ mihi ſit honos eius, in quo omnia *n* mea poſita eſſe decreui. Huic te vnum tanto adiumento eſſe, ſi volueris, poſſe intelligo, vt nihil ſit præterea nobis requirendum. Habemus hæc omnia: bonorum ſtudium conciliatũ ex tribunatu, propter noſtram (vt ſpero te intelligere) cauſam: vulgi, ac multitudinis, propter magnificentiam munerum, liberalitatémque naturæ: iuuentutis, & gratioſorum *o* in ſuffragiis, propter ipſius excellentem in eo genere vel gratiam, vel diligentiam: noſtram ſuffragationem, ſi minùs potentem, *p* approbatam tamen, & iuſtam, & debi-

h L. cùm has quàm primum ad te perferri literas m.
i L. & maxima exiſtit, erunt.
k vox, beneficia abeſt à plerìſque libris manuſcr. & Caro. Stephano.
l L. quam vel non capere anim⁹ meus in accipiẽdo, vel in remuner. cumuque. illuſtr. poſ.
m L. omnẽ que ope.
n libri vulg. mea ſtudia poſ.
o libri vulg. in ſuffragiis ſtudia, propt. q. ver. in ſuffragijs poſita ſtudia ꝓpter ipſ. &c.
p L. aut probatam t.

debitam, & propterea fortaſſe etiam gratioſam, Dux nobis, & auctor opus eſt, & eorum ventorum, quos propoſui, moderator quidam, & quaſi gubernator: qui ſi ex omnibus vnus *q* optandus eſſet: quem tecum conferre poſſemus, non haberemus. Quamobrem ſi me memorem, ſi gratũ, ſi bonum virum vel ex hoc ipſo, quòd tam vehementer de Milone *r* laborem, exiſtimare potes: ſi dignum denique tuis beneficiis iudicas: hoc à te peto, vt ſubuenias huic meæ ſollicitudini, vt huic meæ laudi, vel (vt veriùs dicam) *s* propè ſaluti tuũ ſtudium dices. De ipſo T. Annio tantũ tibi polliceor, te maioris animi, grauitatis, conſtantiæ, *beneuolentiæ erga te, ſi complecti hominem volueris, habiturum eſſe neminem. Mihi verò tantum decoris, tantum dignitatis adiunxeris, vt eundem te facilè agnoſcam fuiſſe in laude mea qui fueris in ſalute. Ego ni te videre ſcirem, cùm hæc ad te ſcriberem, quantum officij ſuſtinerem, quantopere mihi eſſet in hac petitione Milonis omni non modò contentione, ſed etiam dimicatione elaborandum, plura ſcriberem. Nunc tibi omnem rem, atque cauſam, méque totum commendo, atque trado. Vnum hoc ſic habeto: ſi à te hanc rẽ *t* impetraro, me penè plus tibi, quàm ipſi Miloni debiturum. non enim mihi tam mea ſalus cara fuit: in qua præcipuè ſum ab illo adiutus, quã pietas erit in referenda gratia, iucunda. eam autem *v* tui vnius ſtudio me aſſequi poſſe confido. Vale.

q al. exoptandus. & ita Lamb.

r al. laboro.

s L. propriè.

* beneuolentiæq;.

t al. impetrauero.

v L. vnius tui.

ARGVMENTVM.

Cùm eſſet Cicero proconſule in Cilicia ex M. Cœlij aliorumq; literis cognouit tribunum plebis deſignatum eſſe Curionem, tribunatumq; tandem ingreſſo hac epiſtola gratulatur. Poſtea ſuadet ne cuius conſilium ſequatur, ſeipſum audiat, ſibi ipſi obtemperet timebat enim Cicero, quod euenit, ne Curio mutata voluntate, ab optimatibus deficeret. poſtremò, proconſulatum ſibi non prorogari à Curione petit. Seru. Sulpitio & M. Marcello Coss.

x I. procõ ſule.
* Cicero enim procõſule tum in Cilicia erat.
y I. Sed tibi & gratulor.
* Pompeij & Cæſaris, niſi cui ſecus videatur.
z L. tibi ſapientiùs ſuad.

M. T. C. x PROCONSVL, C. CVRIONI TRIBVNO PL. S. D. 7

SERA gratulatio reprehendi non ſolet, præſertim ſi nulla negligentia prætermiſſa eſt, lõgè enim abſum: audio ſerò. y Sed & tibi gratulor:& vt ſempiternæ laudi tibi ſit iſte tribunatus, exopto:téque hortor, vt omnia gubernes, & moderere prudentia tua: ne te auferant * aliorum conſilia. Nemo eſt, z qui ſapientiùs tibi ſuadere poſſit teipſo: numquam labêre, ſi te audies. Non ſcribo hoc temere: cui ſcribam, video: noui animum, noui conſilium tuum. nõ vereor, nequid timidè, nequid ſtultè facias, ſi ea defendes, quæ ipſe recta eſſe ſenties. Quòd in id reip. tempus non incideris, ſed veneris (iudicio enim tuo, non caſu, in ipſum diſcrimen rerum contuliſti tribunatum tuum) profectò vides, quanta vis in rep. temporũ ſit, quanta varietas rerum, quàm incerti exitus, quàm flexibiles hominum voluntates: quid inſidiarum, quid *a* vanitatis in vita *b* non dubito, quin cogites. Sed, amabo te, cura, & cogita, nihil noui, ſed illud idem, quod initiò ſcripſi, tecum loquere: te adhibe in conſilium: te audi: tibi obtempera, alteri qui melius dare conſilium poſſit, quàm tu, non facilè inueniri poteſt: tibi verò ipſi certè nemo melius dabit. Dij immortales, *c* cur ego nõ adſum vel ſpectator laudum tuarum: vel particeps, vel ſocius vel miniſter conſiliorum? tametſi hoc minimè tibi deeſt, ſed tamẽ efficeret magnitudo, & vis amoris mei, conſilio te vt poſſem iuuare. Scribam ad te plura aliàs. paucis enim diebus erã miſſurus domeſticos tabellarios: vt, quoniam ſanè feliciter, † & ex mea ſententia remp. geſſimus, vnis literis totius æſtatis res geſtas ad ſenatum perſcriberem. De ſacerdotio tuo quantã curam adhibuerim, *d* quámque difficili in re, atque cauſa, cognoſces ex iis literis, quas Thraſoni, liberto tuo dedi. Te, mi Curio, pro tua incredibili in me *e* beneuolentia, meáque item in te ſingu

a al. varietatis.
b Lamb. vanitatis in vita ſit.
c q. v. c. cur ego abſum vel ſp. non pl.
d L. quamquam diff. & ita v. c.
e L. beniuolendia, & ita

ſingulari, rogo, atque oro, ne patiare *f* mihi quidquam ad hanc prouincialem moleſtiam temporis prorogari. Præſens tecum egi, cùm te tribunum pleb. iſto anno fore non putarem: itémque petiui ſæpius per literas: ſed tum quaſi à ſenatore nobiliſſimo, *g* & adoleſcēte gratioſiſſimo: nūc à tribuno pleb. & à Curione tribuno: non vt decernatur aliquid noui: quod ſolet eſſe difficiliùs: ſed vt nequid noui decernatur: & vt ſenatuſconſultum, & leges defendas: eáque mihi conditio maneat, qua præfectus ſum. *h* Hoc te vehementer etiam, atq; etiam rogo. Vale.

f v. c. quid quam mihi ad h. & ita L.

g al. tū adoleſcente etiam gr.

h al. Hęc te vehem.

ARGVMENTVM.

Acceptis Cœlij literis quæ lib. 8. prima ſunt, & vnà rerum vrbanarum commentario, in quem leuiſſima quæque operarius à Cœlio conductus retulerat, monet Curionem ne poſthac de leuiſſimis rebus ſcribat, colloquium ſibi fuiſſe cum Pompeio narrat, eumq; laudat. De ſuo in prouinciam itinere ſcribit, ne ſibi annuum prouinciæ tempus prorogetur petit, ſed ea maneat conditio, qua profectus eſt.

M. C. C. PROCONSVL. M. COELIO S. D.

QVID? tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas, vt mihi gladiatorum compoſitiones, vt vadimonia dilata, *i* & Chreſti compilationē mitteres, & ea, quæ nobis, cùm Romæ ſumus, narrare nemo audeat? Vide, quantum tibi meo iudicio tribuam (nec mehercule iniuria: *k* πολιτικώτερον enim te adhuc neminē cognoui) ne illa quidem curo mihi ſcribas, quæ maximis in rebus reip. geruntur quotidie, niſi quid ad me ipſum pertinebit, ſcribēt alij, multi nuntiabunt. *l* perferet etiā multa ipſe rumor. Quare ego nec præterita nec præſentia abs te, ſed vt ab homine longè in poſterū proſpiciēte, futura exſpecto, vt ex tuis literis, cùm formā reip. viderim, quale ædificium futurū ſit, ſcire poſſim. Neque tamen adhuc habeo, quod te accuſem, neque enim fuit, quod tu plus prouidere poſſes,

i q. v. c. vt Chr. & ita L.

k q. v. c. ſapientiorem enim.

l L. perſeret multa etiam ipſe rumor.

Digitized by Google

quàm quiuis noſtrum, in primíſque ego, qui cum Pompeio complureis dies nullis in aliis, niſi de rep. ſermonibus verſatus ſum: quæ nec poſſunt ſcribi, nec ſcribenda ſunt. Tantùm habeto, ciuē egregium eſſe Pompeium,& ad omnia, quæ prouidenda ſunt in rep. & animo, & conſilio paratum. Quare da te homini: complectetur, mi crede. † Iam * iidem illi & boni, & mali ciues videntur, qui nobis videri ſolent. Ego cùm Athenis decem ipſos dies fuiſſem, multúmque mecum *m* Gallus noſter Caninius, proficiſcebar inde prid. nonas Quint. cum hoc ad te literarum dedi. Tibi cùm omnia mea commendatiſſima eſſe cupio, tum nihil magis, quàm ne tempus nobis prouinciæ prorogetur. in eo mihi ſunt omnia. *n* Quid, quando, & quomodo, & per quos agendum ſit, tu optimè conſtitues. Vale.

* eidē An. Aug.

m Lamb. C. noſter. Can.

n Lamb. Quod quādo.

ARGVMENTVM.

Gratulatur de parta ædilitate Hirro deiecto: in quem facetè iocatur: ſuam in Cœlium beneuolentiam, eius in ſe merita demonſtrat. Eodem anno.

M. T. C. COELIO RVFO, AEDILI CVRVLI DESIGNATO S. D. 9

o PLVRIMVM tibi, vt debeo, gratulor, lætorque cùm præſenti, tum etiam ſperata tua dignitate, ſeriùs non negligentia mea, ſed* ignoratione rerum omnium. in his enim ſum locis, quò & propter longinquitatem, & propter latrocinia, tardiſſimè omnia perferuntur. Et cùm gratulor, tū verò quibus verbis tibi gratias agā, non reperio, quòd ita *p* factum ſit, vt dederis nobis, quemadmodum * ſcripſeras ad me, quem ſēper ridere poſſemus. Itaque cùm primùm audiui, ego ille ipſe factus ſum. ſcis *q* quem dicam: egique omneis illos adoleſcenteis, quos ille *r* iactitabat, difficile eſt loqui. Te autem contemplans abſentem, & quaſi tecum coràm loquerer, Non ædepol, quantam egeris rem, neque quantum facinus

o Lambi & M. an primum tibi.

* al. ignorātia.

p Lamb. factus ſis, vt.

* Vide li. 8. ep. 3.

q Lamb. quem dice.

r Lamb. iactitat. Vide Victorium. al. actitat.

facinus feceris. Quod quia præter opinionem mihi acciderat, referebam me ad illud : *Incredibile* s *hoc factũ obiicitur. repentè verò inceßi omnibus lætitiis.* In quo cùm obiurgarer, quòd nimio gaudio penè deſiperem: ita me defendebam : t * *Ego voluptatem* t *animi nimiam.* Quid quæris? dum illũ rideo, penè ſum factus ille. Sed hæc pluribus: multáque alia & de te, & ad te, cùm primùm ero v aliquid otij nactus. Te verò, mi Rufe, diligo, quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meæ, vltorem non modò inimicorum, ſed etiam inuidorum meorum : vt eos partim ſcelerum ſuorum, partim etiam ineptiarum pœniteret. Vale.

ARGVMENTVM.

Literas ſibi non reddi queritur, re vera Cœlium negligentiæ accuſat res ſuas in Amano monte geſtas Pindeniſſiq; expugnationem refert. Proconſulatum ſibi non prorogari petit. De Republica, cùm præſentia, tum futura etiam expectare ſe dicit. Eodem anno.

M. T. C. IMP. M. COELIO RVFO, AEDILI CVRVLI DESIGN. S. D. 10

x TV vide, quàm ad me literæ non perferãtur, nò enim y adduci poſſum, vt abs te, poſteaquàm ædilis factus es, nullas putem datas : præſertim cùm eſſet tanta res, z tantæ gratulationis: de te, quia quod ſperabam: de * Hillo (balbus enim ſum) quod non putaram. Atqui ſic habeto, nullam me epiſtolam accepiſſe tuam poſt comitia iſta præclara: quæ me lætitia extulerunt : ex quo vereor, ne idem eueniat in meas literas. Equidem nunquam domum miſi vnam epiſtolam, quin eſſet ad te altera : nec mihi eſt te iucundius quidquam, nec carius. Sed balbi non ſumus : ad rem redeamus. Vt optaſti, ita eſt. velles enim, ais,

tantum

s al. hoc factum.

* Verſus Trabeæ de quo pleni⁹ 2. de Fini.

t Lamb. homini nimiã. al. habui nim.

v al. nactus aliquid otij. al. aliquid nactus otij.

x L. Tu vide, quamobrem ad me literæ, &c. al. Tu vide quam temere, cũ ad me litera, &c. al. Tu vide, quàm timidè quã ad me, &c. al. Tu vide quàm tardè, quã ad me, &c.

y q. v. c. poſſum adduci.

z q. v. c. tantæ gratulationes.

* al. tantæ gratulationes de te, quia quod ſperabam de nihilo. Qui verò Hillo legunt, Ciceronem balbutiem more eorũ qui r literã efferre nequeunt, affectare putant. Vide infra lib. 8. ep. 4. & 9. Manut. in Comment. in hunc locum.

tantummodò vt haberem negotij, quod eſſet ad laureolam ſatis. Parthos times, quia diffidis copijs noſtris. ergo ita accidit. Nam Parthico bello nũtiato, locorum quibuſdam anguſtiis, & natura montium fretus, ad Amanum exercitum adduxi, ſatis probè ornatum auxilijs, & quadam auctoritate apud eos, qui me non norant, nominis noſtri. Multum eſt enim in his locis. * Hiccine eſt ille, qui vrbem? quem ſenatus? noſti cetera. Cùm veniſſem ad Amanum, qui mons mihi cum Bibulo communis eſt, diuiſus aquarum diuortijs. Caſſius noſter, quod mihi magnæ voluptati fuit, feliciter ab † * Antiochia hoſtem reiecerat. Bibulus prouinciam acceperat. Interea cum meis copijs omnibus, vexaui Amanienſeis, hoſteis ſempiternos, multi occiſi capti: reliqui diſſipati: caſtella munita, improuiſo aduentu *b* capta, & incenſa. Ita victoria iuſta imperator appellatus apud * Iſſum (quo in loco ſæpe, vt ex te audiui, * Clitarchus tibi narrauit, Darium ab Alexandro eſſe ſuperatum) *c* abduxi exercitum ad infeſtiſſimam Ciliciæ partem. Ibi quintum, *d* & vigeſimum iam diem aggeribus, vineis, turribus oppugnabam oppidum muniſſimum, Pindeniſſum, tantis * opibus, tantóque negotio, vt mihi ad ſummam gloriam nihil deſit, niſi nomen oppidi: quod ſi, vt ſpero, cepero: tum verò literas publicè mittam. *e* Hæc ad te in præſenti ſcripſi, vt ſperes, te aſſequi id, *f* quod optaſſes. Sed, vt redeam ad Parthos, hæc æſtas habuit hunc exitum ſatis felicem. Ea, quæ ſequitur, magno eſt in timore. Quare, mi Rufe, vigila: primùm vt mihi ſuccedatur: ſin id erit, vt ſcribis, &, vt ego arbitror, *g* ſpiſſius illud, quod facile eſt, ne quid mihi temporis prorogetur. De rep. ex tuis literis, vt antea tibi ſcripſi, cùm præſentia, tum etiam futura magis exſpecto. Quare, vt ad me omnia quàm diligentiſſimè perſcribas, te vehementer rogo. Vale.

a I. Hicine eſt ille, q. ſimilis dicendi modus eſt. ep. 26. li. 9.
* Antiochea eſt in veruſt. libris.
b q. v. c. capta ſunt, & inc.
* Vide 5. Attic. ep. 20.
* De quo I. de legib. Plin. l. 6. c. 31. & li. 10. c. 49. Curtiũ l. 9. Athenæum lib. 4.
c Lamb. adduxi exer.
d Lamb. & viceſimum
* Lãb. operibus.
e q. v. c. Hęc ad te veſperi in præſenti.
f for. quod optaſſes, poſſe. Sed & ita q. v. c.
g Lamb. Serius v. Nonium c. 4. in ſpiſſum 422. oppo- nit Ouidius liquidum. I. Metam.

ARGV

ARGVMENTVM.

Miro ſe vrbis deſiderio teneri ſcribit. Pantheras ludorum cauſa promittit. De omni ſtatu reipublicæ diligentiſſimè à Cœlio literas poſtulat. L. Paulo, C. Marcello Coſs. Anno V.C. D.C.C.

M. T. C. IMP. M. COELIO AEDILI CVRVLI, S. D. II

PVTARESNE vmquam accidere poſſe, vt mihi verba deeſſent, neque ſolùm iſta veſtra oratoria, ſed hæc etiam leuia noſtratia? Deſunt autem propter hanc cauſam, quòd mirificè ſum ſolicitus, quidnam de prouincijs decernatur. Mirum me deſiderium tenet vrbis, incredibile meorum, atque in primis tui: ſatietas autem prouinciæ: vel quia videmur eam famam conſecuti, vt non tam acceſſio quærenda, quàm fortuna metuenda ſit: vel quia totum negotium non eſt dignum viribus noſtris, qui *h* maiora in rep. onera ſuſtinere & poſſimus, & ſoleamus: vel quia belli magni timor impendet, quod videmur effugere, ſi ad conſtitutam diem decedemus.* De pantheris, per eos, qui venari ſolent, agitur *i* mandato meo diligenter: ſed mira paucitas eſt: & eas, quæ ſunt, valde aiunt queri, quòd nihil cuiquam inſidiarum in mea prouincia, niſi ſibi, fiat. Itaque conſtituiſſe dicũtur in Cariam ex noſtra prouincia decedere. Sed tamen ſedulò fit, & in primis à Patiſco. Quidquid erit, tibi erit: *k* ſed, quid planè eſſet, neſciebamus. Mihi, mehercule, magnæ curæ eſt ædilitas tua. ipſa dies me admonebat. I ſcripſi enim hæc *l* ipſis Megalenſibus. Tu velim ad me de omni reip. ſtatu quàm diligentiſſimè perſcribas, ea enim certiſſima putabo, quæ ex te cognouero. Vale.

h L. maiora onera in rep. ſuſt.
* vid. lib. 8. ep. 4.
i L. mandatu meo.
k L. ſed quid eſſet, planè neſciebamus, & ita V.C.
l L. ipſis Megaleſijs. v. Var. libr. 5. de ling. Lat. & Feſtum in Megal.

ARGVMENTVM.

Solicitudinem ſuam ob res vrbanas demonſtrat. Literas à Cœlio petit. De Diogenis & Philonis itinere. Hortatur, ne prouinciales honores vrbanis magiſtratibus præferat. De reditu ſuo in vrbẽ. Eodẽ anno.

M. T.

M. T. C. IMP. M. COELIO AEDILI CVRVLI S. D. 12

SOLLICITVS equidem eram de rebus vrbanis: ita tumultuoſæ * conciones: ita moleſtæ. m Quinquatrus afferebantur: nam citeriora nondum audiebamus. Sed tamen nihil me magis ſollicitabat, quàm in his moleſtijs non me, n ſi qua ridenda eſſent, ridere tecum. ſunt enim multa, ſed ea non audeo ſcribere. Illud moleſtè fero, nihil me adhuc his de rebus habere tuarum literarum. Quare etſi cùm tu hæc leges, ego iam annuum munus confecero: tamen obuiæ mihi velim ſint literæ tuæ, quæ me erudiant de omni rep. ne hoſpes planè veniam. hoc meliùs, quàm tu, facere nemo poteſt. Diogenes tuus, homo modeſtus, à me cum Philone Peſſinunte diſceſſit. iter habebant ad o Deiotarum regem: quanquam omnia nec benigna, nec copioſa cognoſcant. Vrbem, mi Rufe, cole, & in iſta luce viue. Omnis p enim peregrinatio (quod ego ab adoleſcentia iudicaui) obſcura, & ſordida eſt iis quorum induſtria Romæ poteſt illuſtris eſſe. Quod cùm probè ſcirem, vtinam in ſententia permanſiſſem. Cum vna mehercule ambulatiuncula, atque vno ſermone noſtro omneis fructus prouinciæ non confero. Spero me integritatis laudem conſecutum. † non erat minor ex * contemnenda, q quàm ex conſeruata prouincia ſpes triumphi. Inquis ſatis glorioſe triumpharem, ſi non eſſem tandiu quidem in deſiderio rerum mihi cariſſimarum. Sed (vt ſpero) propediem te videbo. tu mihi obuiam r mitte epiſtolas te dignas. Vale.

* al. coitiones mendoſè.
m L. Quinquatriis aff. vide Varr. 3. & 5. de lingua Lat. Feſtum in Qinquatr⁹. Charis. l. 1. Inſt.
n L. ſi quæ rid.
o L. Lathurum reg. al. Latorum reg. al. Deiotarũ reg. & ita L. al. ad Lato regem, vel Adiato regẽ quem hoc tẽpore Cõmanorum fuiſſe regẽ ex Stra. li. 12. conſtat. alij ad Laiũ regem.
* contẽpta.
p enim abeſt ab o. v. c.
q L. quàm ex conſeruata prouincia. Spes triumphi? in qua. Satis glorioſè triumph.
r Lamb. mitito.

ARGVMENTVM.

Reſpondet epiſtola ſextæ libri noni. Eodem anno.

M. T. C. IMP. M. COELIO AEDILI CVRVLI S. D. 13

RARAS tuas quidem (fortaſſe enim non perferuntur) ſed ſuaueis accipio literas: vel quas

pro-

proximè acceperam, quàm prudenteis? quàm multi & officij, & conſilij? Etſi omnia ſic conſtitueram mihi agenda, vt tu admonebas: tamen confirmantur noſtra conſilia, cùm ſentimus, prudentibus, s fideliterque ſuadentibus idem videri. * Ego Appium (vt ſæpe tecum locutus ſum) valde diligo, meque ab eo diligi ſtatim cœptum eſſe, vt ſimultatem depoſuimus, ſenſi. Nam & honorificus in me conſul fuit, & ſuauis amicus, & ſtudioſus ſtudiorum etiam meorum. t Mea verò officia ei non defuiſſe, tute es teſtis: * quoniam * κωμικὸς μάρτυς (vt opinor) v accidit Phania: & mehercule etiam pluris eum feci, quòd te amari ab eo ſenſi. Iam me Pompeij totum eſſe ſcis. Brutum à me amari intelligis. Quid eſt cauſæ, cur mihi non ſit in optatis complecti hominem, florentem ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis: collegam meum præſertim, & in ipſa collegij laude, & ſcientia, ſtudioſum mei? Hæc eò pluribus ſcripſi, y quòd mihi ſignificabant tuæ literæ ſubdubitare te, qua eſſem erga illum voluntate. Credo te audiſſe aliquid: falſum eſt, mihi crede, ſi quid audiſti. Genus inſtitutorũ, & rationum mearũ, diſſimilitudinem nonnullam habet cum illius adminiſtratione prouinciæ. Ex eo quidã ſuſpicati fortaſſe ſunt, animorum contentione, non opinionũ diſſentione, me ab eo diſcrepare. Nihil autem feci vmquam, neque dixi, quod contra illius exiſtimationem eſſe vellē. Poſt hoc negotium autem, & temeritatem noſtri Dolabellæ, deprecatorem me pro illius periculo præbeo. Erat in eadem epiſtola veternus ciuitatis. gaudebam ſanè, & congelaſſe noſtrum amicum lætabar otio. Extrema pagella pupugit me tuo chirographo. z Quid ais? Cæſarem nunc defendit Curio? quis hoc putaret præter me? a nam ita in vita putaui. Dij immortales: quàm ego riſum noſtrum deſidero. Mihi erat in animo, quoniam iuriſdictionem con-

s q.v.c. fideliter ſuadēt. * v. lib. 1. ep. 9.
t Lāb. non habet officia.
* al. οἰκικὸς. Eraſmus, οἴκοθεν meliè. Vide Suidam in dictione ἔμφασις.
v L. accederit. al. occidit.
x v. c. non in optatis ſit compl. & ita L.
y aL quòd nonnihil ſignific.
z L. Cæſarem nō defendit Curio? v. L. 8. ep. 6.
a L. nã, ita viuam, putaui.

*Ep. 6. Attic. ep. 2. * militarémque in ea, &c. habent ſcripti libri.

feceram:*ciuitates locupletaram,publicanis, etiã ſuperioris luſtri reliqua, ſine ſociorum vlla querela,conſeruatam:priuatis, ſummis, infimis fuerã iucundus: proficiſci in Ciliciam nonis Maij: & cùm primùm æſtiua attigiſſem, * militarémque † rem collocaſſem,decedere ex ſenatuſconſulto. Cupio te ædilem videre, miroque deſiderio me vrbs afficit,& omnes mei,túque in primis.Vale.

ARGVMENTVM.

Fabium à probitate,doctrina,ingenio,modeſtia,amicitia commendat. Literas expectat de rebus vrbanis. Eodem anno.

M. T. C. IMP. M. COELIO AEDILI CVRVLI, S. D. 14

b tres v. c. non habent prænomen Marco.

b MARCO Fabio,viro optimo, & homine doctiſſimo,familiariſſimè vtor,mirificeque eũ diligo(cùm propter ſummum ingenium eius, ſũmamq; doctrinam, tũ propter ſingularem modeſtiam. Eius negotium ſic velim ſuſcipias, vt ſi eſſet res mea Noui ego vos magnos patronos. hominẽ occidat oportet, qui veſtra opera vti velit. ſed in hoc homine nullam accipio excuſationem. Omnia relinques,ſi me amabis,cùm tua opera Fabius vti volet.Ego res Romanas vehementer expecto,& deſidero:in primiſq;, quid agas ſcire cupio.nam iamdiu,propter hyemis magnitudinem, nihil noui ad nos *c* afferebatur. Vale.

c q.v.c.referebatur. for.perferebatur.

ARGVMENTVM.

Reſpondet epiſtola 10.11.& 13.libri 8. Capita autẽ huc ſunt epiſtolæ De ſupplicationibus ſuis.De filiæ & Dolabellæ nuptiis.De ſua ſolicitudine ob ciuiles diſcordias.De rationibus adductus C. Cœliũ quæſtorẽ prouinciæ præpoſuerit.De Ser.Ocella in adulteriis deprehenſo.De rebus à Cœlio ædili geſtis. De ſuo in vrbem reditu. Eodem anno.

M. T. C. IMP. M. COELIO, CVRVLI AEDILI S. P. D. 15

d q. v. c. nec.

NON potuit accuratiùs agi, *d* neque prudentiùs, quàm actum eſt à te cum Curione

de

de ſupplicatione: *e* & mehercule confecta res res eſt ex ſententia mea, cùm celeritate, tùm quòd is, *f* qui erat iratus, competitor tuus, & idē meus, aſſenſus eſt ei, qui ornauit res noſtras diuinis laudibus. Quare ſcitò me ſperare ea, quæ ſequuntur: atque tute para. Dolabellam à te gaudeo primùm laudari, deinde *g* etiam amari. Nā ea, quæ ſperas Tulliæ meæ prudentia temperari poſſe, ſcio *h* cui epiſtolæ tuæ reſpondeant. Quid ſi meam legas, quam ego tum ex tuis literis miſi ad Appium? Sed quid agas? ſic viuitur. Quod actum eſt, dij approbent. Spero fore iucundum generum nobis. *i* multum in eo tua nos humanitas adiuuabit. Reſp. me valdè ſollicitat: faueo Curioni: 1 *k* Cæſarem honeſtū eſſe cupio: pro Pōpeio * emori poſſum: ſed tamen ipſa repub. nihil mihi eſt carius: in qua tu non valdè te iactas. diſtrictus enim mihi videris eſſe quòd & bonus ciuis, & bonus amicus es. Ego de prouincia decedens, quæſtorem Cœlium præpoſui prouinciæ. * Puerum? inquis. * At quæſtorē: at nobilē adoleſcentem: at omnium ferè exemplo: 2 neque erat *l* ſuperiore honore *m* vſus, quem præficerē. *n* Pontinius multo antè diſceſſerat. à Quincto fratre impetrari non poterat: quem tamen ſi reliquiſſem, dicerent iniqui. non me planè poſt annum, vt ſenatus voluiſſet, *o* ex prouincia deceſſiſſe: quoniā alterū me reliquiſſem. Fortaſſe *p* & illud adderent. ſenatum eos voluiſſe prouinciis præeſſe, qui antea non præfuiſſent: fratrem meum triennium Aſiæ præfuiſſe. Denique nunc ſollicitus non ſum: ſi fratrem reliquiſſem, omnia timerē. Poſtremò non tam mea ſponte quàm potentiſſimorū * virorum exemplo, *q* qui omneis Caſſios, Antonióſque complexi ſunt, hominē adoleſcentem non tā allicere volui, quā alienare nolui. Hoc tu meū conſilium laudes neceſſe eſt: mutari enim nō poteſt. * De Ocella *r* parū planè ad me ſcripſeras, & in actis non erat. Tuæ res geſtæ ita

e v.c. & hercle. v. l. 8. ep. 11.
f fort. qui mihi erat iratus.
g al. & amari.
h L. cui tuæ epiſt. reſp. v. lib. 8. ep. 33.
i L. multūq; in eo t.
k Lamb. Cæſari honeſtiſsimè cup. Vict. honeſtiſsime eſſe cupio.
* al. mori.
* v. 6 Att. ep. 6.
* al. ad quæſtorem. 1.
l fort. ſuperior honore vllus. ſic infra. ep. 18. in Lamb. vllus.
n L. Pontinus m.
o L. de prouincia dec.
* duorum. & ita o. v. c.
p L. etiā illud add. & ita o. v. c.
q Lamb. q. al. qui iuuenes Caſsios
* v 6. Attic. epi. 6.

Vide li. 14. ep. 14.
r L. parum ad me. planè ſcr. & ita v. c.
s L. de matrimonio ſit aud.

notæ ſunt, vt trans montẽ Taurum etiã s de matrinio ſit auditum. Ego niſi quid me Eteſiæ morabuntur, celeriter, vt ſpero, vos videbo. Vale.

ARGVMENTVM.

Reſpondet epiſtolæ XVIII. *lib. octaui.* C. Marcello, & L. Lentulo Coſſ.

M. T. C. IMP. M. COELIO AEDILI CVRVLI, S. P. D. 16

*li. 8. ep. 16.

t al. quæ meũ animũ magis ſollicitum non hab.
* Lamb. haberet.
v q. v. e. à me ipſe deſic.
* al. tuum vt lib. 8. ep. 9.
* vide l. 14. ep. 14. & 16.

MAGNO dolore me affeciſſent tuæ *literæ, niſi iam & ratio ipſa depuliſſet omneis moleſtias, & diuturna deſperatione rerum obduruiſſet animus ad dolorem nouum. Sed tamen quare acciderit, vt ex meis ſuperioribus literis id ſuſpicarere, quod ſcribis, neſcio: quid enim fuit in illis, præter querelam temporum, t quæ non animum meum magis ſollicitum * habẽt, quàm tuũ? Nam non eam cognoui aciem ingenij tui, quod ipſe videam, te id vt nõ putem videre. Illud miror, adduci potuiſſe te, qui me penitus noſſe deberes, vt me exiſtimares aut tam improuidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam & prope iacẽtem deſciſcerem: aut tam inconſtantem, vt collectam gratiam florentiſſimi hominis effunderẽ, và méque ipſe deficerẽ, &, quod initio, ſempérq; fugi, ciuili bello intereſsẽ. Quod eſt igitur * meũ triſte conſilium? vt diſcederem fortaſſe in aliquas ſolitudines? noſti enim nõ modò ſtomachi mei, cuius tu ſimilem quondam habebas, ſed etiam oculorum, in hominum inſolentium indignitate, faſtidium. Accedit etiam moleſta hæc pompa lictorum meorum, noménque imperij, quo appellor. I Eo ſi onere carerem, quamuis paruis Italiæ latebris contentus eſſem. Sed incurrit hæc noſtra laurus non ſolũ in oculos, ſed iam etiã in voculas maleuolorum. * Quod cũ ita eſſet, nihil tamen vnquã de profeſſione, niſi vobis approbantibus, cogitaui. Sed mea prædiola tibi nota ſunt in his

mihi

mihi neceſſe eſt eſſe, ne amicis moleſtus ſim. 2 x Quod autem in maritimis ſum: facilè moueo nonnullis ſuſpicionem, velle me nauigare: quod tamen fortaſſe nō nollē, ſi poſſem ad otium, nā ad bellum quidē qui conuenit? præſertim contra eū, cui ſpei o me ſatisfeciſſe: ab eo cui tamen ſatisfieri nullo modo poteſt? Deinde ſententiā meā tu tu facillimè perſpicere potuiſti iam ab illo tempore, cùm in Cumanum mihi obuiā veniſti. y nō enim te celaui. Sed nónne tum prouidiſti, quàm abhorrerē ab vrbe relinquēdā? Quod cū audiſſē, nónne tibi affirmaui, quiduis me potius perpeſſurum, quam ex Italia ad bellum ciuile exiturum? Quid ergo accidit, cur conſiliū mutarē? 3 nónne omnia potius, a vt in ſentētia permanerē? Credas hoc mihi velim, quod puto te exiſtimare, ex his miſeriis nihil aliud me quærere, niſi vt homines aliquādo intelligant, me nihil maluiſſe, quā pacē: ea deſperata, nihil tā fugiſſe, quā arma ciuilia. Huius me cōſtantiæ puto fore, vt nunquā pœniteat. Etenim memini, in hoc genere gloriari ſolitum eſſe familiarem noſtrū, Q. Hortenſiū, quod nunquā bello ciuili interfuiſſet. Hoc noſtra laus erit illuſtrior, quod illi tribuebatur ignauiæ: de nobis id exiſtimari poſſe non arbitror. Nec me iſta terrent, quæ mihi à te ad timorem fidiſſimè, atque amantiſſimè proponuntur. Nulla eſt enim acerbitas, quæ non omnibus, hac orbis terrarū perturbatione, impendere videatur: quam quidē ego à rep. meis priuatis, & domeſticis incōmodis libentiſſimè, vel iſtis ipſis, quæ tu me mones, vt caueā, redemiſſem. Filio meo, quē tibi carū eſſe gaudeo, ſi erit vlla reſp. 4 ſatis amplum b patrimoniū relinquā, memoriā nominis mei. ſin autē nulla erit: nihil accidet ei ſeparatim à reliquis ciuibus. Nā quòd rogas, vt reſpiciam * generum meum adoleſcentem optimum, mihique cariſſimum: an dubitas, cùm facias, quanti cùm illum, tum verò Tulliam meam faciam, quin ea me cura vehementiſſi-

x L. Quod autem in maritimis facillimè tū moueo nōnullis ſuſpi. al. Quod autē in maritimis ſū: moueo facillimè nōnull. &c.

y L. non enim te celaui ſermonē T. Ampij vidiſti quā abhorrerē ab vrbe relinquenda. Q. a.

a L. cur in ſent.

b L. patronum relinquam.

* P. Cornelium Dolabellam,

mentiſſimè ſolicitet? & eò magis, quòd in communibus miſeriis 5 c hac tantum oblectabar ſpecula. Dolabellam meum, vel potius noſtrum, videbam fore ab iis moleſtiis, 6 quas d liberalitate ſua contraxerat, liberum. Velim quæras quos ille dies ſuſtinuerit, in vrbe dum fuit: quàm acerbos ſibi, quã mihi ipſi ſocero non honeſtos. Itaque neque ego hunc Hiſpanienſem caſum expecto, de quo mihi exploratum eſt ita eſſe, vt tu ſcribis: e neque quidquã aſtutè cogito. Si quando erit ciuitas, erit profectò f nobis locus. ſin autẽ non erit, in eaſdem ſolitudines tu ipſe (vt arbitror) venies, in quibus nos conceſſiſſe audies. Sed ego g fortaſſe vaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus. Recordor enim deſperationes eorum, qui ſenes erant, h adoleſcente me. Eos ego fortaſſe nunc imitor & vtor ætatis vitio. Velim ita ſit. Sed tamen togam prætextam texi i Oppio, puto te audiſſe. Nam Curtius noſter * dibaphum cogitat: ſed eum infector moratur. Hæc adſperſi vt ſcires, me tamen in ſtomacho ſolere ridere. k De Dolabella, quod ſcripſi, ſuadeo videas, tanquã ſi res tua agatur. Extremũ illud erit: l nos nihil turbulenter, nihil temerè faciemus. 7 Te tamen oramus, quibuſcunque erimus in terris, vt nos, liberóſq; noſtros ita tueare, vt amicitia noſtra, & tua fides poſtulabit. Vale.

c l. hac tamẽ oblect.
d l. liberta te ſua cõtr.
e l. am nec quidq.
f for. nobis in eaſ. cus.
g l. fortaſſis vat. & ita o. v. c.
h v. c. me adoleſcente. Sullæ ſcilicet & Marij.
i al. Appio.
* διβαφ purpura eſt bis tincta. 2. Att. ep. 10 hîc autem pro auguratu.
k al. Dolabella, quod ſcr.
l q. v. c. nos tamen nihil t.

ARGVMENTVM.

Caninius Bibulo proconſuli quæſtor erat in Syria. Binis eius literis reſpondet Cicero. Prioribus eodem ordine quo ſcripſerat Caninius. Poſterioribus exponit cauſas cur eum Bibulo commendare nõ debeat, ſe tamen eius voluntati morem geſſiſſe. L. Paulo & C. Marcello Coss.

M. T. C. IMP. † CANINIO * SALLVSTIANO m PROPRAETORI S. D. 17

LITERAS * à te mihi ſtator tuus reddidit Tarſi n ad XVI. ad Kal. Sextileis. His ergo ordine

* al. Salluſtio. al. Caio Salluſtio.
m al. PRO PRAETORE al. PRO QVAEST.
* litera bi nas. vel binas literas. vide ep. 19.
n l. ad XVI Kalendas.

ordine, vt videris velle, reſpondebo. De ſucceſſore meo nihil audiui, nec quemquam fore arbitror. Quia ad diem decedam, nulla cauſa eſt, præſertim ſublato metu Parthico. Commoraturum me nuſquã ſanè arbitror. *o* Rhodum, Ciceronum cauſa puerorũ, acceſſurum puto: neque id tamen certum. Ad vrbem velim q. ãprimũm venire: ſed tamen iter meũ, reip. & rerum vrbanarũ ratio gubernabit. Succeſſor tuus non poteſt ita maturare vllo modo vt tu me in Aſia poſſis conuenire. De rationibus referendis, † nõ erat incõmodum, te nullam referre, quã tibi ſcribis à Bibulo fieri poteſtatem. Sed id vix mihi videris per * legem Iuliã facere poſſe: quã Bibulus certa quadam ratione non ſeruat: tibi magnopere ſeruandã cẽſeo. Quòd ſcribis, Apamea præſidiũ deduci non oportuiſſe † videbam idem ceteros exiſtimare: moleſtéque ferebam, de ea re minus commodos ſermones *p* maleuolorũ fuiſſe. Parthi tranſierint, nécne, præter te video dubitare neminẽ. Itaque omnia præſidia, quæ magna & firma paraueram, commotus hominũ non dubio ſermone, dimiſi. Rationes me quæſtoris, nec verum fuit me tibi mittere *r* nec tum erant confectæ. eas nos Apameæ deponere cogitabamus. * De præda mea, præter *q* quæſtores vrbanos, id eſt, populum R. teruncium *r* nec attigit, nec tacturus eſt quiſquã Laodiceæ me * prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ, vt & mihi, & populo cautũ ſit ſine vecturæ periculo. Quòd ſcribis ad me de drachmis *s* CCCLXII. nihil eſt, quod in iſto genere cuiquam poſſim cõmodare. Omnis enim pecunia ita tractatur, vt præda à præfectis: quæ autẽ mihi attributa eſt, à quæſtore curetur. Quòd quæris, quid exiſtimẽ de legionibus, quæ decretæ ſunt in Syriã: antea dubitabã, venturæ'ne eſſent: nunc mihi non eſt dubiũ, quin ſi antea auditum erit, otium eſſe in Syria, venturæ non ſint. Marium quidem ſucceſſorem tardè video eſſe

o L. Rhodũ cauſa puerorũ, acceſ.

† De lege Iulia, vide lib. 5. ep. 20. & 6. ad Attic. ep. 7. & in Piſonem Eam C. Iulius Cæſar Conſul tulerat.

p v. c. maliuolorum f.

† v. 5. Attic. ep. 20 —

q L. quæſtores vrb.

r. al. nec tetigit.

* Vide Aſcon. & Varro. 4. de lingua Latina.

s Lamb. CCCIↃↃↃ.

venturum, propterea quod ſenatus ita decreuit, vt cum legionibus iret. Vni epiſtolæ reſpondi: venio ad alteram. Petis à me vt Bibulo te quàm diligentiſſimè commendem: in quo mihi voluntas non deeſt: ſed locus videtur eſſe tecum expoſtulandi. Solus enim tu ex omnibus qui cum Bibulo ſunt, certiorem me nunquam feciſti, quàm valdè Bibuli voluntas à me ſine cauſa abhorreret. Permulti enim ad me detulerunt, cùm magnus Antiochi metus eſſet, & magna ſpes in me atque in exercitu meo, ſolitum dicere, quiduis ſe perpeti malle, quàm videri eguiſſe auxilio meo, quod ego officio quæſtorio te adductum reticere de prætore tuo, non moleſtè ferebã: quamquam, quemadmodum tractarere, audiebam. Ille autẽ, cùm ad Thermum de Parthico bello ſcriberet, ad me literam nunquam miſit: ad quem intelligebat, eius belli *u* periculum pertinere. Tantùm de auguratu filij ſui ſcripſit ad me: in quo ✻ ego miſericordia commotus, & quod ſemper amiciſſimus Bibulo fui, dedi operam, vt ei quàm humaniſſimè *x* ſcriberem. Ille ſi omnibus eſt maleuolus (quod nunquam exiſtimaui) minùs offendor in me, ſin à me eſt alienior, nihil tibi literæ meæ proderunt. Nam ad ſenatum *z* quas Bibulus literas miſit, in iis quod mihi cum illo erat commune, ſibi ſoli attribuit. ſe ait curaſſe, vt cum quæſtu populi pecunia permutaretur. *a* quod autẽ meum erat propriũ, vt ✻ alariis trãſpadanis *b* vti negarẽ, id etiã populo ſe remiſiſſe ſcribit. quod verò illius erat ſolius, id mecũ communicat. † EQVITIBVS AVXILIARIIS, inquit, CVM AMPLIVS FRVMENTI POSTVLAREMVS. Illud verò puſilli animi, & ipſa maleuolentia ieiuni, atq; inanis, quòd Ariobarzanem, *c* quem ſenatus per me regem appellauit, mihiq; commendauit, iſte in literis non regem, ſed regis Ariobarzanis filium appellat. Hoc animo qui ſunt, deteriores fiunt rogati. Sed tibi morem geſsi: literas

s o.v.c. ſed locus eſſe videtur tecum exp. & ita Lamb.
t L. certiorẽ nunquã me fec.
v q.v.c. pertinere periculum.
w orbatione filiorum 16. ad Att. 5.
x L. reſcriberem.
y Lamb. ſin autẽ à me.
z q. v. c. quas Bibulus miſit. literas, in iis, &c.
a q. v. c. quod meũ erat pr.
✻ Alarij iidẽ qui auxiliares, vide Tit. Liu. l. 35. 40. & 31. Cæſ. l. 1. de bello Gall. 2. de bello ciuili, & Sallu. in Iugurth.
b L. vti me negarem.
c L. quia eũ ſenatus.

raſ

ras ad eum ſcripſi, quas cùm acceperis, facies quod voles. Vale.

ARGVMENTVM.

Lætitiam ſuam exponit, quòd ei grata eſſe officia ſua intelligat. Eius in adminiſtranda prouincia laudat integritatē. Suadet vt decedens præficiat prouinciæ quæſtorem potius quàm legatos. Eodem anno.

M. T. C. IMPERATOR Q. * THERMO d PROPRAETORI, S. D. 18.

* Vide li.13. ep.53.54.55. d al. Proprat.

OFFICIVM meum erga Rhodonem, ceteráque mea ſtudia, quæ tibi ac tuis præſtiti, tibi, homini gratiſſimo, grata eſſe vehementer gaudeo: mihique ſcito in dies maiori curæ eſſe dignitatem tuam: quæ quidem à te ipſo integritate, & clementia tua ſic amplificata eſt, vt nihil addi poſſe videatur. Sed mihi magis magiſq; quotidie de rationibus tuis cogitāti, placet illud meū cōſiliū, quod initio Ariſtoni noſtro, vt ad me venit, oſtendi: e graueis te ſuſcepturum inimicitias, ſi adoleſcens potens, & nobilis à rei ignominia affectus eſſet, & hercle ſine dubio erit ignominiæ: habes enim neminem honoris gradu ſuperiorem. Ille autem, vt omittam nobilitatem, hoc ipſo vincit viros optimos, hominéſque innocentiſſimos, legatos tuos, quòd & quæſtor eſt, & quæſtor tuus. Nocere tibi iratū neminem f poſſe perſpicio: ſed tamen treis fratres ſummo loco natos, prōtos, nō indiſertos, te nolo habere iratos, g præſertim iure † quos video deinceps tribunos pl. per triennium fore. Tempora autem reipub. qualia futura ſint, quis ſcit? mihi quidem turbulenta videntur fore. Cur ego te velim incidere in terrores tribunitios, præſertim cum ſine cuiuſquā reprehēſione legatis quæſtorē poſsis anteferre? Qui ſi dignū ſe maioribus ſuis præbuerit (vt ſpero, & opto)

e al. graueis enim te ſuſc.

f q.v.c. perſpicio poſſe

g q.v.c. iure præſertim.

tua laus ex aliqua parte fuerit.ſin quid offenderit:ſibi totum.nihil tibi offenderit. Quæ mihi veniebant in mentem, quæ ad te pertinere arbitrabar, quod in Ciliciã proficiſcebar, exiſtimaui me ad te *h* oportere ſcribere. Tu,quod egeris, id velim dij approbent.Sed,ſi me audies,vitabis inimicitias,& poſteritatis oratio conſules. Vale.

h ſic q.v.c. alij ſcribere oportere,& ita L.

ARGVMENTVM.

Optatiſſimum eum ſibi quæſtorem obtigiſſe oſtendit. Hortatúrque vt in prouinciam ire maturet, antequam ipſe diſcedat.

i M.T.M F. IMP.

* Cœliorũ cognomen vide Man. in hunc lo.

M. T. C. IMP. C. COELIO L. F. † CALDO QVAESTORI DES. S. D. 19

CVM optatiſſimũ nuntiũ accepiſſem, te mihi quæſtorẽ obtigiſſe, eò iucundiorẽ mihi eam ſortẽ ſperabã fore, quo diutiùs in prouincia mecum fuiſſes. Magni .n. videbatur intereſſe, ad eã neceſſitudinẽ,quã nobis ſors tribuiſſet, conſuetudinẽ quoq; accedere.* Poſteà, cùm mihi nihil neque à te ipſo,neque ab vllo alio de aduẽtu tuo ſcriberetur:verebar,ne id ita caderet (quod etiã nũc vereor) *k* ne antè quã tu in prouinciam veniſſes, ego de prouincia decederẽ. Accepi autẽ à te miſſas literas, *l* in Cilicia,cũ eſſem in caſtris, a.d.x. Kal. Quintileis, ſcriptas humaniſſimè:quibus facilè & officiũ,& ingenium tuũ perſpici poſſit. ſed neq; vnde,neq; quo die datæ eſſent, aut quo tẽpore te expectarem, ſignificabant: nec is, qui attulerat,à te acceperat. vt ex eo ſcirẽ, quo ex loco, aut quo tẽpore, eſſent datæ. Quæ cum eſſent incerta,exiſtimaui tamẽ *m* eſſe faciẽdũ, vt ad te ſtatores meos, & lictores cũ literis mitterẽ: quas ſi ſatis opportuno tẽpore accepiſti, gratiſſimũ mihi feceris, ſi ad me Ciliciã quã primũ veneris. Nam quòd ad me Curius,cõſobrinus tuus, mihi(vt ſcis)maximè neceſſarius: quod item C. *n* Virginius,propinquus tuus,familiariſſimus noſter,de te accuratiſſimè ſcripſit: valet id quidem apud

* al.poſtea quam.

k L.vt antequam tu in pr.

l L.in prouincia.

m L.eſſe faciend. al. mihi faciendum eſſe.

n L. Virgilius.

apud me multum ſicuti debet hominũ amiciſſimorũ diligens commendatio : ſed tuæ literæ de tua præſertim dignitate, & de noſtra cõiunctione, maximi ſunt apud me ponderis. Mihi quæſtor *o* optatior obtingere nemo potuit Quamobrem *p* quæcũque à me *r* ornamenta *q* in te proficiſcentur, relaborabo, vt omnes intelligãt, à me habitam eſſe rationẽ tuæ, maiorumque tuorũ dignitatis. Sed id *s* iam faciliùs conſequar, ſi ad me in Ciliciam veneris : quod ego & mea, & reip. & maximè tua intereſſe arbitror. Vale.

o I. te optarior.
p for. quęque à me ornam. in te prof. vt omnes intell.
q o. v. c. ad te prof.
r verbum, elaborabo, abeſt r ab o.v.c.c.
s iam, abeſt ab o.ferèv.c.

M. TVLLII CICERONIS

EPISTOL. LIBER TERTIVS, Ad Appium Claudium Pulchrum.

ARGVMENTVM.

Hanc epiſtolam Phaniæ, Appij liberto dedit : eáque breuitatem excuſat, quòd à liberto prudentiſſimo ac diligentiſſimo poſſet Appius omnem reipu. ſtatũ cognoſcere. Suam in Appium declarat beneuolentiam: taciteque hortatur vt Clodiã gentem ſibi nõdum amicam, ſecum in gratiam reducat. Laudat Cilicem alterum eius libertum. Valerium Iuriſconſultum iocosè commendat. Scripta Ser. Sulpitio & M. Marcello Coss.

M. T. C. APPIO PVLCHRO IMP. S. D. I

SI IPSA reſp. tibi narrare poſſet, quo modo ſeſe haberet, non faciliùs ex ea cognoſcere poſſes, quàm ex liberto tuo * Phania: ita eſt homo non modò prudẽs, verum etiã *t* (quod vidi) curioſus. qua propter ille tibi omnia explanabit. id enim mihi & ad breuitatem eſt aptius, & ad reliquas res prouidentius. De mea autẽ beniuolentia erga te, etſi potes ex ex eodem Phania cognoſcere, tamen videntur

* ſupra l. 2. ep. 13.

t L (quod iuu et.)

etiam aliquæ meę partes. Sic enim *u* tibi perſuade, cariſsimum te mihi eſſe, cum propter multas ſuauitates ingenij officij, humanitatis tuæ, tum quod *x* ex literis tuis, & ex multorum ſermonibus intelligo, omnia, quæ à me profecta ſunt in te, tibi accidiſſe gratiſsima. Quod cùm ita ſit, perficiã profectò, vt longi temporis vſuram, qua caruimus, intermiſſa noſtra conſuetudine, & gratia: *y* crebritate, magnitudine officiorũ meorũ ſarciã: idque me (quoniã tu ita vis) puto non inuita Minerua eſſe facturum: quã quidẽ ego, ſi fortè de tuis ſumſero non ſolùm Pallada, ſed etiam Appiada nominabo. Cilix, libertus tuus, antea mihi minus fuit notus: ſed vt mihi reddidit à te literas plenas & amoris, & officij, mirificè ipſe ſuo ſermone ſubſecutus eſt humanitatẽ literarum tuarũ. Iucũda mihi eius oratio fuit, *z* cũ de animo tuo, cũ ſermonibus, quos de me haberes quotidie, mihi narraret. Quid quęris? Biduo factus eſt mihi familiaris: ita tamen vt Phaniam, valdè ſim deſideraturus: quem cùm Romam remittes, quod (vt putabamus) celeriter eras facturus, omnibus ei de rebus, quas agi, quas curari à me voles, mandata des velim. * L. Valerium *a* iuriſconſultum, valdè tibi cõmendo. ſed ita * etiã, ſi nõ eſt *b* iuriſcõſultus. † Meliùs enim ei cauere volo, quã ipſe aliis ſolet. Valdè hominem diligo. eſt ex meis domeſticis, atque intimis familiaribus. omninò tibi agit gratias: ſed idem ſcribit meas literas maximũ apud te pondus habituras: Id eum ne fallat, te etiam, atque etiam rogo. Vale.

u al. perſuade tibi.
x L. ex tuis literis.
y quidã libri habent & crebritate.
z L. cùm de animo tuo, de ſerm. q. & ita o. v. c.
* Vide lib. I. ep. vi. & li. 7 ep. II.
a al. iure conſultum.
* al. etiã ſi
b al. iure conſultus.
c al. Procõſule.
* duabus legibus dato Cornelia, à ſenatu & Curiata à populo vide Manut.

ARGVMENTVM.

Ciliciam prouinciam ſortitus, quàm expeditiſſimam tradi ab Appio petit. Eodem anno.

M. T. C. PROCONSVL, APPIO PVLCHRO, IMP. S. D. 2

CVm & contra voluntatem meam, & præter opinionem accidiſſet, vt mihi cum imperio in prouinciam * proficiſci neceſſe eſſet: in mul-

tis

tis, & variis moleſtiis cogitationibúſque meis, hæc vna conſolatio occurrebat, quòd neque tibi amicior, quàm ego ſum, quiſquam poſſet ſuccedere: neq; ego ab vllo prouinciam accipere, qui mallet eã mihi quã maximè aptã explicatámque tradere. Quod ſi tu quoque eandem de mea voluntate erga te ſpẽ habes, *d* ea te profectò nunquã fallet. A te *e* maximopere pro noſtra* ſumma cõiunctione, tuaq; ſingulari humanitate, etiã atq; etiã peto, & quæſo, vt, quibuſcunq; rebus poteris, (poteris autẽ plurimis) proſpicias, & conſulas rationibus meis. *f* Vides ex ſenatuſcõſulto prouinciã eſſe habendã, ſi eã (quoad eius facere potueris) quã expeditiſsimã mihi tradideris, facilior erit mihi quaſi decurſus mei temporis. Quid in eo genere efficere poſsis, tui cõſilij eſt. Ego te, quod tibi veniet in mentem mea intereſſe, valdè rogo. Pluribus verbis ad te ſcriberem, ſi aut tua humanitas lõgiorem orationem exſpectaret: aut id fieri noſtra amicitia pateretur: aut res verba deſideraret, ac non pro ſeipſa loqueretur. Hoc velim tibi perſuadeas, ſi rationibus meis *g* à te prouiſum eſſe intellexero, magnam te ex eo, & perpetuam voluptatem eſſe capturum. Vale.

ARGVMENTVM.

Petit ab Appio expeditiſsimam, neque militibus denudatam tradi prouinciam Eodem anno.

M. T. C. APPIO PVLCHRO, S. D. 3

AD *h* XI. Kalẽdas Iunias Brundiſiũ cùm veniſsẽ, *i* Q. Fabius. Legatus tuus, mihi præſtò fuit, *k* eaq; me ex tuis mandatis monuit, quæ non modò mihi ad quẽ pertinebãt, ſed vniuerſo ſenatui venerant in mentem * præſidio firmiori opus eſſe ad iſtã prouinciam. Cenſebant enim omnes ferè, vt in Italia ſupplementum * meis, & Bibuli legionibus ſcriberetur. Id cùm *l* Sulpicius, conſul, paſſurum ſe negaret, multa nos quidem

quæ-

d q.v.c. ea profectò nunquam te fallet.

e q.v.c. maximo opere.

* Vide infrà ep. II.

f L. Vides ex ſenatuſ. prouinciam mihi eſſe hab. nam. decreuerat ſenatus Bibulũ & Ciceronem ſortiri prouincias. huic Cilicia obtigit.

g v.c. prouiſum à te eſſe intell. & ita L. h L. ad XI. CAL.

i q.v.c. Q. Fabianus.

k L. eaque me tuo mãdatu mom

* propter metũ belli Parthici.

* Ciceronẽ 12000. peditũ equitũ. ver. 16000. duxiſſe in Ciliciã refert Plutarch.

l al. Sen. Sulpicius.

quæſti ſumus: ſed tantus conſenſus ſenatus fuit, vt maturè proficiſceremur, parendum vt fuerit: itáque fecimus. Nunc quod à te petij literis iis, quas Romæ * tabellariis tuis dedi, velim tibi curæ ſit, vt ei, quæ ſucceſſori coniunctiſſimo & amiciſſimo commodare poteſt is, qui prouinciam m tradit, ea pro noſtra n conſtantiſſima voluntate erga te, cura ac diligentia tua complectare: vt omnes intelligant, nec me beneuolentiori cuiquam ſuccedere, nec te amiciori potuiſſe prouinciam tradere. Ex iis literis, quarũ * exẽplum ad me miſiſti, quas in ſenatu recitari voluiſti, ſic intellexeram, permultos à te milites eſſe dimiſſos: ſed mihi o Fabius idem demonſtrauit, id te cogitaſſe facere: ſed, cùm ipſe à te diſcederet, integrum militum numerum fuiſſe. Id ſi ita eſt, pergratum mihi feceris, ſi iſtas exiguas copias, quas habuiſti, p quàm minimum imminueris: qua de re ſenatuſconſulta quæ facta ſunt, ad te miſſa eſſe arbitror. Equidem pro eo quanti te facio, quidquid feceris approbabo. Sed te quoque confido q ea eſſe facturum, quæ mihi intelliges maximè eſſe accommodata. Ego r C. Pontinum, legatum meum, Brundiſij exſpectabam: cúmque antè Kalendas Iunias Brundiſiũ venturũ arbitror. Qui cùm venerit, quæ primùm nauigandi nobis facultas data erit, ea vtemur. Vale.

* Gloſſa. γραμματηφόρῳ.
m Fort. alteri tradit.
n v.c. conſociatiſsima vol. ita Victorius. al. coniunctiſsima.
* alij, ad me exemplum.
o ſic o. v. c.
p p. v. c. quam minimè.
q v.c. ea facturum. & ita L.
r al. C. Põtinũ. al. Põtinium. al. Põpinium.
s L. cũ primùm n.

ARGVMENTVM.

Exſpectari à ſe ſcribit L. Clodium cum Appij mandatis: ſuum ſtudium atque officium in omnibus pollicetur: cauſas quibus ad eum diligendum adducatur commemorat. Eodem anno.

M. T. C. APPIO PVLCHRO, S. D. 4.

PRIDIE nonas Iun. cùm eſſem Brundiſij, literas tuas accepi: t quibus erat ſcriptum te L. Clodio mandaſſe, quæ illum mecũ loqui velles. Eũ ſanè exſpectabam, vt ea, quæ à te afferret, quã primùm cognoſcerẽ. Meũ ſtudium erga te, & officium tametſi multis iam rebus ſpero tibi

t L. in quibus erat ſcr.

tibi eſſe cognitum, tamen in iis maximè declarabo, quibus plurimùm ſignificare potuero, tuam mihi exiſtimationē, & dignitatem cariſſimam eſſe. Mihi, & Q. Fabius Virgilianus, & C. Flac. L. filius, & diligentiſſimè M. Octauius, Cn. filius demonſtrauit, me à te plurimi fieri: quod egomet v multis argumētis iā antea iudicatū, maximéq; illo * libro augurali, quem ad me amantiſſimè ſcriptum ſuauiſſimū miſiſti. Mea in te omnia ſumma neceſſitudinis officia conſtabunt. Nā cùm te ipſum ex quo tēpore tu me diligere cœpiſti, quotidie pluris feci, tum acceſſerunt x etiam cōiunctiones neceſſariorū tuorum. I * duos. n. duarū ætatum plurimi facio, Cn Pompeiū, filiæ tuæ ſocerū, & M. Brutū generum tuum. * Collegij quoque coniunctio, præſertim tā honorificè à te approbata, non mediocre vinculū mihi quidem attuliſſe videtur ad voluntates noſtras copulādas. Sed ſi Clodiū conuenero, ex illius ſermone ad te ſcribam plura: & ipſe operam dabo, y vt te quàm primùm videam. Quòd ſcribis, z manendi tibi cauſam eam fuiſſe, vt me conuenires, † id mihi, * ne mentiar, gratum eſt. Vale.

v al. plurimis arg.
* vide infr. ep. 9. & 11. & 10. ad Attic. ep. 7. vbi Appium quoq; hūc iuris Auguralis librū ſcripſiſſe confirmat.
x q. v. c. nō habēt particulā, etiā.
* al. duo.
* Auguralis, vid. ſup. ep. 2. & inf. 10.
y L. te vt quàm primùm.
z L. tibi manendi cauſam.
* al. vehementer gr.

ARGVMENTVM.

Agit. Appio gratias, quòd operam dederit, vt expeditiſsimam ſibi prouinciam traderet. Deinde rationem exponit itineris ſui, quo certius de congreſſu ſtatuere Appius poſſit. Eodem anno.

M. T. C. APPIO PVLCHRO S. D. 5

TRALLEIS veni a VI. Ka. Sextileis. ibi mihi præſto fuit L. Lucilius cum literis, mandatisq; tuis: quo quidem homine neminē potuiſti, nec mihi amiciorem, nec (vt arbitror) ad ea cognoſcenda quæ ſcire volebam, aptiorē, prudentiorémve mittere. Ego autem & tuas literas legi libenter, & audiui Lucilium diligenter. Nunc, quoniam & tu ita ſentis (ſcribis enim, quæ de noſtris

a L. a. d. XIII. Kal. Sex. al. a. d. XVI. Kal. al. a. d. VII. Kal.

ſtris officiis ego ad te ſcripſerim, *b* etſi ea incunda fuerunt, tamen quoniam ex alto repetita ſunt, non neceſſaria te putaſſe (& re vera, confirmata amicitia, & perſpecta fide, cõmemoratio officiorum ſuperuacanea eſt: eam partem orationis prætermittam: tibi tamen agam, vt debeo, gratias. Animaduerti enim, & didici ex tuis literis, te omnibus in rebus habuiſſe rationẽ vt mihi conſuleres, reſtitueréſque, *c* & præparares quodãmodo omnia quò mea ratio facilior & ſolutior eſſe poſſet. Hoc tuum officium cùm mihi gratiſſimum eſſe *d* dicam, ſequitur illud, vt te exiſtimare velim, mihi magnæ curæ fore, atque eſſe iam primùm, vt ipſe tu, tuique omnes: deinde etiam vt reliqui ſcire poſſint me tibi eſſe amiciſſimum. Quod quibus adhuc non ſatis eſt perſpectum, ij mihi nolle magis, hoc animo nos eſſe, quã non intelligere videntur. ſed profectò intelligẽt. neque enim obſcuris perſonis, nec paruis in cauſis res agetur. *f* Sed hoc fieri meliùs quàm dici, aut ſcribi volo. Quod itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere, viſuruſne me ſis in prouincia: ea res *g* ſic habet. * Brundiſij cùm loquerer cum Phania liberto tuo, veni in eum ſermonem, vt dicerẽ, *h* me libenter ad eam partem prouinciæ: primùm eſſe venturum, quo te maximè velle arbitrarer. tunc mihi ille dixit, claſſe te velle decedere: perfore accommodatum tibi, * ſi ad Sidam, maritimam partem prouinciæ, nauibus acceſſiſſem. *i* Dixi me eſſe facturũ: itáque feciſſem, niſi mihi L. * Clodius noſter Corcyræ dixiſſet, minimè id eſſe faciendum: te Laodiceæ fore ad meum aduentum. Erat id mihi multò breuius, multóque commodius *k* cùm præſertim te ita malle arbitrarer. Tua ratio poſtea eſt commutata. Nunc, quid fieri poſſit, tu facillimè ſtatues. ego tibi meum conſilium exponã pridie Kalend Sextil. puto me Laodiceæ fore: vbi perpaucos dies, dũ pecunia accipitur,

b .L. etſi tibi alij etſi ea tibi.

c fort. & re parares.

d al. ducã.

e v.c. nos hoc animo eſſe, q. & ita L.

f q.v.c. Sed hæc fieri.

g v.c. ſic ſe habet.

* Idem ep. 6. infrà.

h. L. Libẽter me ad eam p.

* ingreſſuri prouinciã qua ingredi moris erat prouinciæ partem ingrediebantur. vide ep. 6. & Vlp. l. 4. §. ingreſſum 5. ff. de of. proconſ.

i q.v.c. Dixi me facturũ.

* Vide ſup. ep. 4.

k q.v.c. præſertim.

quæ mihi ex publica permutatione debetur, cõmorabor. Deinde iter faciã ad exercitum, vt circiter Idus Sextil. putem me ad Iconium fore. Sed ſi quid nunc me fallit in ſcribendo (procul enim *l* aberam ab re ipſa, & locis,) ſimul ac progredi cœpero, *m* quam celerrimis potero, & quàm creberrimis literis faciam, vt tibi nota ſit omnis ratio dierum, atque itinerum meorum. Oneris tibi imponere nec audeo quidquam nec debeo. Sed, quod tuo commodo fieri poſſit, vtriuſque noſtrũ *m* magni intereſt, prius vt te conueniam, quã decedas. Quam facultatem ſi quis caſus eripuerit, *n* mea tamen in te omnia officia conſtabunt, non ſecus, ac ſi te vidiſſem. Tibi de noſtris rebus nihil ſum antè mandaturus per literas, quàm deſperaro coràm me tecum agere poſſe. * Quòd te à Scæuula petiiſſe dicis, vt dum tu abeſſes, antè aduentũ meũ prouinciæ præeſſet: eum ego Epheſi vidi, fuitque mecum familiariter triduum illud, quod ego Epheſi commoratus ſum: nec ex eo quidquam audiui, quod ſibi *o* à te mandatum diceret. Sanè vellem potuiſſet obſequi voluntati tuæ, non enim arbitror noluiſſe. Vale.

l L. abſum ab re ipſa. m, v. c. quã celerrimis, & quã creberrimis lit. &c. m al. magni intereſt, vt te videam antè quam d. * al. magni in te quàm decedas. n L. mea tamen in te conſt. al. mea tamen omnia in te officia conſtabun.. & ita q.v.c. * Proconſules antè ſe ex prouincia non dimittebât l. 10. ff. de of. proconſul nõdum verò ingreſſi iuſta de cauſa iuriſdictionem mãdabant. l. 5. ff. de of. proc. at hic abſens antè ſucceſſoris aduentum. mandat iuriſdictionẽ. o q.v.c. mãdatũ ad te d. vide Strab. l. 14

ARGVMENTVM.

De Appij congreſſu expedito, eoq; ab Appio euitato. De ſuo in Prouinciam itinere. Eodem anno.

M. T. C. APPIO PVLCHRO, S. D. 6

CVM meum factũ cum tuo comparo, etſi non magis mihi faueo in noſtra amicitia tuenda, quàm tibi tamen multò magis meo facto delector, quàm tuo. Ego enim Brundiſij quæſiui ex Phania, cuius mihi videbar & fidelitatem erga te perſpexiſſe, & noſſe locum, quem apud te is teneret: quam in partem prouinciæ maxime putaret te velle, vt in ſuccedendo primum venirem. Cùm ille mihi reſpondiſſet, nihil me tibi gratius facere poſſe, quàm ſi ad * Sidam nauigaſſem: etſi minus dignitatis habebat ille aduentus,

& ad

p L.tamen ita me dixi facturum. q.al.Idẽ cũ ego L.Cl.

& ad multas res mihi minùs erat aptus, *p* tamẽ me ita dixi eſſe facturum. *q* Idẽ ego cùm L.Clodium Corcyrę conueniſſem, hominem ita tibi cõiunctum, vt mihi, cum illo cùm loquerer, tecũ loqui viderer: dixi ei, me ita facturum eſſe, vt in eam partem, quã Phania rogaſſet, primùm venirem. *r* Tunc mihi ille cùm gratias egiſſet, magnoperè à me petiuit, vt Laodiceã protinus irẽ: te in prima prouincia velle eſſe, vt quamprimũ decederes: *s* quin niſi ego ſucceſſor eſſem, quem tu cuperes videre, te antea, quàm tibi ſucceſſum eſſet, deceſſurũ fuiſſe: quod quidẽ erat conſentaneum cum iis literis, quas ego, Romæ acceperam: ex quibus perſpexiſſe mihi videbar, quàm feſtinares decedere. Reſpondi Clodio, me ita eſſe facturum, ac multò quidem libentiùs, quàm, ſi illud eſſet faciendum, quod promiſeram Phaniæ. Itaque & conſiliũ mutaui, & ad te ſtatim mea manu ſcriptas literas miſi *t* quas quidem ex tuis literis intellexi ſatis maturè ad te eſſe perlatas. Hoc ego meo facto valde delector. nihil enim potuit fieri amantiùs. Conſidera nunc viciſſim tuũ. Non modò ibi non fuiſti, vbi me quãprimùm videre poſſes, ſed eò diſceſſiſti, quò ego te ne perſequi quidem *u* poſſem triginta diebus, qui tibi ad decedendum lege (vt opinor) Cornelia conſtituti eſſent: vt tuum factum illis, qui, quo animo inter nos imus, ignorant, alieni hominis (vt leuiſſimè dicam) & fugientis cõgreſſum: meum verò, coniunctiſſimi, & amiciſſimi eſſe videatur. *x* At mihi tamen antè, quã in prouinciam venirem, redditæ ſunt à te literæ: quibus etſi te Tarſum proficiſci demonſtrabas, tamen mihi non dubiam ſpem mei conueniendi afferebas: cùm interea, credo equidem, maleuoli homines (latè enim patet hoc vitium & * eſt in multis) ſed tamen probabilem materiem nacti ſermonis, ignari meæ conſtantiæ, conabâtur alienare à te voluntatem meã qui

r L.Tunc ille mihi cùm gr. & ita v.c. s fort.quin niſi is ego ſucce.

t L.ex tuis intel.ſ.m.

v L.poſsim trig.

x L.At mihi tamen, &c.al.Mihi tamen, &c. * hęc verba & eſt in multis Manutio videntur tollenda.

quì te * forum Tarſi agere, *y* ſtatuere, multa decernere, iudicare dicerent, cùm poſſes iam ſuſpicari, tibi eſſe ſucceſſum: quæ ne ab iis quidem fieri ſolerent, qui breui tempore ſibi *z* ſucceſſum iri putarent. Horum ego ſermone nõ mouebar. quinetiam (credas mihi velim) ſi quid tu ageres, leuari me putabam moleſtia: & ex annua prouincia, quæ mihi longa videretur, prope iam *a* vndecim menſium prouinciam factam eſſe gaudebam, ſi abſenti mihi vnius menſis labor detractus eſſet. Illud (verè dicam) me mouet, in tãta militum paucitate abeſſe treis cohorteis, quæ ſint pleniſſimæ: nec me ſcire vbi ſint. Moleſtiſſimè autem fero *b* quòd, te vbi viſurus ſim, neſcio: eóque ad te tardiùs ſcripſi, quòd quotidie te ipſum exſpectabam: cùm interea *3* ne literas quidem *c* vllas accepi, quæ me docerent, quid ageres, aut vbi te viſurus eſſem. Itaque virum fortem, mihiq; in primis probatum, Antonium, præfectum * euocatorum, miſi ad te, cui, ſi tibi videretur, cohorteis traderes: vt dum tempus anni eſſet idoneum, aliquid negotij gerere poſſem. In quo, tuo conſilio vt me ſperarem eſſe vſurum, & amicitia noſtra, & literæ tuæ fecerant: *d* quod ego ne nunc quidem deſpero. Sed planè, quando, aut vbi te viſurus ſim, niſi ad me ſcripſeris, ne ſuſpicari quidem poſſum. Ego, vt me tibi amiciſſimum eſſe & æqui, & iniqui intelligant curabo. De tuo in me animo iniquis ſecus exiſtimandi videris nonnihil loci dediſſe id ſi correxeris mihi valde gratum erit. *e* Et, vt habere rationem poſſis, quo loco me, ſalua lege Cornelia, conuenias, ego in prouinciam veni pridie Kalendas Sextileis. iter in Ciliciam facio per Cappadociam. caſtra moui ab Iconio pridie. Kalendas *f* Sextileis. Nunc tu & ex diebus, & ex ratione itineris, ſi putabis me eſſe conueniendum, conſtitues, quo loco id commodiſſimè fieri poſſit, & quo die. Vale.

* vide Feſtum in forum agere.
y L. ſtatuere multa, decernere.
z v.c. ſucceſſu iri p. al. ſuccedi put.
a L. vndecim menſiũ prouin. & ita vnus v. c. lõgè opt.
b al. quod, te viſurus vbi ſim.
c L. vnas quidem literas. al. ne vnam quidem li. erã accepi, quæ me docerent.
* euocati dicantur emeriti milites ſubito ex agris in militiã reuocati. v. l. 15. ep. 4.
d v. c. quod ne nũc quidem deſ. & ita I.
e L. Et vt tu habere rationem, &c.
f L. Septembreis.

ARGVMENTVM.

Querelis Appij ſatisfacit: oſtendit enim ſe iure obſtitiſſe, ne Appio, Appiani extruerent monumentum. Fatetur ſe Appio obuiam non prodiſſe, nec tamen Appium ea de cauſa queri debere, cùm ipſe Appio ſit par, & tamen amiciſſimus. Scripta L. Paulo, & C. Marcello Coſs.

M. T. C. S. D. APPIO PVLCHRO. 7

PLVRIBVS verbis ad te ſcribam, cùm plus otij nactus ero. Hæc ſcripſi ſubitò, cùm Bruti pueri Laodiceæ me conueniſſent, & ſe Romam properare dixiſſent. Itaque nullas iis, præterquam ad te, & ad Brutum, dedi literas. 1 Legati g Appiani mihi volumen à te, plenū querelæ iniquiſſimæ, reddiderunt, quòd * eorum ædificationem literis meis impediſſem. Eadem epiſtola petebat, vt eos, quàm primùm, ne in hyemem inciderēt, ad facultatem ædificandi, liberarē: & ſimul peracutè querebare, quòd eos tributa exigere vetarem, prius, quàm ego, re cognita, permiſiſſem. genus enim quoddam fuiſſe impediendi, cùm ego cognoſcere non poſſem, niſi cùm ad hyemem me ex Cilicia recepiſſem.* Ad omnia accipe: & cognoſce æquitatem expoſtulationis tuæ Primùm, cùm* ad me aditum eſſet ab iis, qui dicerent, à ſe intolerabilia tributa exigi: quid habuit iniquitatis, me ſcribere, ne facerent, antequā ego rē, cauſámq; cognoſcerem? Non poteram, credo, ante hyemē. ſic enim ſcribis. Quaſi verò ad cognoſcendum ego ad illos, h non illi ad me venire debuerint. Tam longè? inquis. Quid? cùm dabas ijs literas, per quas mecum agebas, ne eos impedirem, quo minùs ante hymē ædificarent, non eos ad me venturos arbitrare? Tametſi id quidem fecerunt ridiculè. quas enim literas afferebant, vt opus æſtate facere poſſent, eas mihi poſt brumam reddiderunt. Sed ſcito, & multò plureis eſſe, qui de tributis recuſent, quàm qui exigi velint: & me tamen, quod te velle

g al. Appameani. & ita L. vide Plin. l. 5. c. 29.

* vide ep. 9. infrà.

* al. At.

* ſic infrà ep. 10.

h q. v. c. non ad me illi.

velle exiſtimem, eſſe facturum. *i* De Appianis hactenus. A Pauſania, Lentuli liberto, accenſo meo, audiui, cùm diceret, te ſecum eſſe queſtum, quòd tibi obuiam non prodiſſem. Scilicet contemſi te: nec poteſt fieri me quidquã ſuperbius. Cùm puer tuus ad me ſecunda ferè vigilia veniſſet, iſque te ante lucem Iconium mihi venturum nuntiaſſet, incertumq; vtra via, cùm eſſent duę: altera Varronem, tuũ familiariſſimum, altera Q. Leptam præfectum fabrũm meũ tibi obuiã miſi. mandaui vtrique eorum, vt antè ad me excurrerent, vt tibi obuiam prodire poſſem. Currens Lepta venit, mihique nuntiauit, te iam caſtra prætergreſſũ eſſe. cõfeſtim Iconiũ veni. cetera iam tibi nota ſunt. An ego tibi obuiã non prodirẽ? primùm Appio Claudio? deinde, imperatori? deinde, more maiorũ? deinde, quod caput eſt, amico? præſertim cùm in iſto genere multò etiã ambitioſiùs facere ſoleã, quàm honos meus, & dignitas poſtulat. Sed hæc hactenus. Illud idem Pauſania dicebat, te dixiſſe: Quid? Appius Lentulo, Lentulus Appio proceſſit obuiã: Cicero Appio *k* noluit? Quæſo, etiámne tu has ineptias, homo (mea ſententia) ſumma prudentia, multa etiam doctrina plurimo rerum vſu, addo *l* vrbanitatem, quæ eſt virtus, vt * Stoici rectiſſimè putant: vllam Appietatem, aut Lentulitatem, valere apud me plus, quàm ornamenta virtutis, exiſtimas? Cùm ea conſecutus, nondum eram, quæ ſunt hominum opinionibus ampliſſima, tamen iſta veſtra nomina numquam ſum admiratus: viros eos, qui ea vobis reliquiſſent, magnos arbitrabar. Poſtea verò, quàm ita & cepi, & geſſi maxima imperia, vt mihi nihil neque ad honorem, *m* neque ad gloriam acquirendum putarem: ſuperiorem quidem nunquam: ſed parem vobis me ſperaui eſſe factum. Nec, me hercule, aliter vidi exiſtimare, vel Cn. Pompeium, quem omnibus, qui vmquam fuerunt, vel P. Lentulum, quem mihi ipſi antepono. Tu ſi

i al. de Apameanis. & ita L.

k al. voluit.
l al. humanitatem. al. vrbanitate.
* Stoicis enim vrbanus ſeu ἀστεῖος virtute præditus: ἄμαθεῖς vitios vide Plutar. de Poet. leg.
m L. neque ad gloriã acquirendã deeſſe putarem, & c. al. neque ad gloriam acquirendum putarem.

ſi aliter exiſtimas, nihil errabis, ſi paulò diligentiùs (2 vt quid ſit * ἐξοχή, quid ſit εὐγένεια, intelligas) * Athenodorus, Sandonis filius, quid de his rebus dicat, attenderis. Sed, vt ad rem redeam, me tibi non amicum modò, verùm etiam amiciſſimum exiſtimes velim. profectò omnibus meis officiis efficiam, vt ita eſſe verè poſſis iudicare. Tu autem ſi id agis, vt minùs mea cauſa, dum ego abſum debere videaris, quàm ego tua laborarim, libero te iſta cura * πάρ᾽ ἐμοίγε καὶ ἄλλοι, Οἵ κέ με τιμήσουσι μάλιστα δ' ἐ μητίετα Ζεύς. Si autẽ natura es * φιλαίτιος illud non perficies, quominùs tua cauſa velim. hoc aſſequere, vt, quam in partem accipias, minùs laborem. Hæc ad te ſcripſi liberiùs, fretus *n* conſcientia officij mei, beniuolentiæque: quam à me certo iudicio ſuſceptam, quoad tu voles, conſeruabo. Vale.

*eadem vtitur voce 4. ad At. epiſt. 14.
* vide Plutarch. in Publicola & Stra. lib. 14.
* Agamemnon contra Achillem Iliad. α.
* querulus.
n I. conſcẽtia officij mei.

ARGVMENTVM.

Refellit ea quæ Appius obiecerat. Ipſum verò Appium, aut imprudentem ſignificat, qui ſermonibus improborum hominum crediderit, aut nimis aſtutum, qui ea, quæ ipſi in mentem veniant, aliis attribuat. Quòd diligenter ſcripſerit de rebus vrbanis gratias agit. ſeq. omnia Ciceronis mandata curaturum promiſerit: in quibus id præcipuè rogat ne ſibi prouincia prorogetur. Addit de ſuis rebus. De itinere Amanum verſus. De Parthis falſum fuiſſe. De ſuis, de rebus Appij, de tota republica literas expoſcit. Hanc epiſtolam ante ſeptimam collocandam eſſe contendit Paulus Manutius.

M. T. C. PROCONS. S. D. APPIO PVLCHRO IMP. 8

ETSI, quantũ ex literis tuis intelligere potui, videbam, te hanc epiſtolam, cùm ad vrbẽ* eſſes eſſe lecturũ, refrigerato iã leuiſſimo ſermone hominum prouincialium. tamen, cùm tu tã multis verbis ad me 1 de improborum* oratione ſcripſiſſes, faciẽdum mihi putaui, vt tuis literis 2 breui ſponderem. Sed prima duo capita epiſtolæ tuæ tacita

* al. ires.
* al. moderatione, al. moratione. al. hortatione.

tacita mihi quodammodo relinquenda ſunt. Nihil enim habent, quod aut definitum ſit, aut certũ: niſi me vultu, & taciturnitate o ſignificaſſe, tibi non eſſe amicum, idq; pro tribunali, cùm aliquid ageretur, & nonnullis in cõuiuiis intelligi potuiſſe. Hoc totum nihil eſſe, poſſum intelligere: ſed cũ ſit nihil, p nec quid dicatur quidem, intelligo. Illud quidem ſcio, meos multos, & illuſtreis, & ex ſuperiore, & ex æquo loco ſermones habitos cũ tua ſumma laude, & cum magna ſignificatione noſtræ familiaritatis, q ad te verè potuiſſe deferri. Nam, quod ad legatos attinet, quid à me fieri potuit aut elegantius, aut iuſtius, quàm vt ſumtus egentiſſimarum ciuitatum minuerem ſine vlla imminutione dignitatis tuæ, præſertim ipſis ciuitatibus poſtulantibus? Nam mihi totum genus legationum tuo nomine proficiſcentium, notum non erat Apameæ cùm eſſem, multarum ciuitatum principes ad me detulerunt, ſumtus decerni legatis nimis magnos, cùm ſoluendo ciuitates nõ eſſent. Hìc ego multa ſimul cogitaui. primùm te hominem, non ſolùm ſapientem, verùm etiam (vt nunc loquimur) vrbanum, non arbitrabar genere iſto legationum delectari: idq; me arbitror r Synnadis pro tribunali, multis verbis diſputaſſe: primùm s Appium Claudium, ſenatui, populóque R. non Myndenſium teſtimonio (de ea enim ciuitate mentio facta eſt) ſed ſua ſponte, eſſe laudatũ: deinde me iſta vidiſſe multis accidere, vt eorum cauſa legationes Romam venirent: ſed his legationibus non meminiſſe vllum tempus laudandi, aut locum dari: ſtudia mihi eorum placere, quòd in te bene merito grati eſſent: cõſilium totum videri minimè neceſſarium. Si autem vellent declarare in eo officium ſuum, laudaturũ me, ſi quis ſuo ſumtu functus eſſet officio: conceſſurum, ſi legitimo: non permiſſurum, ſi infinito. Quid enim reprehendi poteſt niſi quòd addis, viſum eſſe quibuſdam, edictum meum, quaſi conſultò ad

o fort. ſignificaſſe, me tibi non eſſe a.

p L. ne, quid dicatur. q.

q q. v. c. ad te potuiſſe deferri.

r al. Synnade.

s al. App. Claudium.

iſtas legationes impediendas eſſe accommodatius? Iam non tam mihi videntur iniuriam facere ij,
t al. quàm is, cuius. — qui hæc diſputant, *t* quàm ſi cuius aures ad hanc diſputationem patent. Romæ compoſui edictum:
* niſi quod. — nihil addidi, niſi * quòd publicani me rogarunt, cùm Samum ad me veniſſent, vt de tuo edicto totidem verbis transferrem in meum. Diligentiſſimè ſcriptum caput eſt, quod pertinet ad minuendos ſumtus ciuitatum: quo in capite ſunt quædam noua, ſalutaria ciuitatibus: quibus ego magnopere delector. Hoc verò, ex quo ſuſpicio nata eſt,
v v.c. exquiſiſſe aliquid. — me *v* exquiſiuiſſe aliquid, in quo te offenderem, *x* tralatitium eſt. Neque enim eram tam
x L. tranſlatitium eſt. — deſipiens, vt priuatæ rei cauſa legari putarem, qui & tibi non priuato, & pro re non priuata ſua, ſed
Vide idem 4. Phil. & 7. — publica: non in priuato, ſed in publico orbis terræ conſilio, id eſt, in ſenatu vt gratias agerent, mittebantur: neque cùm edixi, ne quis iniuſſu meo proficiſceretur, excluſi eos, qui me in caſtra, & qui trans Taurum perſequi non poſſent. Nam id eſt maximè in tuis literis ridendum. Quid enim erat, quòd me perſequerentur in caſtra, Taurúmve tranſirent, cùm ego Laodicea vſque ad Iconium iter ita fecerim, vt me omnium illarum diœceſium, quæ cis Taurum ſunt, omniúmque earum ciuitatum magiſtratus, legationéſque
y al. cœperint leg. — conuenirent? Niſi fortè poſtea *y* cœperunt legare, quàm ego Taurum tranſgreſſus ſum, quod certè non ita eſt. Cùm enim Laodiceæ, cùm Apameæ,
z al. cùm Synnade. — *z* cùm Synnadis, cùm Philomeli, cùm Iconij eſſem: quibus in oppidis omnibus commoratus ſum: omnes iam iſtius generis rogationes erant conſtitutæ. Atque hoc tamen te ſcire volo, me de iſto ſumtu legationum aut minuendo, aut remittendo decreuiſſe nihil, niſi quòd principes ciui-
a L. in ind[illegible] tr. — tatum à me poſtulaſſent, ne *a* in venditionem tributorum, & illam acerbiſſimam exactionem (quam tu non ignoras) capitum, atque oſtiorum inducerentur ſumtus minimè neceſſarij.

Ego

Ego autem cùm hoc ſuſcepiſſem, non ſolùm iuſtitia, ſed etiam miſericordia adductus, vt leuarem miſerijs perditas ciuitates, & perditas maximè per magiſtratus ſuos, non potui in illo ſumtu non neceſſario negligens eſſe. Tu cùm iſtiuſmodi ſermones ad te delati de me ſunt, non debuiſti credere. *b* Si autem eo genere delectaris, vt, quæ tibi in mentem veniant aliis attribuas, genus ſermonis inducis in amicitiam minimè liberale. Ego ſi in prouincia de tua fama detrahere vnquam cogitaſſem, † non ad generum tuum Lentulum, *c* neque ad libertum tuum Brundiſij, neque ad præfectum fabrûm Corcyræ, quem in locum me venire velles, retuliſſem. Quare potes, doctiſſimis hominibus auctoribus, quorum ſunt de amicitia gerenda præclariſſimè ſcripti libri genus hoc totum orationis tollere, DISPVTABANT, EGO CONTRA DISSEREBAM. DICEBANT, EGO NEGABAM. An mihi de te nihil eſſe dictum vnquam putas? ne hoc quidem, quòd, cùm me Laodiceam venire voluiſſes, Taurum ipſe tranſiſti? quòd iiſdem diebus meus conuentus erat Apamеæ, *d* Synnadis, Philomeli: tuus Tharſi? Non dicam, plura, ne, in quo te obiurgem, idipſum videar imitari. Illud dicam, vt ſentio, ſi iſta, quæ alios loqui dicis, ipſe ſentis: tua ſumma culpa eſt. ſin alij tecum hæc loquūtur: tua tamē, quòd audis, culpa nonnulla eſt. Mea ratio in tota amicitia noſtra, conſtans & grauis reperietur. Quòd ſi quis me aſtutiorem fingit: 3 quid poteſt eſſe *e* callidius, quàm, cùm te abſentem ſemper defenderim, cùm præſertim mihi vſu venturum non arbitrarer, vt ego quoque abſens à te defendendus eſſem: nunc committere, vt tu iure optimo me abſentem deſerere poſſes? Vnum genus excipio ſermonis, in quo perſæpe aliquid dicitur, 4 *f* quod te putem nolle dici: ſi aut legatorum tuorum cuipiam, aut præfectorum, aut tribunorum militum malè dicitur: quod

b L. Si autē hoc genere delect.

c q.v.c. neque ad libertum Brūdiſij. & ita L.

d al. Synnade.

e L. incallidius.

f L. quod te putē nō nolle dici, ſi aut legatorum tuorum quiſpiā aut pr. aut tribun. milit. male dicit quod r.

tamen ipſum non mehercule adhuc accidit me audiente, vt aut grauius diceretur, *g* aut in plureis, quàm mecum Corcyræ Clodius eſt locutus: cùm in eo genere maxime quereretur te aliorum improbitate minùs felicem fuiſſe. Hos ego ſermones, quòd & multi ſunt, & tuam exiſtimationem, vt ego ſentio, non offendunt, laceſſiui nunquam, ſed non valde repreſſi. Si quis eſt, qui neminem bona fide in gratiam putet redire poſſe: non noſtram is perfidiam coarguit, ſed indicat ſuam: ſimúlque non de me is peiùs, quàm de te exiſtimat. Sin autem quemquam mea inſtituta in prouincia non delectant: † & quadam diſſimilitudine inſtitutorum meorum, ac tuorum 5 lædi ſe putat, cùm vterque noſtrûm rectè fecerit, ſed non idem vterque ſecutus ſit: hunc ego amicum habere non curo. Liberalitas tua, 6 vt hominis nobiliſſimi, latiùs in prouincia patuit. Noſtra *h* ſi anguſtior erit, etſi de tua prolixa, beneficáq; natura *i* limauit aliquid poſterior annus, propter quondã triſtitiã temporũ: non debent mirari homines, cũ & natura ſemper ad largiendũ ex alieno fuerim reſtrictior, & temporibus, quibus alij mouentur, iiſdem ego mouear: me eſſe acerbum ſibi, vt ſim dulcis mihi. De rebus vrbanis quòd me certiorem feciſti, cùm per ſe mihi gratum fuit, tùm quod ſignificaſti, tibi omnia mea mandata curæ fore. In quibus vnum illud te præcipuè rogo, vt cures, ne quid mihi ad hoc negotij aut oneris accedat, aut temporis: Hortenſiúmque, noſtrum collegam, & familiarem, roges, vt, ſi vmquam mea cauſa quicquam *k* aut ſenſit, aut fecit, de hac quoque ſententia bima decedat: qua mihi nihil poteſt eſſe inimicius. De noſtris rebus quòd ſcire vis: Tarſo, nonis Octobr. Amanum verſus profecti ſumus. Hæc ſcripſi poſtridie eius diei, cùm caſtra haberem in agro *l* Mopſuſtiæ. Si quid egere, ſcribam ad te: neque domum vmquam ad meos literas mittam, quin adiungam eas,

g L. aut im purius.

h L. ſi anguſtior eſt.

i al. elimauit aliq. al. delimauit Victorius, limitabit.

k q. v. e. aut fecit, aut ſenſit.

l Moſeſtiæ. Str. 14. μόψου ἑστία. Appi. in Cyriacis, ἑστία μόψου.

eas,quas tibi reddi velim. De Parthis quòd quæris,fuiſſe nullos puto. Arabes qui fuerunt, admiſto Parthico ornatu, dicuntur omnes reuertiſſe, Hoſtem eſſe in Syria negant vllum. Tu velim ad me quàm ſæpiſſimè & de tuis rebus ſcribas, & de meis,& de omni reipublicæ ſtatu:de quo ſum ſollicitus eo magis,quòd ex tuis literis cognoui,Pōpeium noſtrum in Hiſpaniam iturum. Vale.

ARGVMENTVM.

Appij literis humaniſſimè reſpondet. Gratulatur triūphaturo. Hortatur ad abſolutionem librorum auguralium. Petit ab eodem Appio vt ſupplicationem decerni curet. L. Paulo, & C. Marcello Coſs.

M. T. C. APPIO PVLCHRO, S. D. 9

VIx tandem legi literas dignas Appio Clodio, plenas humanitatis, officij, diligentiæ. Adſpectus videlicet vrbis tibi tuam priſtinam vrbanitatem reddidit.* Nam, quas ex itinere antè, quā ex Aſia egreſſus es,ad me literas miſiſti, vnas de legatis à me prohibitis proficiſci, alteras de *m* Apameorum ædificatione impedita,legi perinuitus. Itaque conſcientia meæ conſtantis erga te voluntatis,reſcripſi tibi ſubiratus. Ijs verò literis lectis,quas Philotimo,liberto meo,dediſti,cognoui,intellexiq;,in prouincia multos fuiſſe,qui nos, qui animo inter nos ſumus,eſſe nollent:ad vrbē verò vt acceſſeris,vel potiùs vt primùm tuos videris,cognoſſe te ex ijs,qua in te abſentem fide, qua in omnibus officijs tuendis erga te obſeruātia,& cōſtantia fuiſſem. Itaq; quāti illud me æſtimare putas, quod eſt in tuis literis ſcriptū:ſi quid *n* acciderit,quod ad meā dignitatē pertineat. etſi vix fieri poſſit,tamē te parem mihi gratiā relaturū?Tu verò facile facies.nihil eſt enim,quod ſtudio,& beniuolentia, vel amore potiùs, effici non poſſit.Ego,etſi & ipſe ita iudicabam,& fiebā cre-

* Vide 7.& 8.ep.

m al. Apameanorū. * al.Appianorum. vt ep.7.3.

n ſic o.ferè v.c.al.inciderit.q.

 bro

bro à meis per literas certior: tamen maximam lætitiam cepi ex tuis literis de ſpe minimè dubia, & planè explorata triumphi tui: neque verò ob eam cauſam, quo ipſe faciliùs conſequerer (nā id quidem* ἐπιχούρειν eſt) ſed mehercule, quòd tua dignitas, atque amplitudo mihi eſt ipſa cara per ſe. Quare quoniam plureis tu habes, quàm ceteri, quos ſcias in hanc prouinciam proficiſci, quòd te adeunt ferè omnes, ſi quid velis: gratiſſimum mihi feceris, ſi ad me, ſimulatque adeptus eris quod & tu confidis, & ego opto, literas miſeris. Longi ſubſellij (vt noſter Pompeius appellat) iudicatio, & mora. ſi quem tibi item vnum, alterúmve diem abſtulerit (quid enim poteſt amplius?) tua tamen dignitas ſuum locum obtinebit. Sed, ſi me diligis, ſi à me diligi vis, ad me literas, vt quàm primùm lætitia afficiar, mittito. Et velim, reliquum quod eſt promiſſi, ac muneris tui, mihi perſoluas. Cùm ipſam cognitionem iuris *o* auguralis conſequi cupio, tum mehercule tuis incredibiliter ſtudijs erga me, muneribúſque delector. Quod autem à me tale quiddam deſideras, ſanè mihi conſiderādum eſt, quónam te remunerer potiſſimùm genere: nam profectò non eſt meum, qui in ſcribendo (vt ſoles admirari) tantum induſtriæ ponā, committere, *p* vt in ſcribendo negligens fuiſſe videar: præſertim cùm id non modò negligentis, *q* ſed etiam ingrati animi crimen futurum ſit. Verùm hæc videbimus. Illud, quod polliceris, velim pro tua fide, diligentiáque, & pro noſtra non inſtituta ſed iam inueterata amicitia, cures, enitare, vt ſupplicatio nobis quā honorificētiſſimè, quàm primùm decernatur. Omnino ſeriùs miſi literas, quàm vellem: in quo cùm difficultas nauigandi fuit odioſa, tum in ipſum diſceſſum ſenatus inciſiſſe credo meas literas. Sed id feci adductus auctoritate, & conſilio tuo: idque à me rectè factum puto, quòd non ſtatim, *r* vt imperator appellatus ſim, ſed alijs rebus additis, æſtiuiſque confectis, literas

*& lib. 7. ep. 12.

o al. augurij conſ. vide ſuprà ep. 4.

p L. vt negligens in ſcribendo f. al. vt negl. ſcribendo f.

q v. c. ſed ingrati etiam animi crimen futurū ſit.

r v. c. vt appellatus imperator ſim. & ita L.

literas miſerim. Hęc igitur tibi erunt curæ, quemadmodum oſtendis: méque totũ, & mea, & meos commendatos habebis. Vale.

ARGVMENTVM.

Se grauiter commotum ſcribit quòd à Dolabella ipſe Appius maieſtatis ſit accuſatus. Suſpicante Appio impeditas a Cicerone legationes, quæ Romam ad ſuam laudem ire decreuiſſent, multis verbis hanc ei ſuſpicionem ſtudet adimere. Mittit commentarium de rebus à ſe perfectis & inſtitutis in prouincia, quæ ad Appij abſolutionẽ pertinerent. Auguratur in extremo cenſuram ei delatum iri. Eodem anno.

M. T. C. APPIO PVLCHRO, S. D. 10

CVM eſt ad nos allatum de temeritate * eorũ, qui tibi * negotiũ faceſſerent, etſi grauiter primo nuntio commotus ſum, quòd nihil tã pręter opinionẽ meam accidere potuit: tamen, vt me collegi, cetera mihi facillima videbantur, quòd & in te ipſo maximã ſpẽ, & in tuis magnam habebã: multaq; mihi veniebant in mentẽ, quamobrẽ iſtũ laborẽ tibi etiam honori putarẽ fore. Illud planè moleſtè tuli, * quòd certiſſimũ, & iuſtiſſimũ triũphũ, hoc inuidorũ conſilio eſſe tibi ereptum videbã. Quod tu ſi tanti facies, quanti ego ſemper iudicaui faciendũ eſſe, facies ſapiẽter. & ages victor ex inimicorũ dolore triũphũ iuſtiſſimũ. Ego enim planè video fore, s neruis opus, t ſapientiaq; tua, vehementer, vt inimicos tuos pœniteat intẽperãtiæ ſuæ. De me tibi ſic, v conteſtans omneis deos, promitto, atque confirmo, me pro tua dignitate (malo enim dicere, quã pro ſalute) in hac prouincia, cui tu præfuiſti, rogando, deprecatoris: laborando, propinqui, auctoritate, x cari hominis (vt ſpero) apud ciuitates: grauitate imperatoris ſuſcepturum officia, atque parteis. Omnia volo à me & poſtules, & expectes: vincam meis officiis cogitationes tuas. Q. Seruilius perbreueis y à te mihi literas reddidit, quæ mihi tamen nimis longæ viſæ ſunt. Iniuriam enim mihi fieri putabam,

* hoc eſt Dolabellæ Ciceronis generi l. 8. ep. 6.
* id eſt maieſtatis accuſent. Vide ep. 11.
* vide li. 8. ep. 6.
s al. neruis, opibus. probat Lamb.
t q. v. c. ſapientia tua.
v L. obteſtans omn. al. teſtans omn.
x al. clari hominis. al. clari ominis. al. gratioſi.
y q. v. c. mihi à te.

tabam, cùm rogabar. Nollem accidiſſet tempus, in quo perſpicere poſſes, ꝛ quãti ego te quãti Põpeiũ, quem vnum ex omnibus facio, vt debeo, plurimi, quanti* Brutum facerẽ: quamquam in cõſuetudine quotidiana perſpexiſſes, ſicut perſpici s: ſed, quoniam accidit, ſi quid à me prætermiſſum fuerit, commiſsum facinus, & admiſſum dedecus confitebor. *a* Pontinus, qui à te tractatus eſt præſtanti, ac ſingulari fide, cuius tui beneficij ſum ego teſtis, præſtat tibi memoriam, *b* beneuolentiámque, quam debet: qui. cùm maximis rebus ſuis co actus à me *c* inuitiſſimè deceſſiſſet: tamen, vt vidit *d* tua intereſſe, *e* conſcendens iam nauem Epheſo Laodiceam reuertit. Talia cum te ſtudia videã habiturum eſſe innumerabilia, planè dubitare nõ poſſum, quin tibi amplitudini iſta ſolicitudo futura ſit. 2 Si verò *f* effeceris, *g* vt cenſor creeris: & ſi ita geſſeris cenſuram, vt & debes, & potes: non tibi ſolùm, ſed tuis omnibus video, in perpetuum ſummo te præſidio futurum. Illud pugna, & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur: vt, cum hic tibi ſatis fecerimus, iſtic quoque noſtram in te *h* beneuolentiam nauare poſſimus. Quæ de hominum, atque ordinum omnium erga te ſtudijs ſcribis ad me, minimè mihi miranda, & maximè iucunda acciderunt: eadémque ad me perſcripta ſunt à familiaribus meis. Itaque capio magnam voluptatem, 3 cùm tibi, cuius mihi amicitia non ſolùm ampla, ſed etiam iucunda eſt, ea tribui* video quæ debeantur: tũ verò etiamnum remanere in ciuitate noſtra ſtudia propè omniũ conſenſu erga forteis, & induſtrios viros: quæ mihi ipſi vna ſemper tributa merces eſt laborum, & vigiliarum mearum. Illud verò mihi permirũ accidit, tantam temeritatẽ fuiſſe in eo adoleſcente, cuius ego ſalutem duobus capitis iudicijs ſummą contẽtione defendi: vt, tuis inimicitijs ſuſcipiẽdis, obliuiſceretur patroni omnium fortunarum, ac rationum ſuarum: præſertim cùm tu omnibus vel orna-

ꝛ o.v.c. quãti te.
* ſocerum tuum.
a al. Pomtinus. alij Põtinius qui legatus Ciceronis de Allobrogibus triumphauit. 4. Attic. 16.
b v.c. beniuolentiámque.
c al. inuitiſſimo.
d v.c. intereſſe tua.
e q.v.c. conſcenſa iam naue.
f duo v.c. efficis vt c.
g. q. v. c. vt cenſores creentur.
h v.c. beniuolentiam.
* Carol. Step. vocẽ, video, non habet.

ornamentis,vel præſidiis redundares:illi(vt leuiſſimè dicam)multa deeſſent. cuius ſermo ſtultus, & puerilis erat,iam antea ad me à M. Cœlio, familiari noſtro, perſcriptus: de quo item ſermone multa ſcripta ſunt abs te. Ego autem citiùs *i* cum eo,qui tuas inimicitias ſuſcepiſſet, veterem coniunctionem dimiſiſſem,quàm nouam conciliaſſē. *Neque enim de meo erga te ſtudio dubitare debes:neque id eſt obſcurū cuiquam in prouincia, nec Romæ fuit. Sed tamen ſignificatur in tuis literis ſuſpicio quædam & dubitatio tua: de qua alienum tempus eſt mihi tecū expoſtulandi:purgandi autē mei,neceſſarium.Vbi enim ego cuiquā legationi fui impedimento, quominùs Romam ad laudem tuam mitteretur? Aut in quo potui, ſi te palàm odiſſem,minùs quod tibi obeſſet,facere? ſi clàm,magis apertè inimicus eſſe?Quod ſi eſſem ea perfidia,qua ſunt ij, qui in nos hæc conferunt: tamen ea ſtultitia certè non fuiſſem,vt aut in obſcuro odio apertas inimicitias:aut,in quo tibi nihil nocerem ſummam oſtenderē voluntatem nocendi.Ad me adire 4 quoſdam * memini; qui dicerent, nimis magnos ſumptus legatis decerni: quibus ego non tam imperaui,quàm cenſui,ſummis legatis quàm maximè ad legem Corneliam decernendos.Atque in eo ipſo me nō perſeueraſſe,teſtes ſunt rationes ciuitatū:in quibus,5 *k* quātum quæque voluit legatis tuis datū, induxit. Te autem quibus mendacijs homines leuiſſimi onerarunt? non modò ſublatos ſumtus, ſed etiam à procuratoribus eorū,qui iam profecti eſſent, repetitos,&* ablatos:eâque cauſam multis omnino non eundi fuiſſe.Quererer tecum,atque expoſtularem,niſi (vt ſuprà ſcripſi) purgare me tibi hoc tuo tempore,quàm accuſare te mallem:idque putarem eſſe rectius.Itaque nihil de te, quòd credideris:de me, quamobrem non debueris credere, pauca dicam: Nam ſi me virum bonum, ſi dignum ijs ſtudijs, eâque doctrina, cui me à pueritia

i L.ab eo, q.

* q. v. c. Necenius.

* Quidam libri vet. memini nimirum ex epiſteto.al. memini qui diceret ex Epicteto. De Epicteto vide Str. lib.12.

k L.quantū quæque voluit,legatis tuis datum induxit. *al.indixit, id eſt,imperauit.

* al. oblatos.

l q.v.c dedidi. ritia *l* dedi:ſi ſatis magni animi,non minimi conſilij in maximis rebus perſpectum habes. nihil in me non modò perfidioſum,& inſidioſum,& fallax in amicitia, ſed ne humile quidem, aut ieiunum debes agnoſcere.Sin autem me aſtutum,& occultum* lubet fingere:quid eſt, quod minùs cadere in eiuſmodi naturam poſſit,quàm aut florentiſſimi hominis aſpernari *m* beneuolentiam, aut eius exiſtimationem oppugnare in prouincia, cuius laudem domi defenderis? aut in ea re animum oſtendere inimicum,in qua nihil obſis? aut id eligere ad perfidiam, quod ad indicandum odium apertiſſimum ſit,*n* ad nocēdum,leniſſimum?Quid erat autem,cur ego in te tam implacabilis eſſem, cùm te ex fratre meo ne tunc quidem, cùm tibi prope neceſſe eſſet eas agere parteis,inimicū mihi fuiſſe cognouiſſem?Cùm verò reditum noſtrum in gratiam vterq; expertiſſet:quid in conſulatu tuo fruſtra mecum egiſti,quod me aut facere,aut ſentire voluiſſes?Quid mihi mandaſti,cùm te Puteolis proſequerer, in quo non expectationem tuam diligentia mea *o* vicerim? Quòd ſi id eſt maximè aſtuti,omnia *p* ad ſuam vtilitatē referre:quid mihi tandem erat vtilius,quid cōmodis meis aptius, *q* quàm hominis nobiliſſimi, atque honoratiſſimi conſuctio:cuius opes,ingenium,liberi,affines,propinqui,mihi magno vel ornamento, vel præſidio eſſe poſſent?Quæ tamē *r* ego omnia in expetenda amicitia tua,non aſtutia quadam, ſed aliqua potiùs ſapientia ſecutus ſum.Quid?illa vincula,quibus quidem libentiſſimè adſtringor,quanta ſunt? ſtudiorum ſimilitudo,ſuauitas conſuetudinis, delectatio vitæ,atque victus,ſermonis ſocietas, literæ interiores.Atque hæc domeſtica.Quid illa tādem popularia? reditus illuſtris in gratiā? in quo ne per imprudentiam quidem errari poteſt ſine ſuſpicione perfidiæ ampliſſimi * ſacerdotij collegium? in quo non modò amicitiam violari apud maiores noſtros fas non erat, ſed ne cooptari

*L.libet.

m v c. beniuolentiam.

n v.c.quod ad nocendum.

o v.c.vincerem?

p q.v.c. ad vtilitatem ſuam ref.

q v.c.quam nobiliſsimi hominis.

r q.v.c.non habēt,ego.

r ſacerdotiū hic ampliſsimum vocat auguratum. 13. Philipp.Pōtificatum vide lib. 6. ep.4.& li.2. epiſt.3.

optari quidē ſacerdotem licebat, qui cuiquam ex Collegio eſſet inimicus. Quæ vt omittam tam multa, atque tanta: quis vmquam tanti quemquā confecit, aut facere potuit, aut debuit, quanti ego Cn. Pompeium, *s* ſocerum filiæ tuæ? Etenim ſi merita valent: patriam, liberos, ſalutem, dignitatem, memetipſum mihi per illum *t* reſtitutum puto ſi conſuetudinis iucunditas: quæ fuit vmquam amicitia conſularium in noſtra ciuitate coniunctior? *v* ſi vlla amoris, atque officij ſigna: quid mihi ille non commiſit? quid non mecum communicauit? quid de ſe in ſenatu, cùm ipſe abeſſet, per quemquam agi maluit? *x* quibus ille me *y* rebus nō ornatum voluit ampliſſimè? qua deniq; illa facilitate, qua humanitate tulit contentionem meam pro Milone, *z* aduerſantem interdum actionibus ſuis? quo ſtudio prouidit, ne qua me illius tempo ris inuidia attingeret, cùm me cōſilio cùm auctoritate, cùm armis denique texit ſuis? quibus quidē temporib. hæc in eo grauitas hæc animi altitudo fuit, nō modò vt Phrygi alicui, aut Lycaoni, quod tu in legatis feciſti: ſed ne ſummorū quidem hominum maleuolis de me ſermonibus crederet. Huius igitur filius cùm ſit gener tuus, cumq;, præter hanc cōiunctionem affinitatis, quàm ſis *a* Cn. Pompeio carus, quamq; iucundus, intelligam: quo tandem animo in te eſſe debeo? cùm præſertim *b* eas ad me is literas miſerit, quibus, etiam ſi tibi, cui ſum amiciſſimus, hoſtis eſſem, placarer tamē: totúmq; me ad eius viri ita de me meriti, voluntatem, nutumq; conuerterem. Sed hæc hactenus. pluribus enim etiam fortaſſe verbis, quam neceſſe fuit, ſcripta ſunt. Nunc ea, quæ à me *c* perfecta, quæque inſtituta ſunt, cognoſce.

s v. c. ſocerum, tuæ filiæ.
t q. v. c. reſtituta puto.
v al. ſi illā.
x *L.* quibus iſte me in rebus, &c.
y q. v. c. non habent vocem, rebus.
z v. c. aduerſante interdum, &c. & ita Lamb.
a L. Cn. Pōp.
b q. v. c. ad me eas is liter.
c al. profecta, quæ conſtituta ſūt.

* *Non pauca deſiderantur quæ fortaſſis ab ipſo Cic. detracta ſunt.* *

Atque hæc agimus, & agemus magis pro dignitate, quàm pro periculo tuo. Te enim (vt ſpero) propediem cenſorem audiemus: cuius ma

magiſtratus officia, quę ſunt maximi animi, ſummique conſilij, tibi diligentiùs, & accuratiùs, quàm hęc, quę nos de te agimus, cogitāda eſſe cēſeo. Vale.

ARGVMENTVM.

Duabus epiſtolis Appij reſpondet. Appio gratulatur maieſtatis abſoluto, eundemq; ambitus abſoluēdum ſperat. Cn. Pompeium & M. Brutum effert laudibus, quòd egregiam Appio fidem præſtiterint. Mercenarios teſtes notandos pollicetur. Subiungit de ſtatu reip. De Auguralibus Appij libris, de ſuis literis paulò ſtomachoſioribus inductis Appij. Poſtremò hortatur vt in cenſura gentilem ſuum Appium Claudium cæcum imitetur. Eodem anno.

M. T. C. APPIO PVLCRO (VT SPERO) CENSORI, S. D. 12

* vide Str. lib. 1. 22. & 14. CVM eſſem in caſtris ad fluuium* Pyramum, redditæ mihi ſunt vno tempore à te epiſtolæ duæ, quas ad me Q. Seruilius Tarſo miſerat. Earum in altera dies erat adſcripta nonarum Aprilium: in altera, quæ mihi recentior videbatur, dies non erat. Reſpondebo igitur ſuperiori priùs: in qua ſcribis ad me de abſolutione maieſtatis, de qua, etſi *d* permultum antè certior factus eram literis, nuntijs, fama denique ipſa (nihil enim fuit clarius: *e* non quo quiſquam aliter putaſſet: ſed nihil de inſignibus ad laudem viris obſcurè nuntiari ſolet) tamen eadem illa lætiora fecerunt mihi tuæ literæ: non ſolùm quia planiùs loquebantur, & vberiùs, quàm vulgi ſermo: ſed etiam quia magis tibi videbar gratulari, cùm de te ex teipſo audiebam. Complexus igitur ſum cogitatione te abſentem: epiſtolam verò oſculatus etiam ipſe mihi gratulatus ſum. Quæ enim à *cuncto populo, à ſenatu, à iudicibus, ingenio, induſtriæ, virtuti *f* tribuuntur: quia mihi ipſe aſſentior fortaſſe, cùm ea eſſe in me fingo: mihi quoque ipſi *g* tribui puto. Nec tam glorioſum exitum tui iudicij exſtitiſſe, ſed tam prauam inimicorum tuorum mentem fuiſſe mirabar. De ambitu

d ſic v. c. fort. permultò antè.
e al. non quòd.
*de cuncto & omni vide Feſtum.
f q. v. c. attribuuntur.
g q. v. c. tributam.

verò

verò quid intereſt, inquies, an de maieſtate? 1 *h* Ad rem nihil. alterum enim nõ attigiſti: alteram auxiſti. 2 Veruntamen eſt maieſtas (vt Sylla voluit) *i* ne in quemuis impunè declamare liceret. Ambitus verò, ita apertam vim habet, vt aut accuſetur improbè, aut defendatur. quî enim facta, aut non facta largitio ignorari poteſt? Tuorũ autem honorum curſus, cui ſuſpectus vnquam fuit? Me miſerum, qui non affuerim, quos ego riſus excitaſſem? Sed de maieſtatis iudicio duo mihi illa ex tuis literis iucundiſſima fuerunt: vnũ, quòd te ab ipſa rep. defenſum ſcribis: quæ quidem etiam in ſumma bonorum, & fortium ciuium copia, tueri taleis viros deberet: nunc verò magis, quòd tanta penuria eſt in omni vel honoris, vel ætatis gradu, vt tam orba ciuitas taleis tutores complecti debeat: alterum quòd Põpeij, & Bruti fidem, *k* beneuolentiámque mirificè laudas. Lætor virtute, & officio cùm tuorum neceſſariorum, meorum amiciſſimorum: tum *l* maximè alterius * omnium ſæculorum, & gentiũ, principiis: alterius iampridem iuuentutis, celeriter (vt ſpero) ciuitatis. De *m* mercenariis teſtibus à ſuis ciuitatibus notandis, niſi iam *n* aliquid factum eſt per Flaccum, fiet à me, cùm per Aſiam decedam. Nunc ad alteram epiſtolã venio. Quod à me quaſi formam communium temporũ, & totius reip. miſiſti. expreſſam: prudentia literarum tuarũ *o* valde eſt mihi grata. Video enim & pericula leuiora, quàm timebam, 3 & maiora præſidia, ſi quidem (vt ſcribis) omnes vires ciuitatis ſe ad Pompeij ductum applicauerunt, tuúmque ſimul promtum animum & alacrem perſpexi ad defendendam rempu. mirificámque cepi voluptatem ex hac tua diligentia, quòd in ſummis tuis occupationibus, mihi tamen reipu. ſtatum per te notum eſſe voluiſti. Nam auguraleis libros ad cõmune vtriuſque noſtrûm otium ſerua. Ego enim à te, cùm tua promiſſa per literas flagitabam, ad vr-

h L. Ad te nihil.

i L. vt in quẽuis imp.

k L. beniuolentiáque.

l vox maximè, abeſt ab aliquot v.c.

* Pompeiũ vocat.

m v.c. mercenariis. Feſto mercidius Harmenopulo. l. 1. ti. b. §. 18 μισθωτὸς quem Cicero mercenariũ vocat.

n L. factum aliquid eſt per, &c. & ita v.c.

o L. valde mihi eſt grata, & ita v.c.

bem te otioſiſſimum eſſe arbitrabar. nunc tamen *p* vt ipſe polliceris, pro auguralibus libris, orationes tuas confectas omneis exſpectabo. Tullius, cui mandata ad me *q* dederas, non conuenerat me: nec erat iam quiſquam mecum tuorum, præter omneis meos, qui ſunt omnes tui. Stomachoſiores meas literas quas dicas eſſe non intelligo. bis ✱ ad te ſcripſi, me purgans diligenter: te leuiter accuſans in eo, quòd de me cito credidiſſes: quod genus querelæ mihi quidem videbatur eſſe amici. Sin tibi diſplicet: non vtar eo poſthac. Sed ſi, vt ſcribis, hæ literæ non fuerunt diſertæ, ſcito meas non fuiſſe. Vt enim ✱ Ariſtarchus Homeri verſum negat, quem non probat: ſic tu *r* (libet enim mihi iocari) quod diſertum non erit, ne putaris meum. Vale, & in cenſura, ſi iam es cenſor (vt ſpero) de ✱ proauo multùm cogitato tuo.

p al. pro auguralib. lib. vt ipſe poll. or.
q v.c. dediſti.
✱ Vide ep. 8. & 10. in quibus leuiter Appium accuſat, quod improborũ ſermonibus crediderit.
✱ Vide lib. 9. epiſt. 10. adde Suidã & Char.
r v.c. (libet enim iocari.)
✱ Appium Claudium excum intelligit qui anno vrbis DCC. aquam Claudiam ad vrbẽ perducit.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Appio de abſolutione ambitus. Excuſat filiæ nuptias, quam accuſator Appij Dolabella vxorem duxerat, ſeque ait ea ea cauſa diligentiorem ad beneuolentiam declarandam eſſe factum. Eodem anno.

M. T. C. APPIO PVLCHRO, S. D. 12

GRATVLABOR tibi priùs (ita enim rerum ordo poſtulat) deinde ad me conuertar. Ego verò vehementer gratulor de iudicio ambitus: neque id, quod nemini dubium fuit, abſolutũ *s* te eſſe: ſed illud, quòd, quo melior ciuis, quo vir clarior, quo fortior amicus es, quóque plura virtutis, & induſtrię ornamenta in te ſunt, eò mirandum eſt magis, nullam ne in tabellæ quidem latebra fuiſſe abſconditam *t* maleuolentiam, quæ te impugnare auderet: non horum temporum, non horum hominum, atque morum negotium: nihil iam ſum pridem admiratus magis. De me autem, ſuſcipe paulisper meas parteis & cum te eſſe fin-

s o.v.c. eſſe te, & ita L.
t v. c. maliuolentiam.

ge

ge, *u* qui ego ſum: ſi facilè inueneris quod dicas, noli ignoſcere hæſitationi meæ. Ego verò velim mihi, Tulliæque meæ (ſicut tu amiciſſimè,& ſuauiſſimè optas) proſperè euenire ea, quæ,me inſciente, facta ſunt à meis: ſed ita cecidiſſe, vt agerentur eo tempore, ſpero omnino cum aliqua felicitate,& opto:veruntamē plus me in hac ſpe, tua ſapientia & humanitas conſolatur, quàm opportunitas temporis.Itáque quemadmodum expediam exitum huius inſtitutæ orationis, non reperio. neque enim triſtius dicere quidquam debeo ea de re, quā tu ipſe hominibus optimis proſequeris: neque non me tamen mordet aliquid: † in quo * vnum vereor,ne tu parum perſpicias ea, quæ geſta ſunt, ab illis eſſe geſta,quibus ego ita mandaram,vt cùm tam longè *x* abfuturus eſſem,ad me ne referrent: agerent, quod probaſſent. In hoc autem mihi illud occurrit. Quid tu igitur ſi affuiſſes? Rem probaſſem: de tempore, nihil,te inuito,nihil ſine conſilio egiſſem tuo. Vides me, ſudare iamdudam laborantem,quomodo ea tuear,quæ mihi tuenda ſunt, & te non offendā,leua me igitur hoc onere. numquā enim mihi videor tractaſſe cauſam difficiliorem. Sed tamen ſic habeto. niſi iam tūc omnia negotia cū ſumma tua dignitate diligentiſſimè confeciſſem, tametſi nihil videbatur ad meum erga te priſtinum ſtudium addi poſſe: tamen, hac mihi affinitate renuntiata,non maiore equidem ſtudio, ſed acriùs, apertiùs,ſignificantiùs dignitatem tuam defendiſſem. Decedenti mihi & iam imperio annuo terminato,ante diem III. Nonas Sextileis, cùm ad * Sidam naui accederem, & mecum Q. Seruilius eſſet, literæ à meis ſunt redditæ. dixi ſtatim Seruilio(etenim videbatur eſſe cōmotus) vt omnia à me maiora exſpectaret. quid multa? *y* beneuolentior tibi, quā fui, nihilo ſum factus: diligentior quidem ad declarandam *z* beneuolentiā multò. Nā,vt vetus noſtra ſimultas antea ſtimu-

u v. c. qui ſum ego. & ita L.

* al. vnum modo vereor,alij nō vereor.

x L. afuturus eſſem.

* Pamphiliæ vrbs in qua fabricam nauiū habebant Cilices. vide Strab. li. 14.

y v.c. beniuolentior.

z v.c. beniuolentiam.

labat me, vt cauerem, ne cui ſuſpicionem ficte reconſiliatæ gratiæ darem: *a* ſic affinitas noua curam mihi affert cauendi, ne quid de ſummo meo erga te amore detractũ eſſe videatur. Vale.

a v.c. ſic affinitas nouam curam mihi.

ARGVMENTVM.

Agit gratias Appio de ſupplicatione ſibi eius officio donata. Eodem anno.

M. T. C. APPIO PVLCHRO, S. P. D. 13

QVASI diuinarem, tali in officio fore mihi aliquando expetendum ſtudium tuum: ſic, cùm de tuis rebus geſtis agebatur, inſeruiebã honori tuo. Dicam tamen verè, plus quàm acceperas, reddidiſti. Quis enim ad me non perſcripſit, te non ſolùm auctoritate orationis ſententia tua, quibus ego à tali viro contentus eram, ſed etiam opera, conſilio, domum veniendo, conueniendis meis, *b* nullum onus officij cuiquam reliquum feciſſe? Hæc mihi ampliora multò ſunt, quàm illa ipſa, *1* propter quæ hæc elaborantur. Inſignia enim virtutis multi etiã ſine virtute aſſecuti ſunt: talium virorum tanta ſtudia aſſequi ſola virtus poteſt. Itaque mihi propono fructum amicitiæ noſtræ, ipſam amicitiam: qua nihil eſt vberiùs præſertim in iis ſtudiis, quibus vterq; noſtrum deuinctus eſt. Nam tibi me profiteor & in rep. ſocium, de qua idem ſentimus: & in quotidiana vita coniunctum * cùm iis artibus, ſtudiiſq; quę coſimus. † Velim ita fortuna tuliſſet, vt quanti ego omneis tuos facio, tanti tu meos facere poſſes. quod tamẽ ipſum neſcio, qua permotus animi diuinatione, *c* non deſpero. Sed hoc nihil ad te: noſtrũ eſt onus. Illud velim ſic habeas, quod intelliges, hac re nouata, additũ potiùs aliquid ad meum erga te ſtudium, cui nihil videbatur addi poſſe, quam quidquam eſſe detractum. Cùm hæc ſcribebam, cenſo em iam te eſſe ſperabā. eo breuior eſt *d* hæc epiſtola, &, vt aduerſus magiſtrum morum, modeſtior. Vale.

b al. nullũ munus.

* quibuſdã particula, cũ, videtur ſupereſſe.

* alij Vellẽ.

c q. v c. nũc ſpero nõ pi.

d q. v c hæc epiſtola mea, &c.

M. TVL

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER quartus, ad Seru. Sulpitium.

ARGVMENTVM.

Reſpondet Sulpitio congreſſum petenti: in quo ſuam voluntatem, cum eius voluntate conſentire demonſtrat. ſed eam eſſe rationem temporum, vt remedium extinctæ reipubl. nullum adferre poßint. Scripta eſt cùm Caſar pulſo ex Italia Pompeio bellum contra eius legatos in Hiſpaniam pararet, L. Lentulo & C. Marcello Coſs. A. V. C. DCCI.

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. D. I

CAIVS* Trebatius, familiaris meus, ad me ſpripſit, te ex ſe quæſiſſe, quibus in locis eſſem: e moleſtéq; te ferre, quòd me propter f valetudinem tuam, cùm ad vrbem acceſſiſſem, non vidiſſes: & hoc tempore velle te mecũ, ſi propiùs acceſſiſſem, de officio vtriuſq; noſtrûm communicare. Vtinam, ſerui, ſaluis rebus (ſic enim eſt dicendum) colloqui potuiſſemus inter nos. profectò aliquid opis occidenti reip. tuliſſemus. Cognoram enim iam abſens, te hæc mala multò antè g prouidentem, defenſorem pacis & in conſulatu tuo, & poſt conſulatum fuiſſe. Ego autem cùm conſilium tuum probarem, & idem ipſe ſentirem, nihil proficiebam. Serò enim veneram: ſolus eram, rudis eſſe videbar in cauſa: inciderã in hominum pugnandi cupidorum inſanias. Nũc, quoniam nihil iam videmur h poſſe opitulari reipub. ſi quid eſt, in quo nobiſmetipſis conſulere poſſimus, non vt aliquid ex priſtino ſtatu noſtro retineamus, ſed vt quàm honeſtiſſimè lugeamus: nemo eſt omnium, quicum potiùs mihi, quàm te-

* Huic Trebatio inſcripſit Topica, adde Epi. lib. 7. ep. 5.

e L. moleſtéque ferre, q.

f v. c. valitudinem.

g al. prauidentem.

h q. v. c. opitulari reip. poſſe, ſi quid, &c.

cum communicandum putem Nec enim clariſſimorum virorum, quorum ſimileis eſſe debemus exempla: neque doctiſſimorum, quos ſemper coluiſti, præcepta te fugiunt. Atque ipſe antea ad te ſcripſiſſem, te fruſtrà in ſenatum, ſiue potius in conuentum ſenatorum eſſe venturum, ni veritus eſſem, ne * eius animum offenderem, qui à me, vt te imitarer, petebat. Cui quidem ego, cùm me *i* rogaret, vt adeſſem in ſenatu, eadem omnia, quę à te de pace, & de * Hiſpaniis dicta ſunt, oſtẽdi me eſſe d cturum. *k* Rem vides, quo modo ſe habeat orbem terrarum, imperiis diſtributis, ardere bello: vrbem, ſine legibus, ſine iudiciis, ſine iure, ſine fide, relictam direptioni, & incendiis. Itaque mihi venire in mentem nihil poteſt, non modò quod ſperem: ſed vix iam quod audeam optare. Sin autem tibi, homini prudentiſſimo videtur vtile eſſe, nos colloqui: quamquam longius etiã cogitabam ab vrbe diſcedere, *l* cuius iam etiam nomen inuitus audio: tamen propiùs accedam. Trebatio mandaui, vt ſi quid tu eum velles ad me mittere, ne recuſaret: idque vt facias velim: aut ſi quem tuorum fidelium voles, ad me mittas: ne aut tibi exire ex vrbe neceſſe ſit, aut mihi accedere. Ego tibi tantũ tribuo, quãtum mihi fortaſſe arrogo: vt exploratum habeã, quidquid nos *m* communi ſententia ſtatuerimus, id omneis homines probaturos. Vale.

* Cæſarem intelligit.
i al. rogaſſet.
* Lamb. Hiſpanis.
k fort. Rem vides, quo m.
l q.v.c. Cuius iam nomen etiam inuit. alij, cuius & iã nomen inuit. neutra ſcrip. placet.
m q.v.c. de communi ſent.

ARGVMENTVM.

Relicta vrbe à Pompeio, & à Caſare iam occupatæ Italia quæſierat per literas Sulpitius quid agendũ in tanto rerum diſcrimine cenſeret. Reſpondet Cicero, Si recta quærantur, ſatis patere quid agendum ſit, pro communi (puta) libertate contra Cæſarem arma eſſe ſumenda. Sin vtilia, non item. Cùm Cæſaris cauſa firmior eſſe videatur, concludítque longius eſſe ab vrbe diſcedendum, in qua manere vel turpe ſit, ſi probentur ea quæ fiunt: vel periculoſum, ſi non probentur: ſe verò Pompeĩ partes

tes

ius Caſarianis anteponere. Eodem anno.

M. T. C. SER. SVLPITIO, S. D. 2.

AD III. Kal. Maias cùm eſſem in Cumano, accepi tuas literas: quibus lectis, cognoui, nō ſatis prudenter feciſſe Philotimum: qui, cùm abs te *n* mandata haberet, vt ſcribis de omnibus rebus, ipſe ad me non veniſſet, literas tuas miſiſſet: quas intellexi breuiores fuiſſe, quòd eum perlaturum putaſſes. Sed tamen, poſtquā literas tuas legi, Poſtumia tua me conuenit, & Seruius noſter. His placuit, vt tu in Cumanum venires: *o* quod etiam mecum, vt ad te ſcriberem, egerunt. Quòd meū conſilium exquiris, id eſt tale, vt capere faciliùs ipſe poſſim, quā alteri dare. Quid enim eſt, quod audeam ſuadere tibi, homini ſumma auctoritate, ſummáque prudentia? Si quid rectiſſimū ſit, quærimus: perſpicuum eſt. ſi quid maximè expediat, obſcurum. ſin ij ſumus, qui profectò eſſe debemus, vt nihil arbitremur expedire, niſi quod rectum, honeſtúmque ſit: non poteſt eſſe dubium, quid faciendum nobis ſit. Quod exiſtimas, meam cauſam coniunctam eſſe cum tua: certè ſimilis in vtroque noſtrū, *p* cū optimè ſentiremus error fuit. Nā omnia vtriuſque cōſilia ad concordiā ſpectauerunt: qua cùm ipſi Cæſari nihil eſſet vtilius, gratiam quoque nos inire ab eo, defendenda pace, arbitrabamur. Quantū nos fefellerit, & quem in locum res deducta ſit, vides. Neque ſolùm ea perſpicis, quæ geruntur, quæque iā geſta ſunt: ſed etiam, qui curſus rerum, qui exitus futurus ſit. Ergo aut probare oportet ea, quæ fiunt: aut intereſſe, etiam ſi non probes: * quorum altera mihi turpis, altera etiā periculoſa ratio videtur. Reſtat, vt diſcedendum *q* putē. In quo reliqua videtur eſſe deliberatio, quod conſilium in diſceſſu, quæ loca ſequamur. Omnino cùm miſerior res numquam accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior. Nihil enim conſtitui poteſt, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. Tu,

n q.v.c. mādatum.

o I. qui

p al. cùm idem ſent.

ſic in decem manuſcriptis legi notat Manutius in duobus verò, quarum altera.

q v.c. non habent verbum, putē.

ſi videbitur, ita cenſeo facias: vt, ſi habes ſtatutum, quid tibi agendũ putes, in quo non ſit cõiunctum cõſilium *r* meum cum tuo: ſuperſedeas *s* hoc labore itineris. ſin autẽ eſt quod mecum communicare velis: ego te exſpectabo. Tu, quod tuo commodo fiat, quàm primùm velim venias, ſicut intellexi & Seruio, & Poſtumiæ placere. Vale.

r L. tuum cum meo, ſup.
s q.v.c. nõ habent pro vocabulum hoc.

ARGVMENTVM.

Sulpitium conſolatur Achaiæ præpoſitum à Cæſare, poſt victum in Pharſalia Pompeium.

M. T. C. SER. SVLPITIO, S. D. 3

VEHEMENTER te eſſe ſollicitum, & in communibus miſeriis præcipuo quodam dolore angi, multi ad nos quotidie deferunt. Quod quãquam minimè miror, & meũ quodãmodo agnoſco: doleo tamen, te ſapientia præditum propè ſingulari, non tuis bonis delectari potiùs, quàm alienis malis laborare. Me quidem, etſi nemini concedo, qui maiorem ex pernicie, & peſte reipub. moleſtiam traxerit: tamen multa iam conſolantur, maximéque conſcientia conſiliorum meorum. Multò enim antè, tanquam ex aliqua ſpecula proſpexi, tempeſtatem futuram: neque id ſolùm mea ſponte, ſed multò etiam magis, monente, & denuntiante te. Etſi enim *t* abſui magnam partẽ conſulatus tui: tamen & abſens cognoſcebam quæ eſſet tua in hoc peſtifero bello cauendo, & prædicendo ſententia, & ipſe affui primis temporibus tui conſulatus cùm accuratiſſimè monuiſti ſenatum collectis omnibus bellis ciuilibus, vt & illa timerent, quæ meminiſſent: *u* & ſcirent cum ſuperiores, nullo tali exemplo antea in republica cognito, tam crudeles fuiſſent: quicunque poſtea rempu. oppreſſiſſet armis multò intolerabiliorem futurum. NAM, quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant: & aliquid, atque adeò multa addunt, & afferũt de ſuo. Quare meminiſſe debes, eos, qui auctoritatem, & conſilium

t L. afui. & ita q.v.c.
v q.v.c. & ſentirent, num pl.

lium tuum non ſunt ſecuti, ſua ſtultitia occidiſſe, cùm tua prudentia ſalui eſſe potuiſſent. Dices: Quid me iſta res conſolatur in tantis tenebris, *x* & quaſi perpetuis reipu.? Eſt omninò vix conſolabilis dolor: tanta eſt omnium rerum amiſſio, & deſperatio recuperandi. Sed tamen & Cæſar ipſe ita de te iudicat: & omnes ciues ſic exiſtimant quaſi lumen aliquod, extinctis ceteris elucere ſanctitatem, & prudentiam, & dignitatem tuam. Hæc tibi ad leuandas moleſtias magna eſſe debent. Quòd autem a tuis abes: ideo leuius ferendum eſt, quod eodem tẽpore á multis, *y* ac magnis moleſtiis abes: quas ad te omneis perſcriberem, niſi vererer, ne ea cognoſceres abſens, quæ quia non vides, mihi videris meliore eſſe conditione, quàm nos, qui videmus. Hactenus exiſtimo noſtram conſolationem rectè adhibitam eſſe, quoad certior ab homine amiciſſimo fieres iis de rebus, quibus leuari poſſent moleſtiæ tuæ. Reliqua ſunt in te ipſo, neque mihi ignota, *z* nec minima ſolatia. *a* &, vt quidẽ ego ſẽtio, multò maxima: quæ ego ipſe experiens quotidie, ſic probo, vt ea mihi ſalutem afferre videantur. Te autẽ ab initio ætatis memoria teneo, ſummè omnium doctrinarum ſtudioſum fuiſſe, omniáq; quæ à ſapientiſſimis ad bene viuendum tradita eſſent, ſummo ſtudio, curáque didiciſſe: quæ quidem vel optimis rebus & vſui, & delectationi eſſe poſſent. his verò temporibus habemus aliud nihil, in quo acquieſcamus. Nihil faciam inſolenter: neq; te tali vel ſcientia, vel natura præditum, hortabor, vt ad eas te referas *b* arteis, quibus à primis temporibus ætatis ſtudium tuum dediſti. Tantùm dicã, quod te ſpero approbaturum, me poſteà quã illi arti, cui ſtudueram, nihil eſſe loci neque in curia, neque in foro *c* viderim, omnem meam curã, atque operam ad philoſophiam contuliſſe. Tuæ ſcientiæ excellenti, ac ſingulari non multò plus, quàm noſtræ relictum eſt loci. Quare non equidem

x Lam. & quaſi parietinis reipu.? al. & quaſi parricidiis reip.

y duo v. c. & magnis.

z v.c. neq; minimè ſolat.

a q. v.c. nõ habent, copulationẽ, &.

b v.c. artis.

c Lamb. viderem.

dem te moneo:ſed mihi ita perſuaſi te quoque in iiſdem verſari rebus, quæ etiam ſi minus prodeſſent, animum tamen à ſollicitudine abducerent. Seruius quidem tuus in omnibus ingenuis artibus, *d* in primiſque in hac, in qua ego me ſcripſi acquieſcere, ita verſatur, vt excellat. A me verò ſic diligitur, vt tibi vni concedam, præterea nemini, mihiq; ab eo gratia refertur: in quo ille exiſtimat, quod facilè appareat, quod me colat, & obſeruet, tibi quoq; in eo ſe facere gratiſſimũ. Vale.

d q. v. c. & in primis.

ARGVMENTVM.

Excuſante ſe Sulpitio quod ſæpius literas eodem exẽplo miſerit cùm improbitate eorum qui epiſtolas accipiebant, tum orationis paupertate, illam excuſationis partem probat Cicero, hanc verò reiicit, cum ipſe ſe Sulpitij ſcribendi ſubtilitati (quem tamen Sulpitius diuitias habere orationis ſolebat dicere) multò poſtponat Achaiæ adminiſtrationem à Sulpitio non recuſatam probat. Narrat officium ſenatus de reditu Marcelli Cæſarem rogantis, quo impetrato à ſe gratias Cæſari actas. De ſuo Philoſophiæ ſtudio & fructu. De Sulpitij filij probitate & doctrina, de rebus vrbanis & Cæſare. Scripta Cæſare III. M. Æmilio Lepido Coss.

M. T. C. S. D. SER. SVLPITIO. 4

ACCIPIO excuſationem tuam, qua vſus es, cur ſæpius ad me literas vno exemplo dediſſes: ſed accipio ex ea parte, quatenus aut negligentia, aut improbitate, eorum qui epiſtolas acciperant, fieri ſcribis, ne ad nos perferantur. illã partem excuſationis, qua te ſcribis orationis paupertate (ſic enim appellas) iiſdem verbis epiſtolas ſæpius mittere, *e* nec agnoſco, nec probo. Et ego ipſe, quem tu per iocum (ſic enim accipio) diuitias orationis habere dicis, me non eſſe verborũ admodũ inopẽ agnoſco: εἰρωνεύεσθαι enim nõ neceſſe eſt: ſed tamen idẽ (nec hoc εἰρωνευόμενος) facilè credo tuorum ſcriptorum ſubtilitati, & cle-

e q. v. c. nec noſco, nec probo. quidam alij nõ habent, agnoſco, nec noſco.

elegantiæ. Conſiliũ tuum, quo te vſum ſcribis hoc Achaicum negotiũ non recuſauiſſe, cùm ſemper probauiſſem, tum multò magis probaui, lectis tuis proximis literis Omnes enim cauſæ, quas cõmemoras, iuſtiſſimæ ſunt, tuáque & auctoritate, & prudentia dignißimæ Quòd aliter cecidiſſe rem exiſtimas, atque opinatus ſis: id tibi nullo modo aſſentior. Sed quia tanta perturbatio, & confuſio eſt rerũ: ita perculſa, & proſtrata fœdißimo bello iacent omnia, *f* vt is quique locus, vbi ipſe ſit, miſerrimus eſſe videatur: propterea & tui te cõſilij pœnitet: & nos qui domi ſumus, tibi beati videmur: at contrà nobis, non tu quidem vacuus moleſtiis, ſed præ nobis beatus. Atque hoc ipſo melior eſt tua, quàm noſtra conditio, quòd tu, quid doleas, ſcribere audes: nos ne id quidem tutò poſſumus: nec id victoris vitio, quo nihil moderatius, ſed ipſius victoriæ, *quæ ciuilibus bellis ſemper eſt inſolens*, Vno te *g* vicimus: quòd de Marcelli, collegæ tui, ſalute paulò antè, quàm tu, cognouimus: etiam mehercule, quòd quemadmodum ea res ageretur, vidimus. Nam ſic fac exiſtimes: poſt has miſerias, id eſt, poſtquàm armis diſceptari *h* cœptũ eſt de iure publico, nihil eſſe actum aliud cũ dignitate. Nam & ipſe Cæſar, accuſata acerbitate Marcelli (ſic enim appellabat) laudatáque honorificentiſſimè & æquitate tua, & prudentia, repẽte, præter ſpẽ i dixit, ſe ſenatui roganti de Marcello, *i* ne hominis quidem cauſa negaturum. Fecerat autẽ hoc ſenatus, vt cùm à L. Piſone mentio eſſet facta de Marcello: & cùm C. Marcellus ſe ad Cæſaris pedes abieciſſet, cunctus conſurgeret, & ad Cæſarem ſupplex accederet. Noli quærere: ita mihi pulcher hic dies viſus eſt, vt ſpeciẽ aliquam viderer videre quaſi reuiuiſcẽtis reip. Itaq cum omnis ante me rogari gratias Cæſari egiſſent, præter Volcatiũ (is enim, ſi eo loco eſſet, negauit ſe facturum fuiſſe) ego rogatus, mutaui meum conſiliũ. Nam

ſtatue

f v. c. vt is cuiq; locus vbi ipſe ſit: vt ſibi quiſque miſerrimus, &c.

g q. v. c. vincimus.

h duo v. c. cœptũ ſit.

i L. ne omnis quidem al. vel omnis quidem cauſa non negaturũ.

ſtatueram, non mehercule, inertia, ſed deſiderio priſtinæ dignitatis, in perpetuum tacere. Fregit hoc meum conſilium & Cæſaris magnitudo, animi, & ſenatus officiū. Itaque pluribus verbis egi Cæſari gratias: méque metuo, ne etiam in ceteris rebus honeſto otio priuarim: quod erat vnicum ſolatium in malis. Sed tamen, * quādo effugi eius * offenſionem qui fortaſſe arbitraretur, me hanc * remp. non putare, ſi perpetuò tacerem: modicè hoc faciam: aut etiam intra modum, vt & illius voluntati, & meis ſtudiis ſeruiam. Nam etſi à prima ætate me omnis ars, & doctrina liberalis, & maximè philoſophia delectauit: tamen k hoc ſtudium quotidie ingraueſcit, credo & ætatis maturitate ad prudentiam, & his temporū vitiis, vt nulla res alia leuare animū moleſtiis poſsit. A quo ſtudio te abduci negotiis intelligo ex tuis literis: ſed tamen aliquid iam noctes te adiuuabunt. Seruius tuus, vel potiùs noſter, ſumma me obſeruantia colit: cuius ego cùm omni probitate, ſummáque virtute: tum ſtudiis, doctrináque delector. Is mecum ſæpe de tua manſione, aut deceſſione cōmunicat. Adhuc in hac ſum ſententia, nihil vt faciamus, niſi quod maximè Cæſar velle videatur. Res ſunt eiuſmodi, vt, ſi Romæ ſis, l nihil te, præter tuos, delectare poſſit. De reliquis, nihil melius ipſo eſt. Ceteri, & cetera, eiuſmodi, vt, ſi alterutrū neceſſe ſit, audire ea malis, quàm videre. Hoc noſtrum conſilium nobis minimè iucundum eſt, qui te videre cupimus: ſed conſulimus tibi. Vale.

* al. quoniā ſic Gell. lib. 12. c. 13.
* al. occaſionem. Gel. ibidem.
* al. rem imperitē
k Lamb. ita hoc ſtudiū.
l al. te nihil præter. &c. in q. v. c. non eſt prouocabulum, te. m. q. v. c. ſanè pro eo ac.

ARGVMENTVM.

Conſolatur Sulpitius Ciceronem, morte extinctam filiam grauiter lugentem. Vbi elaboratæ & diligentis vide conſolationis exemplum.

SER. SVLPITIVS M. T. CICERONI, S. D. 5

POSTEA quàm mihi renuntiatum eſt de obitu Tulliæ filiæ tuæ, m ſanè quam pro eo, ac debui

debui, grauiter, moleſtéque tuli, communémque *n* eam calamitatem exiſtimaui. qui ſi iſtic affuiſſem: neque tibi defuiſſem. Etſi *o* genus hoc conſolationis *p* miſerũ, atque acerbum eſt, propterea quia, per quos id *q* fieri debet, propinquos, ac familiareis, ipſi pari moleſtia afficiuntur, neque ſine lacrymis multis id conari *q* queunt: *r* vt magis ipſi videantur aliorum conſolatione indigere, quàm aliis poſſe ſuum officiũ præſtare: tamen quæ in præſentia mihi in mentem venerũt,
1 decreui breui ad te perſcribere: non quòd ea te fugere exiſtimem: ſed quòd forſitan dolore impeditus, minùs ea perſpicias. Quid eſt, quòd tantopere te commoueat tuus dolor inteſtinus? cogita, quemadmodum *s* adhuc fortuna nobiſcum egerit: ea nobis erepta eſſe, quæ hominibus nõ minùs, quàm liberi, cara eſſe debent: patriam, honeſtatem, dignitatem, honores omneis. Hoc vno incommodo addito, quid ad dolorem adiũgi potuit? aut qui non in illis rebus exercitatus animus *t* callere iam debet, atque omnia minoris æſtimare? 2 An illius vicem (*u* credo) doles? Quoties in eam cogitationem *x* neceſſe eſt vt tu veneris, nos ſæpe incidimus, hiſce temporibus non peſſime cùm iis eſſe actum, quib. ſine dolore licitũ eſt mortem cũ vita cõmutare? Quid autẽ fuit, quod illã hoc tempore ad videndum magnopere inuitare poſſet? quæ res? quæ ſpes? quod animi ſolatium? Vt cum aliquo adoleſcente primario coniuncta ætatem ageret? Licitum eſt tibi (credo) pro tua dignitate ex hac iuuẽtute generum *y* deligere, cuius fidei liberos tuos te tuto cõmittere putares. An vt ea liberos ex ſe pareret: quos quos cùm florenteis videret, lętaretur? qui rẽ à parente traditam per ſe tenere poſſent? honores *z* ordinatim in rep. perituri eſſent? in amicorũ negotiis *a* liberalitate ſua vterentur? Quid horũ fuit, quod non priùs, quàm datum, ademptũ ſit? At verò malum eſt liberos amitte-

re.

n q.v.c. calamitatem eam exiſt.

o al. hoc genus.

p al. minimum. al. mitum. alij durum.

q L. confieri deb. & ita v.c. al. confiteri.

qo.v.c. poſſunt. & ita L.

r q. v. c. vti.

s q.v.c. fortuna adhuc.

t al. iam callere d.

u fort. cedi. al. at credo.

x L. & neceſſe eſt vt tu, veneris, & nos ſæpe incidimus.

y v.c. diligere. fort. diligere.

z v.c. ordinatim perituri eſsẽt in rep.

a al. liberare.

b q.v.c.non habent, Malum.

c al. poſſet.

d q.c. &.dirupta, &c. non placet.

* in quibuſdam antiquis libris homūcio legitur.

* al. noſtrorum.

e q. v. c. oppidum ead.

f v.c. deminutio.

g o.v. c. facta eſt, & ita L.

g o.v.c.non diem ſuum obiiſſet. & ita Lamb.

h o.v.c.fuerit. & ita L.

* al. floruiſſe.

i q.v.c. Quid quòd tu.

k o.v. c. tenere ſe &c. & ita Láb.

l fort. hinc delendum eſt hoc, tute.

re. *b* Malū, niſi hoc peius ſit, hæc ſufferre, & perpeti. Quæ res mihi non mediocrem conſolationē attulit, volo tibi commemorare, ſi fortè eadē res tibi minuere dolorē *c* poſſit. Ex Aſia rediens cùm ab Aegina Megaram verſus nauigarem, cœpi regiones circumcirca proſpicere. poſt me erat Ægina ante Megara: dextra Piræeus: ſiniſtra Corinthus: quæ oppida quodam tempore florentiſſima fuerunt, nunc proſtrata, *d* & diruta antè oculos iacent. cœpi egomet mecum ſic cogitare. Hem, nos * homūculi indignamur, ſi quis * noſtrum interiit, aut occiſus eſt, quorum vita breuior eſſe debet, cùm vno loco tot *e* oppidorū cadauera proiecta iaceant? Viſne tu te, Serui, cohibere, & meminiſſe, hominem te eſſe natum? Crede mihi: cogitatione ea non mediocriter ſum cōfirmatus. Hoc idē, ſi tibi videtur, fac ante oculos tibi proponas. Modo vno tempore tot viri clariſſimi interierunt: de imperio præterea tanta *f* diminutio facta eſt: omnes prouinciæ conquaſſatę ſunt in vnius muliérculæ animula ſi iactura *g* facta ſit, tantopere commoueris? quæ ſi hoc tēpore *h* non ſuum diem obiiſſet, paucis poſt annis tamen ei moriendum fuit: quoniam homo nata fuerat. Etiam tu ab hiſce rebus animum, ac cogitationē tuam auoca: atque ea potiùs reminiſcere, quæ digna tua perſona ſunt: illam, quamdiu ei opus *h* fuerat, vixiſſe, 4 vnà cum rep * fuiſſe: te patrem ſuū, prætorem, conſulem, augurem vidiſſe: adoleſcentibus primariis nuptam fuiſſe: omnibus bonis propè perfunctam eſſe: cùm reſp occideret, vita exceſſiſſe. *i* Quid eſt, quod tu, aut illa, cum fortuna hoc nomine queri poſſitis? Denique noli te obliuiſci Ciceronē eſſe. & eum, qui aliis conſueueris præcipere, & dare conſilium: neque IMITARI malos medicos: qui in alienis morbis profitentur *k* ſe tenere medicinæ ſcientiam, ipſi ſe curare non poſſunt: ſed potiùs quæ aliis *l* tute præcipere ſoles, ea tute tibi ſubiice, atque

apud

apud animum propone. NVLLVS DOLOR EST, *quē non longinquitas temporis minuat, atque molliat.* m Hoc te exſpectare tēpus,tibi turpe eſt, ac nō ei rei ſapientiā tua te occurrere. Quòd ſi quis etiā in feris ſenſus eſt:qui illius amor in te fuit,pietáſque in omneis ſuos, hoc certè illa te facere non vult. Da hoc illi mortuæ: da ceteris amicis, n ac familiaribus, qui tuo dolore mœrent:da patriæ:vt,ſi qua in re opus ſit, opera,& conſilio tuo vti poſſit.Deniq;, quoniā in eam fortunam deuenimus, vt etiam huic rei nobis ſeruiendū ſit:noli cōmittere,vt quiſquā te putet non tam filiam, quàm reipub.tempora,& aliorum victoriā lugere. Plura me ad te de hac re ſcribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. Quare,ſi hoc vnum propoſuero,o finem faciam ſcribendi. Vidimus aliquoties ſecundam p pulcherrimè te ferre fortunā, magnámq; ex ea re te laudem q adipiſci: fac aliquando intelligamus,aduerſam quoq; te æque ferre poſſe, neque id maius, quàm debeat, tibi onus videri: ne ex omnibus virtutibus hæc vna tibi videatur deeſſe. Quod ad me attinet,cùm te r tranquilliore animo eſſe s cognouero, de iis rebus quæ hic geruntur, quemadmodúmq; ſe prouincia habeat,certiorem faciam. Vale.

m fort.Hoc te exſp. tēp ac non ei rei ſapientia tua te occur. tibi turpe eſt. Quòd.
n al. & famil.
o q.v.c.finē ſcribendi faciam.
p al.te pulcerrimè.
q L. apiſci. & ita v.c.
r al. tranquilliorem animo. al. tranquillio rei animo.
s v. c. cogoro.

ARGVMENTVM.

Superiori Sulpitij epiſtolæ reſpondet,dolorémque ſuum dicit lectis illius literis aliquantulum lenitum. Sed nemini vnquam in eiuſmodi caſu,plures quam ſibi dolēdi cauſas, aut grauiores fuiſſe. Leuationē tamē ſibi fore maximā ſi eius conſuetudine frui liceat.

M. T. C. S. D. SER. SVLPITIO. 6

Ego verò,Serui,vellé,vt ſcribis,in meo grauiſſimo caſu affuiſſes. Quantum enim præſens me adiuuare poteris & cōſolādo,& propè æquè dolēdo,facilè ex eo intelligo, quòd, literis tuis lectis, aliquātulū acquieui. Nā & ea ſcripſiſti,quæ leuare luctum poſſent:& in me conſolando, nō mediocrem ipſe animi dolorē adhibuiſti. Seruius tamē

tuus

tuus omnibus officiis, quæ illi tempori tribui potuerunt, declarauit, & quanti ipſe me faceret, & quàm ſuum talem erga me animum tibi gratum putaret fore: cuius officia, iucundiora ſcilicet ſæpe mihi fuerunt: nunquam tamen gratiora. Me autem nō oratio tua ſolùm, & ſocietas penè ægritudinis, ſed etiam auctoritas conſolatur. Turpe enim eſſe exiſtimo, me non ita ferre caſum meũ, vt tu, tali *t* ſapientia præditus, ferendum putas. Sed opprimor interdum, & vix reſiſto dolori: quòd ea me ſolatia deficiunt, quæ ceteris, quorũ mihi exempla propono, ſimili in fortuna non defuerunt. Nam & Q. * Maximus, qui filium conſularem, clarum virũ, & magnis rebus geſtis, amiſit: & L. * Paulus, qui duos ſeptem diebus: *u* & noſter Gallus, & M. Cato, qui ſummo ingenio, ſumma virtute filiũ perdidit: iis temporibus fuerũt, *x* vt eos * tũ ipſorum dignitas conſolaretur ea, quam ex rep. conſequebantur. Mihi autẽ, amiſſis ornamentis iis, quæ ipſe commemoras, quæque eram maximis laboribus adeptus: vnum manebat illud ſolatium, quod ereptum eſt. Non amicorum negotiis, non reip. procuratione impediebantur cogitationes meæ: nihil in foro agere *y* licebat: adſpiſcere curiam non poteram: exiſtimabam, id quod erat, omneis me & induſtriæ meæ fructus, & fortunæ perdidiſſe. Sed, cùm cogitarem, hæc mihi tecum, *z* & cum quibuſdam eſſe communia: & cùm frangerem iam ipſe me, cogerémque illa ferre toleranter, habebam quò confugerẽ, vbi conquieſcerem, cuius in ſermone, & ſuauitate omneis curas, doloréſq; deponerem. Nunc autem, hoc tam graui vulnere, etiam illa, *a* quæ conſenuiſſe videbãtur recrudeſcunt. Non enim, vt tum me à rep. mæſtum domus excipiebat, quæ leuaret: ſic nũc domo mœrens ad rẽp. confugere poſſum, vt in eius bonis acquieſcam. Itaque & domo abſum, & foro, quòd nec eum dolorem, *b* quem à repub. capio, domus iam conſolari

t q.v.c. ſciẽtia prædit. non pl.
* vide Ciceronem 5. 3. Tuſc. Vide 3. Tuſc. Plut. Liuiũ, l. 45. fuit hic M. Paulus qui Perſea deuicit.
u l. & veſter Gall. & ita v.c.
x L. vt corũ luctũ, ipſorum dig.
* L. particulam tum nõ agnoſcit.
y al. libebat. & ita q. v.c.
z al. & cum quibuſdam aliis eſſe c.
a L. quæ conſanuiſſe vid. & ita v.c. malo ante
b L. quem è rep.

ſolari poteſt,nec domeſticum reſp. Quo magis te expecto,téque videre quam primùm cupio. Maior mihi leuatio afferri nulla poteſt,quàm coniunctio conſuetudinis,ſermonúmque noſtrorum: quamquam ſperabam,tuum aduentum (ſic enim audiebam) appropinquare. Ego autem cùm multis de cauſis te exopto quàm primùm videre: tum etiã, vt antè commentemur inter nos,qua ratione nobis traducendum ſit hoc tempus: quod eſt totum ad vnius voluntatem accommodandum & prudentis,& liberalis, & (vt perſpexiſſe *c* mihi videor) nec à me alieni, & tibi amiciſſimi. Quod cùm ita ſit, magnæ tamen eſt deliberationis,quæ ratio ſit ineunda nobis non agendi aliquid,ſed illius *d* conceſſu & beneficio quieſcendi. Vale.

c prouocabulum,mihi, abeſt ab o.v.c.

d al. conſenſu.

ARGVMENTVM.

Marcellum (conſilij ancipitem deuicto Pompeio) conſolatur,hortatúrque vt omnibus alijs conſilijs poſtpoſitis,à Cæſare veniam petat,& Romam redeat. Id C. Marcellum ipſius fratrem,id rempub. id rationem rei familiaris poſtulare. C. Cæſare III. M. Lepido Coss.

M. T. C. S. D. M. MARCELLO. 7

ETSI eo te adhuc conſilio vſum intelligo, vt id reprehendere non audeam,non quin ab eo ipſe diſſentiam,ſed quòd ea te ſapientia eſſe iudicem,vt meum conſilium non anteponam tuo,tamẽ & amicitiæ noſtræ vetuſtas,& tua ſumma erga me *e* beneuolentia, quæ mihi iam à pueritia tua cognita eſt,me hortata eſt, vt ea ſcriberem ad te,quæ & ſaluti tuæ conducere arbitrarer, & non aliena eſſe ducerem à dignitate. Ego eum te eſſe,qui horum malorum initia multo antè videris *f* qui conſulatum magnificentiſſimè,atq; optimè geſſeris,præclarè memini:* ſed idem etiã illa vidi,neq; te conſilium ciuilis belli ita gerendi,neque copias Cn. Põpeij,nec genus* exercitus,probare,ſemperq; ſummè diffidere. Qua in ſententia me quoq; fuiſſe,memoria teneri te arbitror. Itaq;

e v.c. beniuolentia.

f v.c. non abent pro bocabulũ, nui.

*vide lib. 6. ep. 12.

*vide lib. 7. ep. 3.

neq; tu multùm interfuiſti rebus gerendis:& ego id ſemper egi,ne intereſſem. Non enim iis rebus pugnabamus,quibus valere poteramus, conſilio, auctoritate, cauſa, quæ erant in nobis ſuperiora: ſed lacertis,& viribus, quibus pares non eramus. Victi ſumus igitur:aut, ſi vinci dignitas non poteſt,fracti certè,& abiecti. In quo tuum conſiliũ nemo poteſt non maximè laudare, quòd cum ſpe vincendi ſimul abieciſti certandi etiam cupiditatem: oſtendiſtique ſapientem, & bonum ciuem initia belli ciuilis inuitũ ſuſcipere,extrema *g* non libenter proſequi Qui non idem conſilium, quod tu,ſecuti ſũt,eos video in duo genera eſſe diſtractos. Aut enim renouare bellum cõnati ſunt, *h* & ſe in Africam contulerunt:aut,quemadmodũ nos *i* victori ſeſe crediderunt. Mediũ quoddam tuum conſiliũ fuit, qui hoc fortaſſe humilis animi duceres:illud,pertinacis. Fateor,à pleriſque, vel dicam ab omnibus,ſapiens tuũ conſiliũ:à multis,etiã magni,ac fortis animi iudicatũ. Sed habet iſta ratio,vt mihi quidẽ videtur,quendã modũ, præſertim cũ tibi nihil deeſſe arbitrer ad tuas fortunas *k* omneis obtinendas præter voluntatẽ ſic enim intellexi,nihil aliud eſſe,quod dubitationem afferret ei,penes quem eſt poteſtas, niſi quòd vereretur,ne tu illud beneficiũ omnino nõ putares. De quo quid ſentiã,nihil attinet dicere: cũ appareat,ipſe quid fecerim. Sed tamen ſi iã ita conſtituiſſes,vt abeſſe perpetuò malles,quã ea,quę nolles,videre:tamen id cogitare deberes, vbicunque eſſes,te fore in eius ipſius, quẽ fugeres poteſtate: qui ſi facilè paſſurus eſſet,te carentẽ patria,& fortunis tuis,quietè & liberè viuere: cogitandũ tibi tamẽ eſſet,Romæne, & domi tuæ,*l* cuiuſmodi res eſſet:an Mytilenis,aut Rhodi malles viuere. Sed cũ ita latè pateat eius poteſtas,quẽ veremur,*m* vt terrarũ orbẽ cõplexa ſit:nõne mauis ſine periculo domi tuæ eſſe,quã cũ periculo alienæ?Equidẽ,etiã ſi oppetẽda mors eſſet,domi,atq;in patriam alienam,

g q.v.c.libẽter non perſequi. non pl.

h q.v.c.nõ habent copulationẽ; & alij,vt ij, qui in Africam ſe cõt. Lamb.& hi ſe in Africã. c.vide li. 9. ep.6.

i L.ſe victos eſſe crediderunt.

k o.v.c.omnis.

l L. cuiuſcuiuſmodi res eſſet.al. cuiuſmodi r.

m al.vt orbem terrarum.

lem,quam in externis, atq; alienis locis. Hoc idē omnes,qui te diligunt, ſentiunt:quorum eſt magna, pro tuis maximis, clariſſimiſque virtutibus multitudo habemus etiam rationē rei familiaris tuæ:quā diſſipari nolumus. Nā etſi nullam poteſt accipere iniuriā, quæ futura perpetua ſit:propterea quòd neq; is,qui tenet rēp. pateretur, neque ipſa reſp.tamen imperum prædonum in tuas fortunas fieri nolo. Hi autē qui eſſent,auderem ſcribere,niſi te intelligere confiderem. n Hîc te vnius ſollicitudines,vnius etiam multæ, & aſſiduæ lacrymæ C.Marcelli,fratris optimi, deprecantur: nos cura, & dolore proximi ſumus:precibus tardiores,quod ius adeundi, cùm ipſi deprecatore eguerimus,non habemus. Gratia tātum poſſumus, quantum victi. Sed tamē conſilio,ſtudio, Marcello non o deſumus. A tuis reliquis non adhibemur: ad omnia parati ſumus. Vale.

n L. Hîc pro te vnius ſoll.
o al. defuimus.

ARGVMENTVM.

Marcelli prudentiam & fortitudinem laudat. Se paratum ad omnia pollicetur, iterum vt Romam redeat hortatur, & quicunque ſtatus ſit reipublicæ, in patria viuat. Eodem anno.

M. T. C. S. D. M. MARCELLO.

NEQVE monere te audeō, præſtanti prudentia virum: nec confirmare, maximi animi hominē,* virumque fortiſſimum: cōſolari verò nullo modo. Nā ſi ea,quæ acciderūt,ita fers,vt audio, gratulari magis virtuti debeo,quàm conſolari dolorē tuū. ſin te tanta mala reipub frangūt: non ita abūdo ingenio,vt te cōſoler,cū ipſe me nō p poſſim. Reliquū eſt igitur, vt tibi me in omni re eum præbeā præſtēq;.vt ad omnia,quæ tui velint,*ita ſim preſtò,vt me nō ſolū omnia debere tua cauſa, *quæ poſſim,ſed ea q quoq;,quæ non poſſim,*putem. r Illud vel tu me monuiſſe,vel cenſuiſſe puta, vel propter s beneuolentiam tacere non potuiſſe:vt,quod ego facio, tu quoque t animū inducas:

*.alij vnúmque.
p q.v.c. poſſum.
*al. adſim.
* hæc duo vocabula, quæ poſſim abeſſe notat Manut.
q q. v. c. quoque etiam.
*alij, putēt.
r L. Illud tamē vel me, &c. & ita v. c. alij, multum tamen me monuiſſe. ſed & ita, illud tamē vultu.
s v.c. beniuolentiam.
t q. v. c. in animū ind. & ita Lāb.

labat me,vt cauerem, ne cui ſuſpicionem fictè reconſiliatæ gratiæ darem: *a* ſic affinitas noua curam mihi affert cauendi, ne quid de ſummo meo erga te amore detractũ eſſe videatur. Vale.

a v.c.ſic affinitas nouam curam mihi.

ARGVMENTVM.

Agit gratias Appio de ſupplicatione ſibi eius officio donata. Eodem anno.

M. T. C. APPIO PVLCHRO, S. P. D. 13

QVASI diuinarem, tali in officio fore mihi aliquando expetendum ſtudium tuum: ſic, cùm de tuis rebus geſtis agebatur, inſeruiebã honori tuo. Dicam tamen verè, plus quàm acceperas, reddidiſti. Quis enim ad me non perſcripſit, te non ſolùm auctoritate orationis ſententia tua, quibus ego à tali viro contentus eram, ſed etiam opera, conſilio, domum veniendo, conueniendis meis, *b* nullum onus officij cuiquam reliquum feciſſe? Hæc mihi ampliora multò ſunt, quàm illa ipſa, propter quæ hæc elaborantur. Inſignia enim virtutis multi etiã ſine virtute aſſecuti ſunt: talium virorum tanta ſtudia aſſequi ſola virtus poteſt. Itaque mihi propono fructum amicitiæ noſtræ, ipſam amicitiam: qua nihil eſt vberiùs præſertim in iis ſtudiis, quibus vterq; noſtrum deuinctus eſt. Nam tibi me profiteor & in rep. ſocium, de qua idem ſentimus: & in quotidiana vita coniunctum * cùm iis artibus, ſtudiiſq; quę coſimus.† Velim ita fortuna tuliſſet, vt quanti ego omneis tuos facio, tanti tu meos facere poſſes. quod tamẽ ipſum neſcio, qua permotus animi diuinatione, *c* non deſpero. Sed hoc nihil ad te: noſtrũ eſt onus. Illud velim ſic habeas, quod intelliges, hac re nouata, additũ potiùs aliquid ad meum erga te ſtudium, cui nihil videbatur addi poſſe, quam quidquam eſſe detractum. Cùm hæc ſcribebam, cenſo em iam te eſſe ſperaba. eo breuior eſt *d* hæc epiſtola, &, vt aduerſus magiſtrum morum, modeſtior. Vale.

b al. nullũ munus.

* quibuſdã particula, cũ, videtur ſupereſſe.

* alij Vellẽ.

c q. v c. nũc ſpero nõ pi.

d q. v c hæc epiſtola mea, &c.

M. TVL

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER quartus, ad Seru. Sulpitium.

ARGVMENTVM.

Reſpondet Sulpitio congreſſum petenti: in quo ſuam voluntatem, cum eius voluntate conſentire demonſtrat, ſed eam eſſe rationem temporum, vt remedium extinctæ reipubl. nullum adferre poſſint. Scripta eſt cùm Cæſar pulſo ex Italia Pompeio bellum contra eius legatos in Hiſpaniam pararet, L. Lentulo & C. Marcello Coss. *A. V. C.* DCCI.

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. D. I

CAIVS* Trebatius, familiaris meus, ad me ſpripſit, te ex ſe quæſiſſe, quibus in locis eſſem: e moleſtéq; te ferre, quòd me propter *f* valetudinem tuam, cùm ad vrbem acceſſiſſem, non vidiſſes: & hoc tempore velle te mecũ, ſi propiùs acceſſiſſem, de officio vtriuſq; noſtrûm communicare. Vtinam, ſerui, ſaluis rebus (ſic enim eſt dicendum) colloqui potuiſſemus inter nos. profectò aliquid opis occidenti reip. tuliſſemus. Cognoram enim iam abſens, te hæc mala multò antè *g* prouidentem, defenſorem pacis & in conſulatu tuo, & poſt conſulatum fuiſſe. Ego autem cùm conſilium tuum probarem, & idem ipſe ſentirem, nihil proficiebam. Serò enim veneram: ſolus eram, rudis eſſe videbar in cauſa: inciderã in hominum pugnandi cupidorum inſanias. Nũc, quoniam nihil iam videmur *h* poſſe opitulari reipub. ſi quid eſt, in quo nobiſmetipſis conſulere poſſimus, non vt aliquid ex priſtino ſtatu noſtro retineamus, ſed vt quàm honeſtiſſimè lugeamus. emo eſt omnium, quîcum potiùs mihi, quàm te-

* Huic Trebatio inſcripſit Topica, adde Epi. lib. 7. ep. 5.

e L. moleſtéque ferre, q.

f v. c. valitudinem.

g al. præuidentem.

h q. v. c. opitulari reip. poſſe, ſi quid, &c.

cum communicandum putem Nec enim clariſſimorum virorum, quorum ſimileis eſſe debemus, exempla: neque doctiſſimorum, quos ſemper coluiſti, præcepta te fugiunt. Atque ipſe antea ad te ſcripſiſſem, te fruſtrà in ſenatum, ſiue potius in conuentum ſenatorum eſſe venturum, ni veritus eſſem, ne h eius animum offenderem, qui à me, vt te imitarer, petebat. Cui quidem ego, cùm me i rogaret, vt adeſſem in ſenatu, eadem omnia, quę à te de pace, & de ʲ Hiſpaniis dicta ſunt, oſtẽdi me eſſe dicturum. k Rem vides, quo modo ſe habeat orbem terrarum, imperiis diſtributis, ardere bello: vrbem, ſine legibus, ſine iudiciis, ſine iure, ſine fide, relictam direptioni, & incendiis. Itaque mihi venire in mentem nihil poteſt, non modò quod ſperem: ſed vix iam quod audeam optare. Sin autem tibi, homini prudentiſſimo videtur vtile eſſe, nos colloqui: quamquam longius etiã cogitabam ab vrbe diſcedere, l cuius iam etiam nomen inuitus audio: tamen propius accedam. Trebatio mandaui, vt ſi quid tu eum velles ad me mittere, ne recuſaret: idque vt facias velim: aut ſi quem tuorum fidelium voles, ad me mittas: ne aut tibi exire ex vrbe neceſſe ſit, aut mihi accedere. Ego tibi tantũ tribuo, quãtum mihi fortaſſe arrogo: vt exploratum habeã, quidquid nos m communi ſententia ſtatuerimus, id omneis homines probaturos. Vale.

h Cæſarem intelligit.

i al. rogaſſet.

j Lamb. Hiſpanis.

k fort. Res, vides, quo m.

l q.v.c. Cuius iam nomẽ etiam inuit. alij, cuius & iã nomen inuit. neutra ſcrip. placet.

m q.v.c. de communi ſent.

ARGVMENTVM.

Relicta vrbe à Pompeio, & à Cæſare iam occupatæ Italia: quæſierat per literas Sulpitius quid agendũ in tanto rerum diſcrimine cenſeret. Reſpondet Cicero. Si recta quærantur, ſatis patere quid agendum ſit, pro communi (puta) libertate contra Cæſarem arma eſſe ſumenda. Sin vtilia, non item. Cùm Cæſaris cauſa firmior eſſe videatur, concludítque longius eſſe ab vrbe diſcedendum, in qua manere vel turpe ſit, ſi probentur ea quæ fiunt: vel periculoſum, ſi non probentur: ſe verò Pompeij partes

tes

tis Cæſarianis anteponere. Eodem anno.

M. T. C. SER. SVLPITIO, S. D. 2.

AD III. Kal. Maias cùm eſſem in Cumano, accepi tuas literas: quibus lectis, cognoui, nõ ſatis prudenter feciſſe Philotimum: qui, cùm abs te *n* mandata haberet, vt ſcribis de omnibus rebus, ipſe ad me non veniſſet, literas tuas miſiſſet: quas intellexi breuiores fuiſſe, quòd eum perlaturum putaſſes. Sed tamen, poſtquã literas tuas legi, Poſtumia tua me conuenit, & Seruius noſter. His placuit, vt tu in Cumanum venires: *o* quod etiam mecum, vt ad te ſcriberem, egerunt. Quòd meũ conſilium exquiris, id eſt tale, vt capere faciliùs ipſe poſſim, quã alteri dare. Quid enim eſt, quod audeam ſuadere tibi, homini ſumma auctoritate, ſummáque prudentia? Si quid rectiſſimũ ſit, quærimus: perſpicuum eſt. ſi quid maximè expediat, obſcurum. ſin ij ſumus, qui profectò eſſe debemus, vt nihil arbitremur expedire, niſi quod rectum, honeſtúmque ſit: non poteſt eſſe dubium, quid faciendum nobis ſit. Quod exiſtimas, meam cauſam coniunctam eſſe cum tua: certè ſimilis in vtroque noſtrũ, *p* cũ optimè ſentiremus error fuit. Nã omnia vtriuſque cõſilia ad concordiã ſpectauerunt: qua cùm ipſi Cæſari nihil eſſet vtilius, gratiam quoque nos inire ab eo, defendenda pace, arbitrabamur. Quantũ nos fefellerit, & quem in locum res deducta ſit, vides. Neque ſolùm ea perſpicis, quæ geruntur, quæque iã geſta ſunt: ſed etiam, qui curſus rerum, qui exitus futurus ſit. Ergo aut probare oportet ea, quæ fiunt: aut intereſſe, etiam ſi non probes: * quorum altera mihi turpis, altera etiã periculoſa ratio videtur. Reſtat, vt diſcedendum *q* putẽ. In quo reliqua videtur eſſe deliberatio, quod conſilium in diſceſſu, quæ loca ſequamur. Omnino cùm miſerior res numquam accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior. Nihil enim conſtitui poteſt, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. Tu, ſi

n q. v. c. mãdatum.

o L. qui

p al. cùm idem ſent.

* ſic in decem manuſcriptis legi notat Manutius in duobus verò, quarum altera.

q v. c. non habent verbum, putẽ.

ſi videbitur, ita cenſeo facias: vt, ſi habes ſtatutum, quid tibi agendũ putes, in quo non ſit cõiunctum conſilium r meum cum tuo: ſuperſedeas s hoc labore itineris. ſin autẽ eſt quod mecum communicare velis: ego te exſpectabo. Tu, quod tuo commodo fiat, quàm primùm velim venias, ſicut intellexi & Seruio, & Poſtumiæ placere. Vale.

r L. tuum cum meo, ſup.

s q.v.c. nõ habent pro vocabulum hoc.

ARGVMENTVM.

Sulpitium conſolatur Achaiæ præpoſitum à Cæſare, poſt victum in Pharſalia Pompeium.

M. T. C SER. SVLPITIO, S. D. 3

VEHEMENTER te eſſe ſollicitum, & in communibus miſeriis præcipuo quodam dolore angi, multi ad nos quotidie deferunt. Quod quãquam minimè miror, & meũ quodãmodo agnoſco: doleo tamen, te ſapientia præditum propè ſingulari, non tuis bonis delectari potiùs, quàm alienis malis laborare. Me quidem, etſi nemini concedo, qui maiorem ex pernicie, & peſte reipub. moleſtiam traxerit: tamen multa iam conſolantur, maximéque conſcientia conſiliorum meorum. Multò enim antè, tanquam ex aliqua ſpecula proſpexi, tempeſtatem futuram: neque id ſolùm mea ſponte, ſed multò etiam magis, monente, & denuntiante te. Etſi enim t abfui magnam partẽ conſulatus tui: tamen & abſens cognoſcebam quæ eſſet tua in hoc peſtifero bello cauendo, & prædicendo ſententia, & ipſe affui primis temporibus tui conſulatus cùm accuratiſſimè monuiſti ſenatum collectis omnibus bellis ciuilibus, vt & illa timerent, quæ meminiſſent: u & ſcirent cum ſuperiores, nullo tali exemplo antea in republica cognito, tam crudeles fuiſſent: quicunque poſtea rempu. oppreſſiſſet armis multò intolerabiliorem futurum. NAM, quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant: & aliquid, atque adeò multa addunt, & afferũt de ſuo. Quare meminiſſe debes, eos, qui auctoritatem, & conſilium

t L. afui. & ita q.v.c.

u q.v.c. & ſentirent, num pl.

lium

lium tuum non ſunt ſecuti, ſua ſtultitia occidiſſe, cùm tua prudentia ſalui eſſe potuiſſent. Dices: Quid me iſta res conſolatur in tantis tenebris, x & quaſi perpetuis reipu.? Eſt omninò vix conſolabilis dolor: tanta eſt omnium rerum amiſſio, & deſperatio recuperandi. Sed tamen & Cæſar ipſe ita de te iudicat: & omnes ciues ſic exiſtimant quaſi lumen aliquod, extinctis ceteris elucere ſanctitatem, & prudentiam, & dignitatem tuam. Hæc tibi ad leuandas moleſtias magna eſſe debent. Quòd autem a tuis abes: ideo leuius ferendum eſt, quod eodem tẽpore à multis, y ac magnis moleſtiis abes: quas ad te omneis perſcriberem, niſi vererer, ne ea cognoſceres abſens, quæ quia non vides, mihi videris meliore eſſe conditione, quàm nos, qui videmus. Hactenus exiſtimo noſtram conſolationem rectè adhibitam eſſe, quoad certior ab homine amiciſſimo fieres iis de rebus, quibus leuari poſſent moleſtiæ tuæ. Reliqua ſunt in te ipſo, neque mihi ignota, z nec minima ſolatia a &, vt quidẽ ego ſẽtio, multò maxima: quæ ego ipſe experiens quotidie, ſic probo, vt ea mihi ſalutem afferre videantur. Te autẽ ab initio ætatis memoria teneo, ſummè omnium doctrinarum ſtudioſum fuiſſe, omniáq; quæ à ſapientiſſimis ad bene viuendum tradita eſſent, ſummo ſtudio, curáque didiciſſe: quæ quidem vel optimis rebus & vſui, & delectationi eſſe poſſent. his verò temporibus habemus aliud nihil, in quo acquieſcamus. Nihil faciam inſolenter: neq; te tali vel ſcientia, vel natura præditum, hortabor, vt ad eas te referas b arteis, quibus à primis temporibus ætatis ſtudium tuum dediſti. Tantùm dicã, quod te ſpero approbaturum, me poſteà quã illi arti, cui ſtudueram, nihil eſſe loci neque in curia, neque in foro c viderim, omnem meam curã, atque operam ad philoſophiam contuliſſe. Tuæ ſcientiæ excellenti, ac ſingulari non multò plus, quàm noſtræ relictum eſt loci. Quare non equidem

x Lam. & quaſi parietinis reipu.? al. & quaſi parricidiis reip.

y duo v. c. & magnis.

z v.c. neq; minimè ſolat.

a q. v.c. nõ habent, copulationẽ, &.

b v.c. artis.

c Lamb. viderem.

dem te moneo:ſed mihi ita perſuaſi te quoque in iiſdem verſari rebus, quæ etiam ſi minus prodeſſent,animum tamen à ſollicitudine abducerent. Seruius quidem tuus in omnibus ingenuis artibus, *d* in primiſque in hac, in qua ego me ſcripſi acquieſcere , ita verſatur, vt excellat. A me verò ſic diligitur,vt tibi vni concedam,præterea nemini. mihiq; ab eo gratia refertur:in quo ille exiſtimat,quod facilè appareat,quod me colat , & obſeruet,tibi quoq; in eo ſe facere gratiſſimũ. Vale.

d q. v.c. & in primis.

ARGVMENTVM.

Excuſante ſe Sulpitio quod ſæpius literas eodem exẽplo miſerit cùm improbitate eorum qui epiſtolas accipiebant, tum orationis paupertate, illam excuſationis partem probat Cicero, hanc verò reiicit, cum ipſe ſe Sulpitij ſcribendi ſubtilitati (quem tamen Sulpitius diuitias habere orationis ſolebat dicere) multò poſtponat Achaiæ adminiſtrationem à Sulpitio non recuſatam probat. Narrat officium ſenatus de reditu Marcelli Cæſarem rogantis , quo impetrato à ſe gratias Cæſari actas. De ſuo Philoſophiæ ſtudio & fructu. De Sulpitij filij probitate & doctrina,de rebus vrbanis & Cæſare. Scripta Cæſare III. M. Æmilio Lepido Coss.

M. T. C. S. D. SER. SVLPITIO. 4

ACCIPIO excuſationem tuam, qua vſus es,cur ſæpius ad me literas vno exemplo dediſſes: ſed accipio ex ea parte, quatenus aut negligentia, aut improbitate, eorum qui epiſtolas accipiant, fieri ſcribis,ne ad nos perferantur. illã partem excuſationis,qua te ſcribis orationis paupertate (ſic enim appellas) iiſdem verbis epiſtolas ſæpius mittere, *e* nec agnoſco, nec probo.Et ego ipſe , quem tu per iocum(ſic enim accipio) diuitias orationis habere dicis,me non eſſe verborũ admodũ inopẽ agnoſco:εἰρωνεύεσθαι enim nõ neceſſe eſt:ſed tamen idẽ (nec hoc εἰρωνευόμενος)facilè credo tuorum ſcriptorum ſubtilitati , & cle-

e q.v.c. nec noſco, nec probo.quidam alij nẽ habent, agnoſco , nec noſco.

elegantiæ. Conſiliũ tuum, quo te vſum ſcribis hoc Achaicum negotiũ non recuſauiſſe, cùm ſemper probauiſſem, tum multò magis probaui, lectis tuis proximis literis. Omnes enim cauſæ, quas cõmemoras, iuſtiſſimæ ſunt, tuáque & auctoritate, & prudentia digniſsimæ. Quòd aliter cecidiſſe rem exiſtimas, atque opinatus ſis: id tibi nullo modo aſſentior. Sed quia tanta perturbatio, & confuſio eſt rerũ: ita percuſſa, & proſtrata fœdiſsimo bello iacent omnia, *f* vt is quique locus, vbi ipſe ſit, miſerrimus eſſe videatur: propterea & tui te cõſilij pœnitet: & nos qui domi ſumus, tibi beati videmur: at contrà nobis, non tu quidem vacuus moleſtiis, ſed præ nobis beatus. Atque hoc ipſo melior eſt tua, quàm noſtra conditio, quòd tu, quid doleas, ſcribere audes: nos ne id quidem tutò poſſumus: nec id victoris vitio, quo nihil moderatius, ſed ipſius victoriæ, *quæ ciuilibus bellis ſemper eſt inſolens*, Vno te *g* vicimus: quòd de Marcelli, collegæ tui, ſalute paulò antè, quàm tu, cognouimus: etiam mehercule, quòd quemadmodum ea res ageretur, vidimus. Nam ſic fac exiſtimes: poſt has miſerias, id eſt, poſtquàm armis diſceptari *h* cœptũ eſt de iure publico, nihil eſſe actum aliud cũ dignitate. Nam & ipſe Cæſar, accuſata acerbitate Marcelli (ſic enim appellabat) laudatáque honorificentiſſimè & æquitate tua, & prudentia, repẽte, præter ſpẽ dixit, ſe ſenatui roganti de Marcello, *i* ne hominis quidem cauſa negaturum. Fecerat autẽ hoc ſenatus, vt cùm à L. Piſone mentio eſſet facta de Marcello: & cùm C. Marcellus ſe ad Cæſaris pedes abieciſſet, cunctus conſurgeret & ad Cæſarem ſupplex accederet. Noli quærere: ita mihi pulcher hic dies viſus eſt, vt ſpeciẽ aliquam viderer videre quaſi reuiuiſcẽtis reip. Itaq cum omnis ante me rogati gratias Cæſari egiſſent, præter Volcatiũ (is enim, ſi eo loco eſſet, negauit ſe facturum fuiſſe) ego rogatus, mutaui meum conſiliũ. Nam ſtatue

f v. c. vt is cuiq; locus vbi ipſe ſit: vt ſibi quiſque miſerrimus, &c.

g q. v. c. vincimus.

h duo v. c. cœptũ ſit.

i L. ne omnis quidem al. vel omnis quidem cauſa non negaturũ.

debui,grauiter, moleſtéque tuli, communémque *n* eam calamitatem exiſtimaui. qui ſi iſtic affuiſſem:neque tibi defuiſſem. Etſi *o* genus hoc conſolationis *p* miſerū, atque acerbum eſt, propterea quia, per quos id *q* fieri debet, propinquos, ac familiareis, ipſi pari moleſtia afficiuntur, neque ſine lacrymis multis id cōnari *q* queunt: *r* vt magis ipſi videantur aliorum conſolatione indigere, quàm aliis poſſe ſuum officiū præſtare: tamen quæ in præſentia mihi in mentem venerūt, 1 decreui breui ad te perſcribere: non quòd ea te fugere exiſtimem: ſed quòd forſitan dolore impeditus, minùs ea perſpicias. Quid eſt, quòd tantopere te commoueat tuus dolor inteſtinus? cogita, quemadmodum *s* adhuc fortuna nobiſcum egerit: ea nobis erepta eſſe, quæ hominibus nō minùs, quàm liberi, cara eſſe debent: patriam, honeſtatem, dignitatem, honores omneis. Hoc vno incommodo addito, quid ad dolorem adiūgi potuit? aut qui non in illis rebus exercitatus animus *t* callere iam debet, atque omnia minoris æſtimare? 2 An illius vicem (*u* credo) doles? Quoties in eam cogitationem *x* neceſſe eſt vt tu veneris, nos ſæpe incidimus, hiſce temporibus non peſſime cū iis eſſe actum, quib. ſine dolore licitū eſt mortem cū vita cōmutare? Quid autē fuit, quod illā hoc tempore ad videndum magnopere inuitare poſſet? quæ res? quæ ſpes? quod animi ſolatium? Vt cum aliquo adoleſcente primario coniuncta ætatem ageret? Licitum eſt tibi (credo) pro tua dignitate ex hác iuuētute generum *y* deligere, cuius fidei liberos tuos te tuto cōmittere putares. An vt ea liberos ex ſe pareret: quos quos cùm florenteis videret, lætaretur? qui rē à parente traditam per ſe tenere poſſent? honores *z* ordinatim in rep. perituri eſſent? in amicorū negotiis *a* liberalitate ſua vterentur? Quid horū fuit, quod non priùs, quàm datum, ademptū ſit? At verò malum eſt liberos amittere.

n q.v.c. calamitatem eam eyiſt.
o al. hoc genus.
p al. minimum. al. mitum. alij durum.
q L. confieri deb. & ita v.c. al. confiteri. q o. v.c. poſſunt. & ita L.
r q. v. c. vti.
s q. v. c. fortuna adhuc.
t al. iam callere d.
u fort. cedi. al. at credo.
x L. & neceſſe eſt vt tu, veneris, & nos ſæpe incidimus.
y v.c. diligere. fort. diligere.
z v.c. ordinatim petituri eſsēt in rep.
a al. liberate.

re. *b* Malũ,niſi hoc peius ſit,hæc ſufferre, & perpeti. Quæ res mihi non mediocrem conſolationẽ attulit,volo tibi commemorare ,ſi fortè eadẽ res tibi minuere dolorẽ *c* poſſit.Ex Aſia rediens cùm ab Aegina Megaram verſus nauigarem, cœpi regiones circumcirca proſpicere. poſt me erat Ægina ante Megara : dextra Piræeus : ſiniſtra Corinthus: quæ oppida quodam tempore florentiſſima fuerunt, nunc proſtrata,*d* & diruta antè oculos iacent. cœpi egomet mecum ſic cogitare. Hem,nos * homũculi indignamur,3 ſi quis * noſtrum interiit, aut occiſus eſt , quorum vita breuior eſſe debet , cùm vno loco tot *e* oppidorũ cadauera proiecta iaceant? Viſne tu te , Serui , cohibere , & meminiſſe , hominem te eſſe natum? Crede mihi:cogitatione ea non mediocriter ſum cõfirmatus.Hoc idẽ,ſi tibi videtur , fac ante oculos tibi proponas. Modo vno tempore tot viri clariſſimi interierunt : de imperio præterea tanta *f* diminutio facta eſt : omnes prouinciæ conquaſſatę ſunt in vnius mulierculæ animula ſi iactura *g* facta ſit, tantopere commoueris? quæ ſi hoc tẽpore *h* non ſuum diem obiiſſet,paucis poſt annis tamen ei moriendum fuit : quoniam homo nata fuerat. Etiam tu ab hiſce rebus animum , ac cogitationẽ tuam auoca:atque ea potiù reminiſcere, quæ digna tua perſona ſunt : illam , quamdiu ei opus *h* fuerat, vixiſſe , 4 vnà cum rep. * fuiſſe: te patrem ſuũ,prætorem,conſulem, augurem vidiſſe:adoleſcentibus primariis nuptam fuiſſe:omnibus bonis propè perfunctam eſſe:cùm reip. occideret , vita exceſſiſſe. *i* Quid eſt , quod tu , aut illa, cum fortuna hoc nomine queri poſſitis? Denique noli te obliuiſci Ciceronẽ eſſe. & eum, qui aliis conſueueris præcipere, & dare conſilium:neque IMITARI malos medicos:qui in alienis morbis profitentur *k* ſe tenere medicinæ ſcientiam, ipſi ſe curare non poſſunt: ſed potiùs quæ aliis *l* tute præcipere ſoles, ea tute tibi ſubiice , atque apud

b q.v.c.non habent, Malum.
c al. poſſet.
d q.c. &.dirupta , &c. non placet.
* in quibuſdam antiquis libris homũcio legitur.
* al.noſtrorum.
e q. v. c.oppidum ead.
f v.c. deminutio.
g o.v. c. facta eſt,& ita L.
g o.v.c.non diem ſuum obiiſſet.&ita Lamb.
h o.v.c.fuerit. & ita L.
* al.floruiſſe.
i q.v.c.Quid quòd tu.
k o.v. c. tenere ſe &c. & ita Lãb.
l fort. hinc delendum eſt hoc, tute.

apud animum propone. NVLLVS DOLOR EST, *quē non longinquitas temporis minuat, atque molliat.* *m* Hoc te exſpectare tēpus,tibi turpe eſt, ac nō ei rei ſapientiā tua te occurrere. Quòd ſi quis etiā in feris ſenſus eſt:qui illius amor in te fuit,pietáſque in omneis ſuos, hoc certè illa te facere non vult. Da hoc illi mortuæ : da ceteris amicis, *n* ac familiaribus, qui tuo dolore mœrent:da patriæ:vt,ſi qua in re opus ſit, opera,& conſilio tuo vti poſſit.Deniq;, quoniā in eam fortunam deuénimus, vt etiam huic rei nobis ſeruiendū ſit:noli cōmittere,vt quiſquā te putet non tam filiam, quàm reipub.tempora,& aliorum victoriā lugere. Plura me ad te de hac re ſcribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere.Quare,ſi hoc vnum propoſuero,*o* finem faciam ſcribendi.Vidimus aliquoties ſecundam *p* pulcherrimè te ferre fortunā, magnámq; ex ea re te laudem *q* adipiſci : fac aliquando intelligamus,aduerſam quoq; te æque ferre poſſe, neque id maius, quàm debeat, tibi onus videri : ne ex omnibus virtutibus hæc vna tibi videatur deeſſe. Quod ad me attinet cùm te *r* tranquilliore animo eſſe *s* cognouero, de iis rebus quæ hic geruntur, quemadmodúmq; ſe prouincia habeat,certiorem faciam. Vale.

m fort.Hoc te exſp. tēp ac non ei rei ſapientia tua te occur. tibi turpe eſt. Quòd.
n al. & famil.
o q.v.c.finē ſcribendi faciam.
p al.te pulcerrimè.
q L. apiſci. & ita v.c.
r al. tranquilliorem animo. al. tranquillio rei animo.
s v. c. cogoro.

ARGVMENTVM.

Superiori Sulpitij epiſtolæ reſpondet,dolorémque ſuum dicit lectis illius literis aliquantulum lenitum.Sed nemini vnquam in eiuſmodi caſu,plures quàm ſibi dolēdi cauſas, aut grauiores fuiſſe.Leuationē tamē ſibi fore maximā ſi eius conſuetudine frui liceat.

M. T. C. S. D. SER. SVLPITIO. 6

Ego verò,Serui,vellé,vt ſcribis,in meo grauiſſimo caſu affuiſſes.Quantum enim præſens me adiuuare poteris & cōſolādo,& propè æquè dolēdo,facilè ex eo intelligo, quòd,literis tuis lectis, aliquātulū acquieui.Nā & ea ſcripſiſti,quæ leuare luctum poſſent:& in me conſolando, nō mediocrem ipſe animi dolorē adhibuiſti. Seruius tamē

tuus

tuus omnibus officiis,quæ illi tempori tribui potuerunt, declarauit,& quanti ipſe me faceret, & quàm ſuum talem erga me animum tibi gratum putaret fore:cuius officia,iucundiora ſcilicet ſæpe mihi fuerunt:nunquam tamen gratiora. Me autem nō oratio tua ſolùm, & ſocietas penè ægritudinis, ſed etiam auctoritas conſolatur. Turpe enim eſſe exiſtimo, me non ita ferre caſum meū, vt tu, tali *t* ſapientia præditus, ferendum putas. Sed opprimor interdum, & vix reſiſto dolori: quòd ea me ſolatia deficiunt, quæ ceteris, quorū mihi exempla propono, ſimili in fortuna non defuerunt Nam & Q. * Maximus, qui filium conſularem,clarum virū,& magnis rebus geſtis,amiſit:& L. * Paulus, qui duos ſeptem diebus: *u* & noſter Gallus, & M. Cato, qui ſummo ingenio, ſumma virtute filiū perdidit: iis temporibus fuerūt, *x* vt eos * tū ipſorum dignitas conſolaretur ea, quam ex rep.conſequebantur. Mihi autē, amiſſis ornamentis iis, quæ ipſe commemoras, quæque eram maximis laboribus adeptus:vnum manebat illud ſolatium, quod ereptum eſt. Non amicorum negotiis, non reip.procuratione impediebantur cogitationes meæ: nihil in foro agere *y* licebat: adſpiſcere curiam non poteram: exiſtimabam, id quod erat, omneis me & induſtriæ meæ fructus,& fortunæ perdidiſſe.Sed, cùm cogitarem,hæc mihi tecum, *z* & cum quibuſdam eſſe communia: & cùm frangerem iam ipſe me, cogerémque illa ferre toleranter, habebam quò confugerē,vbi conquieſcerem, cuius in ſermone, & ſuauitate omneis curas,doloréſq; deponerem. Nunc autem, hoc tam graui vulnere, etiam illa, *a* quæ conſenuiſſe videbātur recrudeſcunt. Non enim, vt tum me à rep. mœſtum domus excipiebat, quæ leuaret: ſic nūc domo mœrens ad rēp. confugere poſſum, vt in eius bonis acquieſcam. Itaque & domo abſum, & foro, quòd nec eum dolorem, *b* quem à repub.capio,domus iam conſolari

t q.v. c.ſciētia prædit. non pl.

' vide Ciceronem 5. 3.Tuſc. Vide 3.Tuſc. Plut. Liuiū, l.45.fuit hic M. Paulus qui Perſea deuicit.

v l.& veſter Gall. & ita v.c.

x L.vt eorū luctū, ipſorum dig.

*L.particulam tum n͂ agnoſcit.

y al. libebat.& ita q. v.c.

z al.& cum quibuſdam aliis eſſe c.

a L. quæ conſanuiſſe vid. & ita v.c. malo ante

b l. quem è rep.

Digitized by Google

ſolari poteſt,nec domeſticum reſp. Quo magis te expecto,téque videre quam primùm cupio.Maior mihi leuatio afferri nulla poteſt,quàm coniūnctio conſuetudinis,ſermonúmque noſtrorum : quamquam ſperabam,tuum aduentum(ſic enim audiebam) appropinquare. Ego autem cùm multis de cauſis te exopto quàm primùm videre:tum etiā, vt antè commentemur inter nos,qua ratione nobis traducendum ſit hoc tempus:quod eſt totum ad vnius voluntatem accommodandum & prudentis,& liberalis , & (vt perſpexiſſe *c* mihi videor)nec à me alieni , & tibi amiciſſimi. Quod cùm ita ſit, magnæ tamen eſt deliberationis,quæ ratio ſit ineunda nobis non agendi aliquid,ſed illius *d* conceſſu & beneficio quieſcendi. Vale.

c prouocabulum,mihi, abeſt ab o.v.c.

d al.conſenſu.

ARGVMENTVM.

Marcellum(conſilij ancipitem deuicto Pompeio) conſolatur,hortatúrque vt omnibus alijs conſilijs poſtpoſitis,à Cæſare veniam petat,& Romam redeat. Id C.Marcellum ipſius fratrem,id rempub.id rationem rei familiaris poſtulare. C.Cæſare III. M.Lepido Coss.

M. T. C. S. D. M. MARCELLO. 7

ETSI eo te adhuc conſilio vſum intelligo , vt id reprehendere non audeam,non quin ab eo ipſe diſſentiam,ſed quòd ea te ſapientia eſſe iudicem,vt meum conſilium non anteponam tuo,tamē & amicitiæ noſtræ vetuſtas,& tua ſumma erga me *e* beneuolentia , quæ mihi iam à pueritia tua cognita eſt,me hortata eſt , vt ea ſcriberem ad te,quæ & ſaluti tuæ conducere arbitrarer , & non aliena eſſe ducerem à dignitate. Ego eum te eſſe,qui horum malorum initia multo antè videris *f* qui conſulatum magnificentiſſimè,atq; optimè geſſeris,præclarè memini.* ſed idem etiā illa vidi,neq; te conſilium ciuilis belli ita gerendi,neque copias Cn.Pōpeij,nec genus* exercitus,probare,ſemperq; ſummè diffidere. Qua in ſententia me quoq; fuiſſe,memoria teneri te arbitror.Itaq;

e v.c. beniuolentia.

f v.c. non abent pro bocabulū, nui.

*vide lib. 6.ep. 12.

*vide lib.7. ep.3.

neq; tu multùm interfuiſti rebus gerendis:& ego id ſemper egi,ne intereſſem. Non enim iis rebus pugnabamus,quibus valere poteramus, conſilio, auctoritate, cauſa, quæ erant in nobis ſuperiora: ſed lacertis,& viribus, quibus pares non eramus. Victi ſumus igitur:aut, ſi vinci dignitas non poteſt,fracti certè,& abiecti. In quo tuum conſiliũ nemo poteſt non maximè laudare, quòd cum ſpe vincendi ſimul abiecisti certandi etiam cupiditatem: oſtendiſtique ſapientem, & bonum ciuem initia belli ciuilis inuitũ ſuſcipere,extrema *g* non libenter proſequi Qui non idem conſilium, quod tu,ſecuti ſũt,eos video in duo genera eſſe diſtractos.Aut enim renouare bellum cõnati ſunt, *h* & ſe in Africam contulerunt:aut,quemadmodũ nos *i* victori ſeſe crediderunt. Mediũ quoddam tuum conſiliũ fuit, qui hoc fortaſſe humilis animi duceres:illud,pertinacis.Fateor,à pleriſque, vel dicam ab omnibus,ſapiens tuũ conſiliũ:à multis,etiã magni,ac fortis animi iudicatũ. Sed habet iſta ratio,vt mihi quidẽ videtur,quendã modũ, præſertim cũ tibi nihil deeſſe arbitrer ad tuas fortunas *k* omneis obtinendas præter voluntatẽ ſic enim intellexi,nihil aliud eſſe,quod dubitationem afferret ei,penes quem eſt poteſtas, niſi quòd vereretur,ne tu illud beneficiũ omnino nõ putares. De quo quid ſentiã,nihil attinet dicere: cũ appareat,ipſe quid fecerim. Sed tamen ſi iã ita conſtituiſſes,vt abeſſe perpetuò malles,quã ea,quę nolles,videre:tamen id cogitare deberes, vbicunque eſſes,te fore in eius ipſius, quẽ fugeres poteſtate: qui ſi facilè paſſurus eſſet,te carentẽ patria,& fortunis tuis,quietè & liberè viuere: cogitandũ tibi tamẽ eſſet,Romæne, & domi tuæ,*l* cuiuſmodi res eſſet:an Mytilenis,aut Rhodi malles viuere. Sed cũ ita latè pateat eius poteſtas,quẽ veremur,*m* vt terrarũ orbẽ cõplexa ſit:nõne mauis ſine periculo domi tuæ eſſe,quã cũ periculo alienæ?Equidẽ,etiã ſi oppetẽda mors eſſet,domi,atq;in patriam al-

lem,

g q.v.c.libẽter non perſequi. non pl.

h q.v.c.non habent copulationẽ, & alij,vt ij, qui in Africam ſe cõt. Lamb.& hi ſe in Africã. c.vide li. 9. ep.6.

i L.ſe victos eſſe crediderunt.

k o.v.c.omnis.

l L. cuiuſcuiuſmodi res eſſet.al. cuicuimodi r.

m al.vt orbem terrarum.

lem,quam in externis, atq; alienis locis. Hoc idē omnes,qui te diligunt, ſentiunt:quorum eſt magna, pro tuis maximis, clariſſimiſque virtutibus multitudo.habemus etiam rationē rei familiaris tuæ:quā diſſipari nolumus. Nā etſi nullam poteſt accipere iniuriā, quæ futura perpetua ſit:propterea quòd neq; is,qui tenet rēp. pateretur, neque ipſa reſp.tamen imperum prædonum in tuas fortunas fieri nolo.Hi autē qui eſſent,auderem ſcribere,niſi te intelligere confiderem. I n Hîc te vnius ſollicitudines,vnius etiam multæ, & aſſiduæ lacrymæ C.Marcelli,fratris optimi, deprecantur: nos cura, & dolore proximi ſumus:precibus tardiores,quod ius adeundi, cùm ipſi deprecatore eguerimus,non habemus.Gratia tātum poſſumus, quantum victi.Sed tamē conſilio,ſtudio, Marcello non o deſumus.A tuis reliquis non adhibemur: ad omnia parati ſumus. Vale.

n I. Hîc pro te vnius ſoll.

o al. defuimus.

ARGVMENTVM.

*Marcelli prudentiam & fortitudinem laudat.Se paratum ad omnia pollicetur, iterum vt Romam redeat hortatur,& quicunque ſtatus ſit reipublicæ,in patria viuat.*Eodem anno.

M. T. C. S. D. M. MARCELLO.

NEQVE monere te audeō, præſtanti prudentia virum:nec confirmare,maximi animi hominē,p* virumque fortiſſimum:cōſolari verò nullo modo.Nā ſi ea,quæ acciderūt,ita fers,vt audio, gratulari magis virtuti debeo,quàm conſolari dolorē tuū.ſin te tanta mala reipub frangūt:non ita abūdo ingenio,vt te cōſoler,cū ipſe me nō p poſſim.Reliquū eſt igitur, vt tibi me in omni re eum præbeā præſtēq;,vt ad omnia,quæ tui velint,*ita ſim preſtò,vt me nō ſolū omnia debere tua cauſa, *quæ poſſim,ſed ea q quoq;,quæ non poſſim,*putem.r Illud vel tu me monuiſſe,vel cenſuiſſe puta, vel propter s beneuolentiam tacere non potuiſſe:vt,quod ego facio, tu quoque t animū inducas:

*.alij vnúm que.

p q.v.c.poſſum.

*al.adſim.

* hæc duo vocabula, quæ poſſim abeſſe notat Manut.

q q. v. c. quoque etiam.

*alij,putētr I.Illud tamē vel me, &c.& ita v. c.alij, multum tamen me monuiſſe.ſed&ita, illud tamē vultu.

s v.c. beniuolentiam.

t q. v. c. in animū ind. & ita Lāb.

ducas:ſi ſit aliqua reſp. in ea te eſſe oportere iudicio hominum,req́; principem, neceſſitate cedentem temporis:ſin autem nulla ſit, hunc tamen aptiſſimum eſſe etiam ad exſulandum locum. Si enim libertatem ſequimur: qui locus hoc dominatu vacat? ſin qualemcumque locum, *y* qui eſt domeſtica ſede iucundior? Sed mihi crede, etiam is, qui omnia tenet, fauet ingenijs: nobilitatem verò, & *x* dignitatem hominum, quantum ei res, & ipſius cauſa concedit, amplectitur. Sed plura, quam ſtatueram. Redeo *y* ergo ad vnum illud, me tuum fore cum tuis, ſi modò erunt tui, ſin minùs, me certe in omnibus rebus ſatis noſtræ coniunctioni, amorique facturum. Vale.

y q.v.c. quę eſt dom. & ita Lamb. al. quis eſt.
x q.v.c. dignitatęs.
y ergo, ab eſt à q. v.c.

ARGVMENTVM.

Refellere conatur omnia quæ reditum in patriam diſſuadere Marcello videbantur. Iiſdem Conſulibus.

M. T. C. S. D. M. MARCELLO. 9

ETSI perpaucis *z* antè diebus dederam Q. Mucio literas ad te pluribus verbis ſcriptas, quibus declaraueram, quo te animo cenſerem eſſe oportere, & quid tibi faciendum arbitrarer: tamẽ, cùm Theophilus, libertus tuus, proficiſceretur, cuius ego fidem erga te, beneuolentiamque perſpexeram, ſine meis literis eum ad te venire nolui. *a* Iiſdem igitur de reb. etiam, atque etiã hortor, quibus ſuperioribus literis hortatus ſum: vt in ea rep quæcumque eſt, quàm primũ velis eſſe. Multa videbis fortaſſe, quæ nolis: non plura tamẽ, quàm audis quotidie. Non eſt porrò tuũ, vno ſenſu ſolũ oculorũ moueri: cùm *b* illud idẽ auribus percipias, quod etiã *maius videri ſolet, minùs laborare. At tibi ipſi dicendum erit aliquid: quod non ſentias: aut faciendum, quod non probes. *Primùm TEMPORI cedere, id eſt, neceſſitati parere, ſemper *c* ſapientis eſt habitum. deinde non habet, vt nunc quidem eſt, id vitij res. Dicere fortaſſe, quæ ſentias,

z q.v.c. diebus antè.
a L. Iiſdem igitur te de rebus.
b o.v.c. idẽ illud, &c. & ita Lamb.
*6. ep. I. oculi enim augent dolorem.
* vide 11. ad Attic. ep. 90.
c al. eſt ſapiẽtis hab.

tias non licet: tacere planè licet. Omnia enim delata ad vnum ſunt. Is vtitur conſilio, 2 * ne ſuorum quidem, ſed ſuo. Quod non multò ſecus fieret, ſi is remp. teneret, quem ſecuti ſumus. An, qui in bello, 3 cùm omnium noſtrûm * coniunctum eſſe periculum ſuo cerneret, certorum hominum minimè prudentium conſilio vteretur: † d eò magis communem cenſemus in victoria futurum fuiſſe, 4 * quàm incertis in rebus fuiſſet? &, qui, nec, te conſule, tuum ſapientiſſimum conſilium ſecutus eſſet, nec, fratre tuo conſulatū ex auctoritate tua gerente, vobis auctoribus vti voluerit, nunc omnia tenentem, noſtras ſententias deſideraturum cenſes fuiſſe? OMNIA *ſunt miſera in bellis ciuilibus.* quæ maiores noſtri ne ſemel quidem: noſtra ætas ſæpe iā ſenſit. ſed * MISERIVS *nihil, quàm ipſa victoria:* quæ etiam ſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores, impotentioréſq; reddit: vt, e etiā ſi natura tales non ſint, neceſſitate eſſe cogantur. * MVLTA *enim victori eorum arbitrio per quos viuit, f etiam inuito facienda ſunt:* An tu non videbas mecū ſimul, quàm illa crudelis eſſet futura victoria? igitur tunc quoque patria careres, ne, quæ nolles, videres? Non, inquies. ego enim ipſe tenerem opes, & dignitatem meam. At erat tuæ virtutis, in minimis g res tuas ponere: de rep. vehementiùs laborare. Deinde, qui finis iſtius cōſilij eſt? nā adhuc & factum tuū probatur: &, vt in tali re, etiam fortuna laudatur: factum, quòd & initium belli neceſſariò ſecutus ſis, & extrema ſapienter perſequi nolueris: fortuna, quòd honeſto otio tenueris & ſtatum & famā dignitatis tuæ. Nunc verò nec locus tibi vllus dulcior eſſe debet patria: nec eam diligere minùs debes, quòd deformior eſt, ſed miſereri potiùs: nec eam multis claris viris, orbatā, priuare etiā adſpectu ſuo. Deniq;, ſi fuit h magni animi i non eſſe ſupplicē victori: vide k ne ſuperbi ſit, aſpernari eiuſdem liberalitatem: &, ſi ſapiētis eſt carere patria, duri nō deſiderare: † &, ſi rep.

* al. ne ſuo quidē, ſed ſuorum.
* alij eſſet periculum certorum hominum.
Vide Victorium.
d q. v. c. cū cenſemus magis commune in vict.
* al. quàm in ceteris rebus fuiſſet. alij quā in rebus dubiis fuiſſet.
* ſic libr. 9. epiſt. 6. Extremū malorum omnium ciuilis belli, victoria.
e q. v. c. etſi.
* vide li. 12. ep. 18.
f q. v. c. & inuito.
g o. v. c. tuas res pon. & ita Lamb.
h al. magna nimi.
i L. non eſſe ſuppl.
k q. v. c. ne ſit ſuperbi.

non poſſis frui,ſtultum eſt nolle priuata. Caput il-lud eſt,vt,ſi iſta vita tibi commodior eſſe videatur,cogitandum tamen ſit,ne tutior nō ſit,magna *gladiorum eſt licentia : ſed in externis locis minor etiam ad facinus verecundia. Mihi ſalus tua tantæ curæ eſt,vt Marcello fratri tuo aut par,aut certè proximus ſim.Tuum eſt conſulere temporib⁹,& incolumitati,& vitæ,& fortunis tuis. Vale.

* Lamb. gladiatorum.

ARGVMENTVM.

Hortatur vt reditũ maturet,cũ id ad rẽ eius familiarẽ valde pertineat. Cæſare ſine collega.IV.Coſs.

M. T. C. M. MARCELLO S. D. 10

l ETsi nihil noui,quod ad te ſcriberem, habebam, magíſque literas tuas iam expectare incipiebã,vel te potius ipſum:tamen, cùm Theophilus proficiſceretur , non potui nihil ei literarũ dare. Cura igitur,vt quàm primum venias.venies enim,mihi crede, expectatus,neque ſolùm nobis, id eſt tuis,ſed prorſus omnib⁹.Venit enim mihi in mentem,ſubuereri interdum,ne te delectet tarda *m* deceſſio. Quòd ſi nullum haberes ſenſum,niſi oculorum , *n* prorſus tibi ignoſcerem , ſi quoſdam nolles videre. ſed , cùm leuiora non multò eſſent , quæ audirentur , quàm quæ viderentur : ſuſpicarer autem , multum intereſſe rei familiaris tuæ,te quàm primùm venire,*o* idque in omneis parteis valere:putaui , ea de re te eſſe admonendum.Sed,quoniam quod mihi placeret,oſtendi:reliqua tu pro tua prudentia conſiderabis. Me tamen velim,quod ad tempus te expectemus, certiorem facias. Vale.

l v.c. Etſi nihil erat noui,quod ad te ſcriberẽ: magiſque, &c.& ita L.

m al. diſceſſio.

n al. tibi prorſus.

o q.v.c. atque in omni part.

ARGVMENTVM.

Romam rediturum ſcribit. Ante proximè ſuperiorẽ collocandam eſſe hanc epiſtolam putat Paulus Manutius.

M. MARCELLVS M. CICERONI S. D. 11

PLVRIMVM valuiſſe apud me tuam ſemper auctoritatem,cùm in omni re,tum in hoc maximè negotio,potes exiſtimare.Cum mihi C. Marcellus frater amantiſſimus mei,nō ſolum cō-

ſilium daret, ſed precibus quoque me obſecraret: non priùs mihi perſuadere potuit, quàm tuis eſt effectum literis, vt vterer veſtro potiſſimùm conſilio. Res quēadmodum ſit acta, veſtræ literæ mihi declarant. Gratulatio tua etſi eſt mihi probatiſſima, *p* quòd ab optimo ſit animo, tamē hoc *q* mihi multò iucūdius eſt, & gratius, quòd in ſumma paucitate amicorū, propinquorum, ac neceſſariorum, qui verè meę ſaluti fauerent, *r* te cupidiſſimū mei, ſingularémque mihi beniuolentiā præſtitiſſe cognoui. Reliqua ſunt eiuſmodi, quibus ego, quoniā hæc erant tēpora, facilè, & æquo animo carebam. hoc verò eiuſmodi eſſe ſtatuo, vt ſine talium virorum, & amicorum beniuolentia, neq; in aduerſa, neque in ſecunda fortuna *s* quiſquam viuere poſſit. * Itaque hoc ego mihi gratulor. Tu verò vt intelligas, homini amiciſſimo te tribuiſſe officium, *t* re tibi præſtabo Vale.

p L. quòd optimo ſit animo. & ita q. v. c. al. quod ab optimo proficiſcitur animo.
q al. multò mihi.
r L. cupidiſſimum mei fuiſſe ſing.
s fort. viuere quiſquā poſſit.
* alij in hoc.
t q.v.c.non habent, re.
* in quodā vetuſto libro ita legi refert P. Victorius Ser nius Cicero in ſalutem plurib. verbis.

ARGVMENTVM.

De interfecto Marcello, eiúſque funere & monumento Athenis extructo.

SER. *SVLPICIVS M. CICERONI S. D. 12

Etsi ſcio, non iucundiſſimū nuntiū *v* me vobis allaturū, †tamen, quoniam *x* CASVS ET NATVRA in bonis *y* dominatur, viſum eſt faciēdū, quoquo modo res ſe haberet, *z* vos certiores vt facerem. *a* Ad v. kal. Iun. cum ab Epidauro Piræeum naui aduectus eſſem, ibi Marcellum, collegā noſtrum, conueni eūque diē ibi cōſumſi, vt cū eo eſſem. Poſtero die cū ab eo *b* digreſſus eſſem eo cōſilio vt ab Athenis in Bœotiā irē, reliquāq; iuriſdictionē abſoluerē: ille, vti aiebat, †*c* ſupra maleas Italiā verſus nauigaturus erat. Poſtridie eius diei, cū ab Athenis proficiſci in animo haberem, circiter horam decimā noctis *d* P. Poſtumius, familiaris eius ad me venit, & mihi nūtiauit, M. Marcellū,

v al. me tibi allat.
x al. & fortuna in nobis dom al. in naturæ bonis.
y for. dominatur.
z librivulgi vos certiores facere.
a L. A. d. x. kal. Iun.
b L. degreſſ.

c L. ſupremo Maio. alij ὑπὲρ μαλέας. al. ſupra maleam. al. ſub kalend. Iunias. al. ſupra Maias. Eſt autem ὑπερμαλέα nauigatio cōciſior ſed periculoſior. Vide Plin. in epiſt. ad Traianum, & li. 4. c. 12. Plut. in Arato. d v. c. non habent P.

collegam noſtrũ,poſt cœnæ tempus,à *P. Magio Chilone,e familiari eius, pugione percuſſum eſſe, & duo vulnera acc epiſſe vnum in ſtomacho:alterũ in capite,ſecundum aurem : ſperare tamen eũ viuere poſſe Magium ſeipſum interfeciſſe : poſteà ſe à Marcello ad me miſſũ eſſe f qui hæc nũtiaret, & rogaret,g vt cogerem medicos,Coëgi,& è veſtigio eò sũ profectus prima luce. h Cũ nõ longè à Piræeo abeſſem, puer Acidini obuiã mihi venit cum codicillis:in quibus erat ſcriptum,paulò ante lucem Marcellum diem ſuũ obiiſſe. Ita vir clariſſimus ab homine teterrimo acerbiſſima morte eſt affectus:&,cui inimici propter dignitatem pepercerant:inuentus eſt amicus, qui ei mortẽ i afferret. Ego tamen ad tabernaculum eius perrexi. inueni duos libertos, & pauculos ſeruos reliquos aiebant profugiſſe,metu perterritos, quòd dominus eorum ante tabernaculum interfectus eſſet. Coactus ſum in eadem illa lectica, qua ipſe delatus eram,meiſque lecticarijs in vrbẽ eum referre: ibiq; pro ea copia,quæ Athenis erat,funus ei ſatis amplũ faciendum curaui.*Ab Athenienſibus, locum ſepulturæ intra vrbem vt darent, impetrare non potui , quòd religione ſe impediri dicerent: k neque tamẽ id antea cuiquã conceſſerãt Quod proximũ fuit,l vt,in quo vellemus gymnaſio eum ſepeliremus, nobis permiſerunt. Nos in nobiliſſimo orbis terrarum gymnaſio m Academiæ locum delegimus:ibique eum combuſſimus : n poſteáque curauimus,vt iidem Athenienſes in eodẽ loco monumẽtum ei marmoreum faciendum locarent. Ita,quæ noſtra officia fuerunt , pro collegio,& propinquitate, & viuo & mortuo omnia ei præſtitimus.Vale.o Datæ p prid.Kal.Iun.Athenis.

* 13.Att.ep. 10.
e q.v.c. familiare.
f al.qui hoc n.
g L.vti medicos cogerẽ. Coëgi, &c. al. vti medicos. Coegi, & è veſt. & ita q. v. c. qui non habent verbum,cogerem.
h fort.Cùm à Piræeo non longè ab.
i v.c.offerret. & ita Lamb.
*Solonis lege vetitum id erat ne quis in vrbe ſepeliretur.vide Cicero. 2. de Legi.
k al.nec tamen.
l o.v.c. vti in quo.
m for.Academia.
n al. poſtea quoque.
o hoc loco, Datæ. pridie , abeſt à q.v.c.
p al.1.Kalendas Iun.

ARGVMENTVM.

Cauſas exponit cur antea non ſcripſerit,finemque pollicetur exſulij ſui,ductis coniecturis è Cæſaris animo,ex

mo, ex eorum ſermone qui apud ipſum plurimum valent, ex vulgi voluntate, ex ipſa republica vehementer ad eius ſalutem propenſa. Voluntatem ſuã & in reditu confitendo, & in re ſua familiari communicanda oſtendit. Poſtremò vt ſecundam fortunam ſperet, aduerſam æquo animo ferat, hortatur. Scripta C. Cæſare III. & M. Lepido Coſs.

M. T. C. S. D. P. NIGIDIO FIGVLO. 13

QVAERENTI mihi iamdiu, quid ad te potiſſimum ſcriberem: nõ modò certa res q nulla, ſed ne genus quidem literarum vſitatum veniebat in mentem. Vnam enim partem, & conſuetudinẽ earum epiſtolarum, quibus, ſecundis rebus, vti ſolebamus, tempus eripuerat: perfeceratq; fortuna, r ne quid tale ſcribere poſſem, aut s omnino cogitare. Relinquebatur triſte quoddam, & miſerum, & his temporibus conſentaneum genus literarum. id quoque deficiebat me: in quo debebat eſſe aut promiſſio auxilij alicuius, aut conſolatio doloris tui Quod pollicerer, nõ erat. ipſe enim pari fortuna t abiectus, aliorum opibus caſus meos ſuſtentabam, ſæpiúſque mihi veniebat in mentem queri, quòd ita viuerem, quàm gaudere, quòd viuerem. Quamquam enim nulla meipſum priuatim v perculit inſignis iniuria: nec mihi quidquã tali tempore in mentem venit optare, quod non vltrò mihi Cæſar detulerit: tamen * nihilominùs eis conficior curis, x vt hoc ipſum, quòd maneam in vita, peccare me exiſtimem. careo enim cùm familiariſſimis multis, quos aut mors eripuit nobis, aut * diſtraxit fuga: tum omnibus amicis: quorum y beniuolentiam nobis conciliarat per me quondam, te ſocio, defenſa reſp. verſorque in eorum naufragiis & bonorum direptionibus: † nec audio ſolùm, quod ipſum eſſet miſerum. * ſed etiam idipſum video, quo nihil eſt acerbius, eorum

q al. vlla genus epiſtolarum ioco ſum intelligit. v. l. 2. ep. 4.

r q. v. c. ne quid tibi tale ſcr.

s q. v. c. animo cog. non pl.

t al. afflictus.

v L. pepulit.

* antiqua inſcriptio nihileis, vnde nonnulli Achilleis legendum iudicarunt.

x v. c. vt ipſum, quod m.

* al. detraxit.

y v. c. beniuolentiam.

* al. ſed etiã video. ita Vrſinus.

fortunas diſſipari, quibus nos olim adiutoribus illud incendium exſtinximus: &, in qua vrbe modò gratia, auctoritate, gloria floruimus, in ea nunc iis quidem omnibus caremus. Obtinemus ipſius Cæſaris ſummam erga nos humanitatem: ſed ea plus non poteſt, quàm vis, & mutatio omnium rerum, atque temporum. Itaque orbus iis rebus omnibus, quibus & natura me, & voluntas, & cõſuetudo aſſuefecerat: cùm ceteris, vt quidem videor, z tum ipſi mihi diſpliceo. Natus enim ad agendum ſemper aliquid dignum viro, nunc non modò agendi rationem nullam habeo, ſed ne cogitandi quidem: &, qui antea aut obſcuris hominibus, aut etiam ſontibus opitulari poteram, nunc * P. Nigidio, vni omnium doctiſſimo, & maxima quondam gratia, & mihi certè amiciſſimo, ne benignè quidem polliceri poſſum. Ergo hoc ereptum eſt literarum genus. Reliquum eſt, vt conſoler, & afferam rationes, quibus te à moleſtiis coner abducere. At ea quidem facultas vel tui, vel alterius conſolandi, in te ſumma eſt, ſi vmquam in vllo fuit. Itaque eam partem, quæ ab exquiſita quadam ratione, & doctrina proficiſcitur, non attingam, tibi totam relinquam. Quid ſit *a* forti, & ſapienti homine dignum: quid grauitas, quid altitudo animi, quid acta tua vita, quid ſtudia, quid artes, quibus à pueritia floruiſti, à te flagitent, tu videbis. Ego, quod intelligere, & ſentire, quia ſum Romæ, & quia curo, attendóque, poſſum: id tibi affirmo, te in iſtis moleſtiis, in quibus es hoc tempore, non diutius futurum: in iis autem, in quibus etiam nos ſumus, 1 fortaſſe * ſemper fore. Videor mihi perſpicere primùm ipſius animum, qui plurimum poteſt, propenſum ad ſalutem tuam. Non ſcribo hoc temerè. quo minùs familiaris ſum, hoc ſum ad inueſtigandum curioſior. Quo faciliùs, quibus eſt iratior, reſpondere * triſtiùs poſſit: hoc eſt

z o.v.c. tũ mihi ipſe diſpl.

* vide Plutarc. in Cicerone & in libro εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον.

a fort. forti, ac ſapienti viro dignum.

* al. non ſẽper.

* tale quid vide primo Offi. & apud Nonium, c. 4. in triſte 455.

eſt adhuc tardior ad te moleſtia liberandum. Familiares verò eius, & ij quidem, qui illi iucundiſſimi ſunt, mirabiliter de te & loquuntur, & ſentiunt. Accedit eòdem vulgi voluntas, vel potiùs conſenſus omnium. etiam illa, quæ minimùm nunc quidem poteſt, ſed poſſit neceſſe eſt, reſpubl. *b* quaſcumque vireis habebit, ab iis ipſis, quibus tenetur, de te propediem (mihi crede) impetrabit. Redeo igitur ad id, vt iam tibi etiam pollicear aliquid, *c* quod primò omiſeram. Nam & *d* amplectar eius familiariſſimos, qui me admodum diligunt, multúmque mecũ ſunt: & in ipſius conſuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clauſit, *e* inſinuabo: & certè omneis vias perſequar, quibus putabo ad id, quod volumus, *f* peruenire poſſe. In hoc toto genere plura faciã, quàm ſcribere audeo. Cetera, quæ tibi à multis prompta eſſe certò ſcio, à me ſunt paratiſſima. nihil in re familiari mea eſt, quod ego *g* malim meum eſſe, quàm tuum. Hac de re, & de hoc genere toto, hoc ſcribo parciùs, quòd te, id quod ipſe confido, ſperare malo eſſe vſurum tuis. Extremum illud eſt, vt te horter, & * obſecrem, animo vt maximo ſis: nec ea ſolùm memineris, quæ ab aliis magnis viris accepiſti: ſed illa etiam, quæ ipſe ingenio, ſtudióque *h* peperiſti. quæ ſi colliges: & ſperabis omnia optimè, &, quæ accident, qualiacumque erunt, ſapienter feres. Sed hæc tu meliùs, vel optimè omnium. Ego, quæ pertinere ad te intelligam, ſtudioſiſsime omnia, diligentiſſiméque curabo: tuorúmque triſtiſsimo meo tempore meritorum erga me memoriam conſeruabo. Vale.

b L. quoſcũque viros.

c q. v. c. primò quod omiſ. al. quod priùs om.

d q. v. c. cõplectar.

e al. inſinuabor.

f L. peruenire p.

g o. v. c. meum malim eſſe q.

*alij orem.

h al. reperiſti.

ARGVMENTVM.

Duabus epiſtolis Planci reſpondet: negat ſe priſtinam dignitatem retinere apud Cæſarem: De nuptiis cum Publia contractis dimiſſa Terentia reſcribit, exſulantem conſolatur, operam pollicetur, literas petit. Iiſdem conſulibus.

M. T.

M. T. C. S. D. CN. PLANCIO. 14

BINAS à te accepi literas, Corcyræ datas: quarum alteris mihi gratulabare, quòd audiſſes, me meam priſtinam dignitatem obtinere: alteris dicebas te velle, quæ egiſſem, *i* bene, ac feliciter euenire. Ego autem, ſi dignitas eſt bene de rep. ſentire, & bonis viris probare quod ſentias: obtineo dignitatem meam. ſin autem in eo dignitas eſt, quod ſentias, aut re efficere, ſi poſſis, aut denique libera oratione defendere, ne veſtigium quidem *k* vllum eſt reliquum nobis dignitatis: agiturque præclarè, ſi noſmetipſos regere *l* poſſimus, vt ea, quæ partim iam adſunt, partim impendent, moderatè feramus: quod eſt difficile in eiuſmodi bello, cuius exitus ex altera parte cædem r oſtentat, ex altera ſeruitutem. Quo in periculo nonnihil me conſolatur, cùm recordor, *m* hæc me tum vidiſſe, cùm ſecundas etiam res noſtras, non modò aduerſas pertimeſcebam: videbámque, quanto periculo de iure publico diſceptaretur armis. Quibus, *n* ſi ij viciſſent ad quos ego pacis ſpe, non belli cupiditate adductus acceſſeram. *o* intelligebam tamen, & iratorum hominum, & cupidorum, & inſolentium, * quàm crudelis eſſet futura victoria: ſin autem victi eſſent, quãtus interitus eſſet futurus ciuium, partim ampliſſimorum, partim etiam optimorum: qui me hæc *p* prædicentem, atque optimè conſulentem ſaluti ſuæ, malebant nimium timidum, quàm ſatis prudentem exiſtimari. Quòd autem mihi de eo, quod egerim, gratularis: te ita velle *q* certò ſcio: *r* ſed ego tam miſero tempore nihil noui conſilij cepiſſem, niſi in reditu meo nihilo meliores res domeſticas, quàm remp. offendiſſem. * Quibus enim, pro meis immortalibus beneficiis, cariſſima mea ſalus, & * meæ fortunæ eſſe debebant: cùm propter eorum ſcelus nihil mihi intra meos parietes tutum, nihil inſidiis vacuum viderem, nouarum me neceſſitudinum fidelitate contra veterum perfidiam, muniendum putaui.

i q.v.c. benè, & felic.

k q.v.c. eſt vllum rel.

l q.v.c. poſſumus.

m al. hoc me tum.

n al. ſi viciſſent ij, ad q.

o o.v.c. tamen intelligebam, & ir.

* vide ſuprà ep. 9. & li. 9. ep. 6.

p al. præuidentem.

q q.v.c. certè.

r q.v.c. ꝗ ego t.

* Q. fratrem eius filium notat. vide 11. Att. ep. 5. & 8.

* Vxorem intelligit. vide Plutarc. in Cicer.

putaui. Sed de noſtris rebus ſatis, vel etiam nimiũ multa. De tuis velim, vt eo ſis animo, quo debes eſſe. id eſt, vt ne quid tibi præcipuè timendum putes. Si enim ſtatus erit aliquis ciuitatis: quicumque erit, te omniũ periculorum video expertē fore. Nam alteros tibi iam placatos eſſe intelligo, alteros numquam iratos fuiſſe. De mea autem in te voluntate ſic velim iudices, me quibuſcumque rebus opus eſſe intelligam: quamquam videam, qui ſim hoc tempore, & quid poſſim: opera tamen, & conſilio, ſtudio quidē certè, rei, famæ, ſaluti tuæ præſtò futurum. Tu velim, & quid agas, & quid acturum te putes, facias me quàm diligentiſſimè certiorem. Vale.

ARGVMENTVM.

Hortatur vt communem fortunam fortiter ferat. Petit vt veterem beneuolentiam conſeruet, & quod petit, de ſe ipſo pollicetur. Eodem anno.

M. T. C. S. D. CN. PLANCIO. 15

ACCEPI *s* perbreueis tuas literas, *t* quib. id quod ſcire cupiebam, cognoſcere non potui: cognoui autem id, quod mihi dubium non fuit. nam quàm fortiter ferres communeis miſerias, non intellexi: quàm me amares, facilè perſpexi, ſed hoc ſciebam. illud ſi ſciſſem, ad id meas literas *v* accõmodaſſem. Sed * tamen etſi antea ſcripſi, *x* quæ exiſtimaui te ſcire oportere: tamen hoc tempore breuiter commonendum putaui, *y* ne quo periculo te proprio exiſtimares eſſe: in magno omnes, ſed tamen in commũni ſumus. Quare non debes aut propriam fortunam, & præcipuam poſtulare, aut communem recuſare. Quapropter eo animo ſimus inter nos, quo ſemper fuimus Quod de te ſperare, de me præſtare poſſum. Vale.

s al. breueis.
t L. è quibus id.
v q. v. c. accommodauiſſem.
* al. tamen etſi vt. 5. Att. 17. de petiti. Conſul. & 3. de Orat.
x L. quæ exiſtimaui tibi ſcribi oport.
y L. ne quo in periculo, &c.

M. TVL.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOL. AD FAMILIAREIS liber quintus, ad Q. Metellum, & alios.

ARGVMENTVM.

Conqueritur Metellus Celer qui Prætor ſuperiori anno fuerat Cicerone Conſule, & in Galliam ex Prætura pro Conſule ierat, fratrem Metellum Nepotem à Cicerone oppugnatum. D. Iu. Silano, M. Licinio Murena Conſulib. anno vrbis 688.

Q. METELLVS, Q. F. * CELER PROCOS. S. D. M. T. CICERONI. 1

SIVALES, bene eſt. Exiſtimaram pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, *a* neque me abſẽtem ludibrio læſum iri, nec Metellum fratrem ob dictum capite, ac fortunis per te oppugnatum iri. quem ſi parum pudor ipſius defendebat: vel familiæ *b* debebat * noſtræ dignitas, vel meum ſtudium erga vos, remque publicam, ſatis ſubleuare. Nunc video illum circumuentum: me deſertum à quibus minime conueniebat. Itaque in luctu, & ſqualore ſum, qui prouinciæ, qui exercitui præſum, qui bellum gero. quæ quoniam nec ratione, nec maiorum noſtrorum clementia *c* adminiſtraſtis, non erit mirandum, ſi vos pœnitebit. Te * tam mobili in me, meóſque eſſe animo non ſperabam. Me interea nec domeſticus dolor, nec cuiuſquam iniuria à repub. abducet. Vale.

* Celer Metellorũ cognomen ab eo qui gladiatorum munus celerrimè dedit. vide Plutar. in Coriolano.
a v. c. nec me abſ.
b q. v. c. debebat tamẽ vel fam.
* quæ intra XII. annos vel triumphãtes, vel conſules, vel prætores habuit, teſte Velleio. 2. c al. adminiſtratis.
* al. etiam.

ARGVMENTVM.

Reſpondet epiſtolæ ſuperiori Metelli, & primum ſua in eum

in eum officia commemorando, ſe amicitiæ feciſſe ſatis: neque Metellum his officijs mutuò reſpondiſſe oſtendit. Oppugnatum à ſe Nepotem pernegat, ſed oppugnanti ſe reſtitiſſe, denique eius dolorem excuſat & laudat.

M. T. M. F. C. Q. METELLO Q. F. CELERI *d* PROCONSVLI, S. D. 2

SI TV, exercitúſque valetis bene eſt. Scribis ad me, te exiſtimaſſe, pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, numquam te à me ludibrio læſum iri. Quod cuiuſmodi ſit, ſatis intelligere non poſſum: ſed tamen ſuſpicor, ad te eſſe allatum, me, in ſenatu, cùm diſputarem, permultos eſſe, qui rempu. à me conſeruatam dolerent, dixiſſe: à te propinquos tuos, quibus negare non potuiſſes, impetraſſe, vt ea, quæ ſtatuiſſes tibi in ſenatu de mea laude eſſe dicenda, reticeres. Quod cùm dicerem, illud adiunxi: mihi tecum ita diſpertitum officium fuiſſe in reipu. ſalute retinenda, vt ego vrbem à domeſticis inſidiis, & ab inteſtino ſcelere: tu Italiam & ab armatis hoſtibus, & ab occulta coniuratione defenderes, atque hanc noſtram tanti, & tam præclari muneris ſocietatem, à tuis propinquis labefactatã: qui, cum tu à me rebus ampliſſimis, atque honorificentiſſimis ornatus eſſes, timuiſſent, nequa mihi pars abs te volũtatis mutuæ tribueretur Hoc in ſermone, cũ à me exponeretur, quę mea exſpectatio fuiſſet orationis tuæ, quantóque in *e* errore verſatus eſſem: viſa eſt oratio non iniucunda: & mediocris *f* quidam eſt riſus conſecutus, non in te, ſed magis in *g* errorẽ meum, & quòd me *h* ab te cupiſſe laudari, apertè, atque ingenuè confitebar. Iam hoc non poteſt in te non honorificè eſſe dictum, me in clariſſimis meis, atque ampliſſimis rebus, tamen aliquod teſtimonium tuæ vocis habere voluiſſe. Quòd autem ita ſcribis, PRO MVTVO INTER NOS ANIMO: quid tu exiſtimes eſſe in amicitia mutuum, neſcio. equidem hoc arbitror, cùm par volun

d al. pro conſule.

e L. mœrore verſ.

f al. quidem r.

g L. mœrorem m.

h v.c. abs te cup. & ita L.

voluntas accipitur, & redditur. Ego, ſi hoc dicam, me tua cauſa prætermiſiſſe prouinciam: tibi ipſe leuior videar eſſe. meæ enim rationes ita tulerũt: atque eius mei conſilij maiorem in dies ſingulos fructum, voluptatémque capio. Illud dico, me, vt, primùm in concione prouinciam depoſuerim, ſtatim, quemadmodum eam tibi traderem, cogitare cœpiſse. Nihil dico i de ſortitione * veſtra: tãtùm i te ſuſpicari volo, nihil in ea re per collegam * meum, me inſciente, eſſe factum. Recordare cetera: quàm citò ſenatum illo die, facta ſortitione, coëgerim: quàm multa de te verba fecerim, cùm tu ipſe mihi dixiſti, orationem meam nõ ſolùm in te honorificam, ſed etiam in collegas tuos contumelioſam fuiſſe. Iam illud S. C. quod eo die factum eſt, k ea perſcriptione eſt, vt, dum id exſtabit, officium meum in te obſcurum eſſe non poſſit. Poſteà verò, quàm profectus es, velim recordere, quæ ego de te in ſenatu egerim: quæ in concionibus dixerim, quas ad te literas miſerim. Quæ cùm omnia collegeris: l tu ipſe velim iudices, ſatiſne videatur his omnibus rebus tuus aduentus, cùm proximè Romam veniſti, mutuò reſpondiſſe. Quòd ſcribis de reconciliata m noſtra gratia: non intelligo, cur reconciliatam eſſe dicas, quæ numquã n immutata eſt. Quòd ſcribis, non oportuiſſe Metellum fratrem tuum ob dictum à me oppugnari: primùm, o hoc velim exiſtimes, animum mihi iſtum tuum vehementer probari, & fraternam plenam humanitatis ac pietatis volũtatem: deinde, ſi qua ego in re fratri tuo, reip. cauſa, reſtiterim, peto, vt mihi ignoſcas. tam enim ſum amicus reip. quàm qui maximè. Si verò meam ſalutem contra illius impetum in me crudeliſſimũ defenderim: ſatis habeas, nihil me p etiãnum tecum de tui fratris iniuria conqueri. Quem ego cùm comperiſſem omnem ſui tribunatus conatum in meam perniciem parare, atque meditari: egi cum q Claudia, vxore tua, & cum

* al. noſtra.
i fort. re ſuſpicari nolo, aliquid in ea re.
* Antoniũ.
k v.c. ea præſcriptione eſt.
l fort. tum ipſe velim iud.
m al. gratia noſtra.
n L. imminuta eſt.
o v.c. velim hoc exiſt. & ita Lam.
p q.v.c. etiã tecum de tui fr. & ita L.
q al. Clodia
* P. Clodij ſoror impudica mulier. de qua Cicero pro Cœlio, & 2. ad Att. ep. 2. Plut. Quadrantiã vocatam ſcribit.

veſtra ſorore *r* Mucia cuius erga me ſtudium pro Cn. Pompeij neceſſitudine, multis in rebus perſpexeram: vt eum ab illa iniuria *s* deterrerent. * † Atque ille 3 quod te audiſſe * credo, pridie Kal. Ianu. 4. qua iniuria nemo vnquam *t* in aliquo magiſtratu improbiſſimus ciuis affectus eſt, ea me conſulem affecit, cùm tempus conſeruaſſem: atque abeuntem magiſtratu concionis habẽdæ poteſtate priuauit: cuius iniuria mihi tamen honori ſummo fuit. * Nam cùm ille mihi nihil, niſi vt iurarem permitteret: magna voce iuraui veriſſimum, pulcherrimúmque iuſiurandum: quod populus *u* idem magna voce me verè iuraſſe, iurauit. Hac accepta tam inſigni iniuria, tamen illo ipſo die miſi ad Metellum communeis amicos, qui agerent cum eo, *x* vt ab illa mente deſiſteret. quibus ille reſpondit, ſibi non eſſe integrum, etenim paulò antè *y* in concione dixerat, ei qui in alios animaduertiſſet indicta cauſa, dicẽdi ipſi poteſtatem fieri non oportere. Hominem grauem, & ciuem *z* egregium: qui qua pœna ſenatus, conſenſu bonorum omnium eos affecerat, qui vrbem incendere magiſtratus, ac ſenatum trucidare, bellum maximũ conflare voluiſſent, eadem dignum iudicaret eum, qui curiam cæde, vrbem incendiis, Italiam bello liberaſſet. Itaque ego Metello, fratri tuo, præſenti * reſtiti. Nam in ſenatu Kal. Ian. ſic cum eo de rep. diſputaui, vt ſentiret, ſibi cum viro forti, & conſtanti eſſe pugnandum. *a* Ad tertium Non. Ianu. cùm agere cœpiſſet, tertio quoque verbo orationis ſuæ me appellabat, mihi minabatur: neque illi quidquam deliberatius fuit, quàm me: quacunq; ratione poſſet, non iudicio, *b* neque diſceptatione, 5 ſed vi, atque *c* impreſſione euertere. Huius ego temeritati ſi virtute, atque animo non reſtitiſſem: quis eſſet, *d* qui me in conſulatu, non caſu potiùs exiſtimaret quã conſilio fortem fuiſſe: Hæc ſi Metellum cogitare de me neſciſti, debes exiſtimare, te maximis de rebus

r al. Mutia.
s L. detraherent.
* At ille.
* al. certè ſcio.
t L. in mini mo m.
* al. in anuo. al. in animo. Victor in ami. al. in imo. vide Victorium.
* Vide pro Domo ſua, & in Piſonẽ Plutarch. in Cicerone. Dion. 37.
v L. item,
x v. c. vt de illa mente.
y v. c. vt dixerat in cõcione.
z εἰρωνεία.
* vide Gell. lib. 7.
a L. A. d. II. Nonas Ian.
b. v. c. nec diſcept.
c. al. oppreſſione.
d v. c. qui in conſulatu me non caſu.

à fratre eſſe celatum, * ſin aliquid impertiuit tibi ſui conſilij: lenis à te & facilis exiſtimari debeo qui nihil tecum de his ipſis rebus expoſtulē. Et, ſi intelligis, non me dicto Metelli, vt ſcribis, ſed conſilio eius, animóq; in me inimiciſſimo eſſe commotum: cognoſce nunc humanitatem meā * ſi humanitas *e* appellanda eſt in acerbiſſima iniuria remiſſio animi, ac diſſolutio. *f* Nulla eſt à me vnquam ſententia dicta in fratrē tuum, quotieſcunque aliquid eſt actum, ſedens iis aſſenſi, qui mihi leniſſimè ſentire viſi ſunt. Addam illud etiam, quod iam ego curare non debui, ſed tamen fieri non moleſtè tuli: atque etiam, vt ita fieret, pro mea parte adiuui, vt S. C. meus inimicus, quia *g* tuus frater erat, ſubleuaretur. * Quare *non ego oppugnaui* fratrem tuum, ſed fratri tuo repugnaui, nec in te, vt ſcribis,* *animo fui mobili*: ſed ita ſtabili, vt in mea erga te voluntate, etiam deſertus ab officiis tuis, permanerem. Atque hoc ipſo tempore tibi penè minitanti nobis per literas hoc reſcribo, atque reſpondeo: Ego dolori tuo nō ſolùm ignoſco, ſed ſummam etiam laudem tribuo. meus enim me ſenſus, quanta vis fraterni ſit amoris, admonet. A te peto, vt tu quoque æquū te iudicem dolori meo præbeas: ſi acerbè, ſi crudeliter, ſi ſine cauſa ſum à tuis oppugnatus, vt ſtatuas mihi non modo non cedendum, ſed etiam tuo *h* atque exercitus tui auxilio, in eiuſmodi cauſa, vtendum fuiſſe. Ego te mihi ſemper amicū eſſe volui: me vt tibi *i* amiciſſimū eſſe intelligeres, laboraui. maneo in voluntate, & quoad voles tu, permanebo: citiúſque amore tui fratrem tuum odiſſe deſinā, quàm illius odio quidquam de noſtra *k* beneuolentia *l* detrahatur. Vale.

* l. Sin autem.
* v. Gell. l. 13. c. 15.
e v. c. appellāda eſt.
f v. c. Nulla eſt à me.
g q. v. c. frater tuus eſt.
* Vide Suetonium.
* Vide Victorium.
h q. v. c. tuiſque exercitus aux.
i q. v. c. amiciſsimum eſſe.
k v. c. beniuolentia d.
l q. v. c. detraham.

ARGVMENTVM.

A ſe fratrem ſuum obtrectantē Ciceroni deſpici: Ciceronem autem, qui ſuam in eum beneuolentiā declaret, fratris loco diligi ſcribit. De ſuis rebus ſe ad Lollium ſcripſiſſe ait. Autoris conſeruationē in extre-

extremo petit Ex Hiſpania miſſa eſſe conſtat, quibus Conſul.incertū:treceñio enim Hiſpaniæ præfuit.

Q. METELLVS. NEPS. D. M. T. C. 3

HOMINIS importuniſſimi contumeliæ, quibus crebris concionibus me onerat, tuis erga me officiis leniuntur:&, vt ſunt leues eiuſmodi * homines,à me deſpiciuntur: libentérque cōmuta a perſona, te mihi fratris loco eſſe duco:de illo ne meminiſſe quidem volo: tametſi bis eum inuitum ſeruaui. *m* de me, meiſque rebus,ne vobis multitudine literarum moleſtior eſſem, *n* ad Lollium perſcripſi:de rationibus etiam * prouinciæ quid vellem fieri, vt is vos doceret, & commonefaceret.Si poteris,velim priſtinam tuam erga me voluntatem conſerues. Vale.

*al hominis.al.ab eiuſmodi homine.
m o.v.c.De meis rebus. & ita Lāb.
n al.ad Lælium.
* Hiſpaniæ cui præfuit Nepos. Appian.2. ciui. Plutar. in Cæſar.Diō. 34.

ARGVMENTVM.

Exul auxilium implorat. P. Lentulo, & Q. Metello Nepote Conſulib. Anno vrbis, 693.

M. C. S. D. Q. METELLO NEPOTI COSS. 4

LITERAE Q. fratris,& T. Pomponij, neceſſarij mei,tantum mihi ſpei dederant, vt in te non minus auxilij,quàm in tuo collega mihi conſtitutum fuerit. *o* Itaque ad te literas ſtatim miſi:per quas,vt fortuna poſtulabat,& gratias tibi egi,& de reliquo tempore auxilium petij. Poſtea mihi non tam meorum litteræ,quàm ſermones eorum, qui hac iter faciebant, animum tuum immutatū ſignificabant,quæ res fecit,vt tibi literis obſtrepere non auderem.Nunc mihi Q. frater meus mitiſſimā tuā orationē,quā in ſenatu habuiſſes,perſcripſit: 1 qua*inductus ad te ſcribere *p* ſum conatus,& abs te,quantū tua fert volūtas,peto,quæſoq; *q* vt tu me cōſerues potiùs quā propter *r* arrogantiā & crudelitatē tuorū me oppugnes. * Tu tuas inimicitias vt reipublicæ donares,te vicisti:

o q.v.c.Itaque literas ſtatim.
* alij quę ve ad te ſcribere rem ſum in ductus.
p l.ſum conatus,& ita duo v.c.
q al.vt tuos mecum ſerues potiùs quàm.
r l.arrogantē crud.
*Vide Pedianum in Corneliana.

alienas vt contrà rempub. confirmes, adduceris? Quòd ſi mihi tua clementia opem tuleris: omnibus in rebus me fore in tua poteſtate tibi confirmo. ſin mihi neque magiſtratum, neque ſenatum, neque populum auxiliari, propter eam vim, quæ me cum rep. vicit, licuerit: vide, necùm velis reuocare tempus omnium * ſeruandorum, cùm, qui ſeruetur non erit, non poſſis. Vale.

* L. conſeruandorũ al. reſeruando rum.

Argvmentvm.

Ingratitudinem aſpergit Antonio: operam pollicetur: in extremo Atticum commendat. Eſt autem hic Antonius qui collega Ciceronis fuit in Conſulatu, filius M. Antonij oratoris, patruus M. Antonij qui rempu. oppreſſit, Macedoniam hoc tempore proconſule adminiſtrabat Silano & Murena Conſulibus, Anno V. 688.

M. C. S. D. C. ANTONIO, M. F. IMPERATORI. 5

Etsi ſtatueram nullas ad te literas mittere, niſi commendatitias, *s* non quòd eas intelligerem ſatis apud te valere: ſed ne iis, qui me rogarent, aliquid de noſtra coniunctione imminutum eſſe oſtenderem, tamen, cùm te Pomponius, homo omnium meorum in te ſtudiorum & officiorum maximè conſcius, tui cupidus, noſtri amantiſſimus, ad te proficiſceretùr, aliquid mihi ſcribendum putaui: præſertim cùm aliter ipſi Pōponio ſatisfacere non poſſem. Ego ſi abs te ſumma officia deſiderem, mirum nemini videri *t* debet. omnia enim à me in te profecta ſunt, quæ ad tuum commodum, quæ ad honorem, quæ ad dignitatem pertinerent. Pro iis rebus nullã mihi *u* abs te relatam eſſe gratiam, tu es optimus teſtis. Contrà etiã eſſe aliquid abs te profectum, ex multis audiui. nam comperiſſe me non audeo dicere, ne forte idipſum verbum ponã, *x* quod abs te aiunt falsò in me ſolere * conferri. Sed ea, quæ ad me delata ſunt, malo te ex Pomponio, cui non minùs moleſta fuerũt, quã ex meis literis, cognoſcere.

s V. c. non quò.

t L. debeat, & ita v. c.

u al. à te.

x L. quod aiunt falsò à me ſolere proferri.

* al conſite ri. al. profer ri. al. [illegible]

ſcere. Meus in te animus, quàm ſingulari officio fuerit,& ſenatus, & populus R. teſtis eſt. Tu quã gratus erga me fueris,ipſe exiſtimare potes. quãtum mihi debeas,ceteri exiſtiment, ego quæ tua cauſa antea feci, voluntate ſum adductus, poſteáque conſtantia. Sed reliqua,mihi crede, multò maius *y* meum ſtudium,maiorémque grauitatem,& laborem deſiderant. Quæ ego ſi non profundere,ac perdere videbor: omnibus meis viribus ſuſtinebo. *z* ſin ingrata eſſe ſentiam : non committam,vt tibi ipſe inſanire videar. Ea quæ ſint,& cuiuſmodi poteris ex Pomponio cognoſcere, atque ipſum tibi Pomponium commendo, vt quamquam ipſius cauſa confido te facturum eſſe omnia: tamen abs te hoc petam, vt ſi quid *a* reſidet in te amoris erga me,id omne in Pomponij negotio oſtendas. *b* Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

y v.c.ſtudiũ meum.

z v.c.ſi autem ingr. & ita L.

a v. c. in te reſidet am. & ita L.

b L.Hoc mihi nihil gratius facere p.

ARGVMENTVM.

Exponit ſuam diligentiam in eo adhibitam, ne Sextio Quæſtori C. Antonij Procõſulis in Macedonia ſuccederetur. De domo à ſe empta non ſine ioco ſcribit. De ædibus Sextij De C. Antonio à ſe in ſenatu defenſo. M. Meſſala, M. Piſone Coss. *Anno ab vrbe condita 701.*

M. C. S. D. P. SEXTIO, L. F. *c* PROQVAESTORI. 2

CVM ad me Decius, *d* libertus tuus, veniſſet,egiſſétque mecum,vt operam darem, ne tibi hoc tempore ſuccederetur : quamquam illũ hominem frugi, & tibi amicum exiſtimabam, tamen quòd memoria tenebam, cuiuſmodi ad me literas antea miſiſſes,nõ ſatis credidi homini prudenti,tam valde eſſe mutatam voluntatẽ tuã,ſed poſteà,quàm & Cornelia tua Terentiam conuenit,& ego cum Q. Cornelio locutus ſum:adhibui diligentiam,quotieſcunque ſenatus fuit, vt adeſſem:plurimúmque in eo negotij habui,vt Q. *e* Fufiũ tribunũ plebis, & ceteros, ad quos *f* tu ſcri-

c al. proquæſtore.

d L. librarius tuus.

e L.Fuſium

f o.v.c. potius mihi cr.

 pſeras

g L. Domũ millibus nummum xxxv. alij e- mi e á ipsá domum tri cies quin- quies 115. a- liq. ita Bu- dæus l. 3. de aſſe. cuius iudiciũ ma- gni facit P. Victorius.

* ioco Cati linæ coniu- rationẽ no- tat.

h Lamb. Ho mini ſemiſ- ſis magna c. alij omninò ſemiſsimus. al. omni ſe miſsibus.

i L. vt bonũ nomen ade ptus exiſt.

pſeras, cogerem f mihi potius credere quàm tuis literis. Omnino res tota in menſem Ianuariũ reiecta erat: ſed facilè obtinebatur. Ego tua gratulatione cõmotus. quòd ad me pridem ſcripſeras, velle te bene euenire, quòd de Craſſo domum emiſſem: g emi eam ipſam domum xxxv. aliquantò poſt tuam gratulationem. * Itáque nunc me ſcito tantum habere æris alieni, vt cupiam cõiurare, ſi quis me recipiat. ſed partim odio inducti, me excludunt, & apertè vindicem coniurationis oderunt: partim non credunt, & à me inſidias metuunt: nec putant ei nummos deeſſe poſſe, qui ex obſidione fœneratores exemerit. h Omnino ſemiſſibus magna copia eſt. ego autem meis rebus gestis hoc ſum aſſecutus, vt bonum nomen existimer. Domum tuam, atque ædificationem omnem perſpexi, & vehementèr probaui. Antoniũ, etſi eius in me officia omnes deſiderant, tamen in ſenatu grauiſſimè, ac diligentiſſimè defendi, ſenatúmque vehementer oratione mea, atque auctoritate commoui. Tu ad me velim literas crebriùs mittas. Vale.

ARGVMENTVM

Gratulatur Pompeio de Mithridate victo, quod de cõiuratione Catilinæ extincta ſibi frigidè gratulatus eſſet, queritur. Hanc Silano & Murena Coss. antè omnes quæ hoc volumine continentur, ſcriptam eſſe notat Manutius.

M. T. M. F. CICERO, S. D. CN. POMPEIO CN. F. MAGNO IMPERATORI. 7

k L. S. T. E. Q. V. B. E. E. V. Ex lit.

* M. Craſsũ & L. Lucullum.

k SI tu, exercitúſque valetis, bene eſt. Ex literis tuis, quas publicè miſiſti, cepi vna cũ omnibus incredibilem voluptatẽ. tantam enim ſpẽ otij oſtendiſti, quantã ego ſemper omnibus, te vno fretus, pollicebar. Sed hoc ſcito, tuos * veteres hoſteis, nouos amicos vehementer literis perculſos, atq; ex magna ſpe deturbatos, iacere: ad me autẽ literas, quas miſiſti, quamquã exiguã ſignificationem tuæ erga me volũtatis habebant, tamen mihi

hi ſcito iucundas fuiſſe, nulla enim re tam lætari ſoleo,quam meorum officiorum conſcientia:quibus ſi quando *l* non mutuò reſpondetur,apud me plus officij reſidere facillimè patior.Illud non dubito,quin ſi te mea ſumma erga te ſtudia parum mihi adiunxerunt,reſp. nos inter nos conciliatura,coniunctaráque ſit. Ac , ne ignores, quid ego in tuis literis deſiderarim,ſcribam apertè , ſicut & mea natura,& noſtra amicitia poſtulat.Res eas geſſi,quarum aliquam in tuis literis,& noſtræ neceſsitudinis, & reip. cauſa gratulationem exſpectaui:quã ego abs te prætermiſſam eſſe arbitror, quòd verebare,ne cuius* animum offenderes.Sed ſcito,ea,quæ nos pro ſalute patriæ geſsimus,orbis * terræ iudicio,ac teſtimonio comprobari. Quæ, cùm veneris,tanto conſilio , tantáque animi magnitudine à me geſta eſſe cognoſces,vt tibi multò maiori,quam Africanus fuit,me non multò minorem,quàm Lælius, *m* facilè tibi & in rep. & in amicitia adiunctum eſſe patiare. Vale.

l q.v.c. mutuò non reſpond.

* Craſsi vel Cæſaris.

* id eſt, ſenatu.

m L. facilè & in rep. & in amicitia, &c.& ita v.c.

ARGVMENTVM.

Ad M. Licinium Craſſum,eius P. Craſsi filium , qui ſeipſum,cũ in manus inciderit inimicorũ interemit, in Syriam prouinciam ſcribit Cicero,quàm ſtudioſè dignitatem eius in ſenatu defenderit. Superiorum temporum excuſat ſimultatem, officium ſuum poſt gratiæ reconſiliationem pollicetur. Quidam etiam de ſuo in P. Craſſum filium eius amore,eiuſq; in ſe obſeruantiã interponit. Scripta L. Domitio Ahenobarbo, Ap. Claudio pulchro Coss. Anno vrb. 696.

M. T. C. M. LICINIO P. F. * CRASSO, S. D. 8

QVANTVM meum ſtudium exstiterit dignitatis tuæ vel tuendæ, vel etiam augendæ, non dubito , quin ad te omnes tui *n* perſcripſerint. Non enim fuit aut mediocre , aut obſcurum,aut eiuſmodi,quod ſilentio poſſet præteriri. Nã & cum conſulibus, & cum multis conſularibus , tanta contentione decertaui , quanta num-

* de hoc Craſſo vide orationem pro Sextio & pro Scauro.Plutarc. & Dionem.

n v. c. ſcripſerint.

numquam antea vlla in cauſa ſuſcepitque mihi perpetuum propugnationem pro omnibus ornamentis tuis: veteriq́ue noſtræ neceſſitudini iamdiu debitum, ſed multa varietate temporum interruptum officium, cumulatè reddidi. Neque mehercule vnquam mihi tui aut colendi aut ornandi voluntas defuit: ſed quędã peſtes hominũ, laude aliena dolentium, & te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi. Sed extitit tempus optatum mihi magis, quàm ſperatum, *o* vt florentiſſimis tuis rebus, mea perſpici poſſet & memoria noſtræ voluntatis, & amicitiæ fides. Sum enim conſecutus non modò vt domus tua tota, ſed vt cuncta ciuitas me tibi amiciſſimum eſſe cognoſceret. Itáque & præſtantiſſima omnium fœminarum, vxor * tua & eximia pietate, virtute gratia, tui Craſſi: meis cõſiliis, monitis, ſtudiis, actionibúſque nituntur: & ſenatus populúſque R. intelligit, tibi abſenti nihil eſſe tã promptum, aut tam paratum, quã in omnibus rebus, quæ ad te pertineant, operam, curã, diligentiã, auctoritatem meã. Quæ ſint acta quæque agantur, domeſticorũ tibi literis declarari puto. de me ſic exiſtimes, ac tibi perſuadeas, vehementer velim, nõ me repentina aliqua voluntate, aut fortuitò ad tuã amplitudinẽ meis officiis amplectendam incidiſſe: ſed vt primùm forũ attigerim, ſpectaſſe ſẽper, vt tibi poſſem quàm maximè eſſe coniunctus. Quo quidẽ ex tẽpore, memoria teneo *p* neq; meã tibi obſeruantiã, neq; mihi tuã ſummã *q* beneuolentiã, ac liberalitatẽ defuiſſe. Si qua interciderũt non tã re, quã ſuſpicione *r* violata: ea cùm fuerint & falsa & inania, ſint euulſa ex omni memoria, vitáq; noſtra. Is enim tu vir es, & eũ me eſſe cupio vt quoniam in eadẽ reip. tẽpora incidimus, cõiunctionẽ, amicitiámque noſtram vtrique noſtrûm laudi ſperẽ fore. Quamobrem tu quantum tuo indicio *s* tribuẽdum nobis eſſe putes, ſtatues ipſe. &, vt ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate. Ego verò

o q.v.c. vt in florentiſſimis tuis rebus.

* Tertullæ nomen fuiſſe & à Cæſare ſtupratã tradit Suet.

p al. neque tibi meam obſer.

q v.c. beniuolentiam.

r L. violẽta.

s q.v.c. tribuendũ nobis putes.

rò tibi profiteor atque polliceor eximium,& ſingulare meum ſtudiũ in omni genere officij, quod ad honeſtatem,& gloriam tuam ſpectet. in quo,etiam ſi multi mecum *t* contendent,tamẽ cum reliquis omnibus,tum Craſſis * tuis iudicibus, omneis facilè ſuperabo: quos quidem ego ambos vnicè diligo: ſed in Marco beniuolentia *u* impari. hoc magis ſum * Publio deditus,quod me quamquam à pueritia ſua ſemper,tamen hoc tempore maximè ſicut alterum parentem & obſeruat, & diligit. Has literas velim exiſtimes fœderis habituras eſſe vim, non epiſtolæ, méque ea quæ tibi promitto ac recipio,ſanctiſſimè eſſe obſeruaturũ, diligentiſſiméque eſſe facturum. Quæ à me ſuſcepta defenſio eſt te abſente, dignitatis tuæ, in ea iam ego non ſolum amicitiæ noſtræ, ſed etiam conſtantiæ meæ cauſa permanebo. Quamobrem ſatis eſſe hoc tempore arbitratus ſum, hoc ad te ſcribere: me,ſi quid ipſe intelligerem aut ad volũtatem,aut ad commodum, aut ad amplitudinem tuam pertinere,mea ſponte id eſſe facturum: ſin quippiam aut à te eſſem admonitus,aut à tuis eſſecturum,vt intelligeres, nihil neque te ſcripſiſſe,neque quẽquam tuorum ad me fruſtra detuliſſe. Quamobrem velim ita & ipſe ad me ſcribas de omnibus minimis,maximis,mediocribúſq; rebus,vt ad hominem amiciſſimum: & tuis præcipias, vt opera,conſilio,auctoritate, gratia mea ſic vtantur in omnibus publicis,priuatis, forenſibus, domeſticis,tuis,amicorum hoſpitum,clientũ tuorũ negotiis,vt, quoad eius fieri poſſit, præſentiæ tuæ deſiderium meo labore muniatur. Vale.

t q.v.c. contenderent, &c.fort. cõtenderint. * M.& Publius M.Licinij filij. v al.pari. * Vide 2. ad Q.fr.ep. 8. x v. cũ ſanctiſsimè obſeruaturũ, diligẽtiſsiméque eſſe fact. v q. v.c.cliẽtium.

ARGVMENTVM.

P.Vatinius qui tribunatum plebis Cæſare conſule geſſerat, poſt Conſulatum in Illyricum à Cæſare Dictatore miſſus petit ſe abſentem à Cicerone defendi. De literis à ſe ad ſenatum miſsis. De Dionyſio quẽ hîc anagnoſtem) Ciceronis ſeruo fugitiuo ſcribit,petitque à Cicerone amari. Scripta Cæſare IV.Con-

ſule ſine collega. Anno vrbis. 705.

P. ✱ VATINIVS IMP. M. CICERONI SVO, S. D. 9

z SIuales, bene eſt: ego va'eo. Si tuam conſuetudinem in patrociniis tuendis ſeruas. P. Vatinius cliens *a* ad te venit, *b* qui pro ſe cauſam dicier vult. Non. puto repudiabis in honore, quẽ in periculo recepiſti. Ego autem quem potiùs adoptem, aut inuocem, quàm illum quo defendente, ✱ vincere didici? An verear, ne, qui potentiſſimorum hominum cõſpirationem neglexerit pro mea ſalute, is pro honore meo, puſillorum *c* ac maleuolorum obtrectationes & inuidias non proſternat, atque obterat? Quare, ſi me, ſicut ſoles, amas, ſuſcipe me totum: atque hoc quicquid eſt oneris ac muneris, pro mea dignitate tibi tuendũ ac ſuſtinendum puta. Scis meam fortunam, neſcio quo modo, facilè obtrectatores inuenire, nõ meo quidem, mehercule, merito: ſed quanti id refert, ſi tamen fato neſcio quo accidit? Si quis fortè fuerit, qui noſtræ dignitati obeſſe velit, peto à te, vt tuam conſuetudinem, & ✱ liberalitatẽ in me abſente defendendo mihi præſtes. Literas ad ſenatum *d* noſtris de rebus geſtis, quo exemplo miſeram, infrà tibi perſcripſi. Dicitur mihi tuus ſeruus anagnoſtes fugitiuus *e* cum Vardæis eſſe: de quo tu mihi nihil mãdaſti: ego tamẽ terra marique vt conquireretur præmandaui: & profectò tibi illum reperiam, niſi in Dalmatiam aufugerit: & inde tamen aliquando eruam. Tu nos fac ames. Vale. Ad tertium Idus Quinctileis, ex caſtris, ✱ Narona.

ARGVMENTVM.

Scribit de Dionyſio ſeruo, de Catilio pirata, de Sexto Seruilio, de rebus à ſe in Dalmatia geſtis, quarum cauſa ſupplicationem ſibi decerni poſtulat. Eodem anno poſt Cæſaris in vrbem reditum.

z L.S.V.Sir.
a o.v.c. aduenit.
b v. c. qui pro ſe cauſam dicere vult. & ita I.
* Ambitus enim à Caluo accuſatum defendit Cicero hortatu Cæſaris, aliòq; iudicio publico ab eodem defenſum eſſe tradit. Val. Max. li. 4. c. 21.
c v.c. maliuolorum.
* alij libertatem ſola nixi coniectura.
d v.c. de rebus noſtris geſtis.
e L. cũ Vardacis eſſe, vide Plin. l. 3. c. 22. qui & Quinct. Straboni librũ 7. ἀρδαῖοι.
f L. Ad III. idus.
* Strab. li. 7. Νάρων ποταμός.

P. VATINIVS CICERONI SVO, S. D. 10

g SI vales, bene eſt: ego quidem valeo. De Dionyſio tuo adhuc nihil extrico: & eo minùs quòd me frigus Dalmaticum, quod illinc eiecit, etiam hîc refrigerauit. *h* Sed tamen non deſiſtã, quin illũ aliquando eruã. Sed tamen omnia mihi dura imperas. † De * Catilio neſcio quid ad me ſcripſiſti deprecationis diligentiſſimæ. Apage te cum noſtro Sexto Seruilio. nam mehercule ego illũ quoq; amo. ſed huiuſcemodi vos *i* cliẽteis, huiuſmodi cauſas recipitis? hominem vnum omniũ crudeliſſimum, qui tot ingenuos, matresfamiliàs, *k* ciueis Romanos, occidit, *l* arripuit, diſperdidit, regiones vaſtauit? *m* Simius verò ſemiſſis homo, contra me arma tulit, & eũ bello cepi. Sed tamen, mi Cicero, quid facere poſſum? Omnia, mehercule, cupio, quæ tu mihi imperas. Meam animaduerſionem, & ſuppliciũ, quo vſurus eram in eum, quẽ cepiſſem, remitto tibi, & condono. Quid illis reſpondere poſſum, qui ſua bona direpta, naues expugnatas, fratres, liberos, parenteis occiſos, *n* actione expoſtulant? Si mehercule Appij os haberem, in cuius locum ſuffectus ſum, tamẽ hoc ſuſtinere non poſſem. Quid ergo eſt? Faciã omnia ſedulò, quæ te ſciam velle. Defenditur à Q. Voluſio, tuo diſcipulo: ſi fortè ea res poterit aduerſarios fugare. in eo *o* maximè ſpes eſt. Nos, ſi quid erit iſtic opus, defendes. Cæſar adhuc mihi iniuriã facit: de meis ſupplicationibus, & rebus geſtis Dalmaticis adhuc nõ refert: quaſi verò nõ iuſtiſſimi triumphi in Dalmatia res geſſerim. Nã ſi hoc expectandum ſit, dum totum bellum conficiam: viginti oppida ſunt Dalmatię antiqua, quę ipſi ſibi aſciuerunt, amplius ſexaginta. hæc niſi omnia expugno, ſi mihi ſupplicationes non decernuntur: longè alia conditione ego ſum, ac ceteri imperatores. 2 * Ego poſt ſupplicationes mihi decretas, in Dalmatiam profectus ſum, ſex

g L. s. v. B. E. F. Q. V. De.

h ſic v. c. al. Et tamen.

* Vrſinus C. Atilio legit.

i v. c. clientes.

k v. c. ciuis R.

l L. abripuit, diſperdidit, tot reg. vaſt.

m L. Simul non ſemiſſis homo, Græcis qui contemnũtur πίτηκοι dicuntur. vide Ariſtoph. in Ranis.

n al. actiones. al. actores.

o q. v. maxima: & ita L.

Initiũ eſt epiſtolæ in quibuſdam libris.

ſex oppida vi oppugnando cepi: vnum hoc, quod erat maximum, quater à me iam captum, quatuor enim turreis, & quatuor muros cepi & arcem eorum totam: ex qua me niues, frigora, imbres detruſerunt: indignéque, mi Cicero, oppidum captum, & bellum iam confectum relinquere ſum coactus. Quare te rogo, ſi opus erit, ad Cæſarem meam cauſam agas, méque tibi p in omneis parteis defendendum putes: hoc exiſtimans, neminem te tui amantiorem habere. q Vale. Nonis Decembribus, Narona.

p v.c. in omnis partis. q q.v.c. Valē. Data Nonis, &c.

ARGVMENTVM.

Reſpondens Vatinij literis, quas non habemus, ornat eum grati animi laude, ſua ſtudia pollicetur: rogat de Dionyſio ſeruo, Dalmatis deprecatur. Eodem anno aut qui proximè ſecutus eſt.

M. T. C. P. VATINIO IMPERATORI, S. D. II

GRATA tibi r eſſe officia mea non miror, cognoui enim te gratiſſimum omnium: idq; nunquam deſtiti prædicare, nec enim tu mihi gratiam modò habuiſti, verùm etiam cumulatiſſimè retuliſti. Quamobrem reliquis tuis rebus omnibus, pari me ſtudio erga te, & eadem voluntate cognoſces. Quòd mihi fœminam primariam, Pompeiam, vxorem tuam, commendas: cum Sura noſtro, ſtatim tuis litteris lectis locutus ſum, vt ei meis verbis diceret, vt quidquid opus eſſet, mihi denuntiaret. me omnia, quæ ea vellet, ſummo ſtudio curáque facturū: itaque faciam, eámque ſi opus eſſe videbitur, ipſe conueniam. Tu tamen ei velim ſcribas, vt nullam rem neque tam magnā, neque tam paruam putet, quæ mihi aut difficilis, aut parum me digna videatur. Omnia, quæ in tuis rebus agam, & non laborioſa mihi, & honeſta videbuntur. De Dionyſio, ſi me amas, confice quamcunque ei fidem dederis, præſtabo Si verò improbus fuerit, vt eſt, duces eum captiuum in triumpho. Dalmatis Dij male

r I. mea officia eſſe n. al. mea eſſe officia n.

malè faciant qui tibi moleſti ſunt. Sed, vt ſcribis, breui capientur, & illuſtrabunt res tuas geſtas. ſemper enim habiti ſunt bellicoſi. Vale.

ARGVMENTVM.

Petit à Luceio vt res à ſe in Conſulatu geſtas literis mandet, ſeparato volumine maiore cum laude quã aut hiſtoriæ, aut veritatis leges patiantur, & vt facilius impetret eius gratiam laudationis artificio leuiter aucupatur. Denique ſi non impetret, ipſum de ſe licet inuitum eſſe ſcripturum. Hanc epiſtolam valde bellam eſſe & egregiè ſcriptam, ipſe Cicero 4. ad Att. ep. 6. teſtatur, ex qua etiam Marcellino & Philippo Coſſ. ſcriptam eſſe cõſtat. Vide Manutium ibidem.

M. C. S. D. L. * LVCEIO, Q. FILIO. 12

CORAM me tecum eadẽ hæc agere ſæpe conantem deterruit pudor quidam penè ſubruſticus: quæ nunc *s* expromam abſens audacius: EPISTOLA ENIM NON ERVBESCIT. Ardeo cupiditate incredibili, neque, vt ego arbitror, reprehẽdenda, nomen vt noſtrum ſcriptis illuſtretur & celebretur tuis. quod etſi mihi ſæpe oſtendis te eſſe facturum: tamen ignoſcas velim huic feſtinationi meæ. Genus enim ſcriptorum tuorum, etſi erat ſemper à me vehementer exſpectatum, tamẽ vicit opinionẽ meam, méque ita vel cepit, vel incẽdit, vt cuperẽ quàm celerrimè res noſtras monumentis cõmendari tuis. *t* Non enim me ſolùm cõmemoratio poſteritatis ad ſpem quandam immortalitatis rapit, ſed etiam illa cupiditas, vt vel auctoritate teſtimonij tui, vel indicio *u* beneuolentiæ, vel ſuauitate ingenij viui perfruamur. Neque tamen, hæc cũ ſcribebam, eram neſcius quantis oneribus premerere ſuſceptarum rerum, & iã inſtitutarum: ſed quia videbam, Italici belli & ciuilis hiſtoriam iam *x* penè à te eſſe perfectam, dixeras autem mihi te reliquas res ordiri: deeſſe mihi nolui, quin te admonerem, vt cogitares, cõiunctè

*Luceij meminit in oratione pro Cælio.

s L. exponã abſ.

t v. c. Neq; enim me, &c. & ita L.

u v. c. beniuolentiæ.

x o. v. c. à te penè eſſe perf. & ita L.

y v. c. cum ceteliquis reb.
* al. noſtras.

iuncténe, malles 1 cũ ceteris rebus * noſtra contexere, an, vt multi Graeci fecerunt, Calliſthenes Troicũ bellum, Timæus Pyrrhi, Polybius Numãtinum: qui omnes à perpetuis ſuis hiſtoriis ea, quæ dixi, bella ſeparauerunt: tu quoque item ciuilem coniurationem ab hoſtilibus externíſque bellis ſeiungeres. Equidem ad noſtram laudẽ non multùm video intereſſe: ſed ad properationem meam quiddã intereſt, non te expectare, dum ad locum venias: ac ſtatim cauſam illam totam, & tempus arripere. Et ſimul, ſi vno in argumento, vnaque in perſona mens tua tota verſabitur: cerno iam animo, quanto omnia vberiora, atq; ornatiora futura ſint. Neque tamen ignoro, quã impudenter faciam, qui primùm tibi tantum oneris imponam (poteſt * enim mihi denegare occupatio tua) deinde etiam, 2 vt ornes me, poſtulem. Quid ſi illa tibi non tantopere videntur ornanda? Sed tamen, QVI *ſemel verecundiæ fineis tranſierit, eum bene & nauiter oportet eſſe impudentem.* Itaque te planè etiam atque etiam rogo, vt & ornes ea vehementiùs etiam: quàm fortaſſe ſentis, & in eo leges hiſtoriæ negligas: gratiamque illam, de qua ſuauiſſimè quodam in * prooemio ſcripſiſti, 3 à qua te z affici non magis potuiſſe demonſtras, quàm Herculem * Xenophonteium illum à voluptate: ea ſi me tibi vehemẽtiùs commendabit, ne aſpernére, amoriq; noſtro pluſculum etiam, quã concedit veritas, largiare. Quòd ſi te adducemus, vt hoc ſuſcipias: erit, vt mihi perſuadeo, materies digna facultate, & copia tua. A principio enim coniurationis vſque ad reditum noſtrum videtur mihi modicum quoddã corpus confici poſſe: in quo & illa poteris vti ciuiliũ commutationum ſcientia, vel in explicandis cauſis rerum nouarũ, vel in remediis incommodorũ, cùm & reprehendes ea, quę vituperanda duces: & quæ placebunt, exponendis rationibus com-

* al. poteſt enim id mihi.

* procemiis vtũtur Hiſtorici vt Liuius, Salluſt. Paul. & alij.
z al. allici. al. flecti.
q. v. c. deflecti. al. affecti.
* vide Xenophontẽ. Memoral. & Cic. 2. Offic.

a al. ſenten tia.

comprobabis, & ſi liberiùs, *b* vt conſueſti, agendum putabis: multorum in nos perfidiam, inſidias, proditionem notabis. Multam etiam caſus noſtri tibi varietatem in ſcribendo ſuppeditabunt, plenam cuiuſdam voluptatis, quæ vehementer animos hominum in legendo ſcripto retinere poſſit. Nihil eſt enim aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum varietates, fortunæque viciſsitudines: quæ etſi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundæ. HABET ENIM PRAETERITI *doloris ſecura recordatio delectationem.* Ceteris verò nulla perfunctis propria moleſtia, *c* caſus alienos ſine vllo dolore intuentibus, etiam ipſa miſericordia eſt iucunda. Quem enim noſtrûm ille moriens apud * Manneam Epaminondas *d* non cum quadam miſeratione delectat? qui tum denique ſibi auelli iubet ſpiculum, poſteaquàm ei *e* percontanti dictum eſt, clypeum eſſe ſaluum: vt etiam in vulneris dolore æquo animo cum laude moreretur. Cuius ſtudium in legendo non erectum *f* Themiſtoclis fuga, 4[*] redituque retinetur? Etenim ordo ipſe annaliũ mediocriter nos retinet, quaſi enumeratione faſtorum. At viri ſæpe excellentis ancipites, variique caſus habent admirationem, exſpectationem, lætitiam moleſtiam, ſpem, timorem. ſi verò exitu notabili concluduntur: expletur animus *g* iucundiſſimæ lectionis voluptate. Quod mihi acciderit optatius, ſi in hac ſententia fueris, vt à continentibus *h* tuis ſcriptis, in quibus perpetuam rerum geſtarum hiſtoriam complecteris, ſecernas hanc quaſi fabulam rerum, euentorúmque noſtrorum. Habet enim * varios actus, multáque actiones & cõſiliorum, & temporum. Ac non vereor, ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar, cùm hoc demonſtrem, me à te potiſſimùm ornari celebrariq; velle. Neque enim

tu is

b v.c. vt cõſueuiſti. & ita ed. Lãb.

c v. c. caſus auté alien.

* vide Strabonem l. 8. Iuſtinũ, li. 6. Cicero. 2. & 3. de Oratore.

d q. v. c. nõ cũ miſeratione quadam del. al. cod. non cũ quadam cõ miſeratione del.

e L. percũctanti.

f L. Themiſtocli. f. & ita o. v. c. vt de hic Victorium.

* al. obitu. al. exitu. alij, interitu.

g duo v. c. iucundiſſima lect. & c.

h ſor. tuis ſcriptis. quibus per-

* verius Car. Step.

* Idẽ Hor. 8. epiſt. 1. Veſ. 141. Plin. lib. 37. c. 1. & li. 7. c. 37.

tu is es, 5 qui quid ſis, neſcias: & qui non eos magis, qui te non admirentur, inuidos, quam eos, qui laudent, aſſentatores arbitrere. Neque autem ego ſum ita demens, vt me ſempiternæ glorię per eum commendari velim, qui non ipſe quoque in me commendando propriam ingenij gloriam cōſequatur.* Neque enim Alexāder ille gratiæ cauſa ab Apelle potiſſimùm pingi, & à * Lyſippo fingi volebat: ſed quòd illorum artem cùm ipſis tum etiam ſibi gloriæ fore putabat. *i* Atque illi artifices corporis ſimulacra ignotis nota faciebant: quæ vel ſi nulla ſint nihilo ſunt tamen obſcuriores, clari viri. *k* Nec minùs enim eſt Spartiates * Ageſilaus ille *l* perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem ſuam paſſus eſt eſſe, quàm qui in eo genere *m* laborarunt. vnus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando facilè omneis imagines *n* omnium, ſtatuáſque ſuperauit. Atque hoc præſtantius mihi fuerit & ad lætitiam animi, & ad memoriæ dignitatem, ſi in tua ſcripta peruenero, quàm ſi in ceterorū, quòd non ingenium mihi ſolùm ſuppeditatum fuerit tuum, ſicut * Timoleonti à Timæo, aut ab Herodoto Themiſtocli, ſed etiam auctoritas clariſſimi & ſpectatiſſimi viri, *o* & in reip. maximis grauiſſimiſque cauſis cogniti, atque in primis probati: vt mihi non ſolùm præconium, quod, cùm in Sigæum veniſſet Alexander, ab Homero Achilli tributum eſſe dixit, ſed etiam graue teſtimoniū impertitum clari hominis, magniq́ue videatur. * Placet enim Hector ille mihi Næuianus, qui nō tantùm laudari ſe lætatur: ſed addit etiam, A LAVDATO VIRO. Quod ſi à te non impetro, hoc eſt ſi qua te res impedierit) neque enim fas eſſe arbitror quidquam me rogantem, abs te non impetrare) cogat fortaſſe facere, quod nonnulli ſæpe reprehēduut, ſcribā ipſe de me * multorum tamen exemplo, & clarorum virorum. Sed, quod te non fugit, hæc ſunt in hoc genere vitia,

* Policletū vocat Apuleius. 1. Floridorum.
i al. Atqui
k al. Neque enim minus Sp.
* L. nec minus eſt Sp.
* vide Xenophontē. Plut. in Ageſilao. Probum 1. Athenæum li. 14.
l al. probandus. videndus & lib. ἀναβισιος. & Pauſa. l. 1. in Eliacis.
m L. elaborarunt.
n L. omniū hominū ſt.
* Timoleōtis vitam vide apud Plutarch. & Aemiliū Probum.
o q. v. c. & in rep.
* idem lib. 15. ep. 6.
* L. Sullæ 22. commentariorū libros intelligit, vide Cicero. de Clar. Tac. tū in vita Agricolæ.

vitia,*p* & vt verecundiùs ipſi de ſe ſcribant, neceſſe eſt,ſi quid eſt laudandum: & prætereant, ſi quid fortè reprehendendum eſt. Accedit etiam,vt minor ſit fides, minor auctoritas, multi denique reprehendant: & dicant, verecundiores eſſe præcones ludorum gymnicorum,qui cùm ceteris coronas impoſuerunt victoribus, eorúmque nomina magna voce *q* pronuntiarunt,cùm ipſi ante ludorum miſſionem corona donentur, alium præconē adhibeant,ne ſua voce ipſi ſe victores eſſe prædicent. Hæc nos vitare cupimus: &, ſi recipis cauſam noſtram, vitabimus: idq; vt facias, rogamus. Ac,ne fortè mirêre,cur, cùm mihi ſæpe oſtenderis, te accuratiſſimè noſtrorum temporum conſilia, atque euentus literis mandaturum, à te id nunc tantopere, & tam multis verbis petamus: illa nos cupiditas incendit, de qua initiò ſcripſi, feſtinationis, quòd alacres animo ſumus: vt & ceteri,viuentibus nobis, ex libris tuis nos cognoſcant, & noſmetipſi viui gloriola noſtra perfruamur. His de rebus, quid acturus ſis, ſi tibi non eſt moleſtum, reſcribas mihi velim. Si enim * ſuſcipis cauſam, conficiam commentarios rerum omnium. Sin autem differs me in tempus aliud: coràm tecum loquar. tu intereà non ceſſabis, *r* & ea quæ habes inſtituta, perpolies, noſque diliges. Vale.

p L.& verecundiùs ipſi de ſe ſcr.

q L.pronũtiauerunt. al.pronuntiarint.

* fortè ſi hanc ſuſcipit cauſam,

r q. v. c. & ea,quæ habes,perpolies inſtituta, noſque d non pl.

Argumentum.

Ciceronem literis conſolatus eſt Lucceius, quas ſibi gratiſſimas fuiſſe ſcribit Cicero: ſimul quam omnis reip. recuperandæ ſpes amiſſa ſit demonſtrat. Cæſare IV. Conſule ſine Collega.

M. C. S. D. L. LVCEIO Q. F. 13

QVAMQVAM ipſa conſolatio literarum tuarum mihi gratiſſima eſt: declarat enim *s* ſummam beneuolentiam coniunctam pari prudentia: tamen illum fructum ex iis literis vel

s L.ſummã beniuolentiam pari prudentia coniunctã: t.& ita v. c. al. ſummã beniuol.cõiunctam pari prud.

maximum cepi, quòd te præclarè res humanas contemnentem, & optimè contra fortunam paratum armatúmque cognoui. Quam quidem laudem ſapientiæ, ſtatuo eſſe maximam, NON *aliũnde pendêre, nec extrinſecus aut bene aut malè viuendi ſuſpenſas habere rationes.* Quæ cogitatio, cùm mihi non omnino excidiſſet (etenim penitus inſederat) vi tamen tempeſtatum, & concurſu calamitatum erat aliquantùm *t* labefactata, atque conuulſa: cui te opitulari & video, & id feciſſe etiam proximis literis, multúmque profeciſſe ſentio. Itaque hoc ſæpius dicendum, tibíque non ſignificandum ſolùm, ſed etiam declarandum arbitror: nihil mihi eſſe potuiſſe tuis literis gratius. Ad conſolandum autem *v* cùm illa valeant, quæ eleganter copioſéque collegiſti, tum nihil plus, quàm quòd firmitudinem grauitatémque animi tui perſpexi: quam non imitari turpiſſimum exiſtimo. † *x* Itaque hoc etiam fortiorem me puto, quàm teipſum, præceptorem fortitudinis, quòd tu mihi videre ſpem nonnullam habere, hæc aliquando futura meliora. Caſus enim gladiatorij, ſimilitudinéſque eæ, tum rationes in ea diſputatione à te collectæ, vetabant me reipubl. penitus diffidere. Itaque alterum minùs mirum, fortiorem te eſſe, cùm aliquid ſperes: *y* alterum mirum, ſpe vlla teneri. Quid eſt enim non ita affectum vt id non deletum, *z* extinctumque omne eſſe fateare? Circumſpice omnia membra reip. quæ notiſſima ſunt tibi. nullum reperies profectò, quod non fractum debilitatúmve ſit. quæ perſequerer, ſi aut meliùs ea viderem, quàm tu vides: aut commemorare poſſem ſine dolore: quamquam tuis monitis, præceptiſque omnis eſt *a* abiiciendus dolor. Ergo & domeſtica feremus, vt cenſes: & publica paulò etiam fortiùs fortaſſe, quàm tu ipſe, qui præcipis. Te enim ſpes aliqua conſolatur, vt ſcribis: nos autem erimus etiam *b* in omni deſperatione fortes,

t L. labefacta.

v L. cùm illa vacent q. & ita o. v. c.

x al. Atque hoc etiam f. al. atque hoc fortiorem.

y al. alterũ magis mirum.

z L. extinctúmque eſſe fateare? valdè placet.

a v. c. abiciẽdus dol.

b q. v. c. in omnium rerum deſp.

tes, vt tu tamen idem & hortaris, & præcipis. Das enim mihi iucundas recordationes conſcientiæ noſtræ, rerumque earum, quas, te in primis auctore, geſſimus. Præſtitimus enim patriæ *c* non minùs certè, quàm debuimus: plus profectò, quã eſt ab animo cuiuſquam, aut conſilio hominis poſtulatum. Ignoſces mihi de meipſo aliquid prædicanti: quarum enim tu rerum cogitatione nos leuare ægritudine voluiſti, earum etiam commemoratione lenimur. Itaque, vt mones, quantum potero, me ab omnibus moleſtiis & angoribus abducam: transferámque animum ad ea, quibus ſecundæ res ornantur, aduerſæ adiuuantur: tecumque & ero tantum, quantum patietur vtriuſq; ætas, & *d* valetudo: &, ſi eſſe vnà minus poterimus, quàm volumus: animorum tamen coniunctione iiſdem ſtudijs ita fruemur, vt numquam non vnà eſſe videamur. Vale.

c fort. non plus certè quàm deb.

d v. c. valitudo.

ARGVMENTVM.

Quærit primùm cauſam Lucceius cur ab vrbe tamdiu abſit, ſi vt otio ad ſcribendum abundet, ſolitudinem ſectatur, laudat: ſin mœroris cauſa ob filiæ mortem ſuſcepti, non probat. rationéſque cur finem mœrori imponere debeat, ſubiungit, rationibúſque preces annectit. Animorum coniunctione, amoriſque ſignificatione Epiſtolæ finem facit. Eodem anno.

L. LVCCEIVS, Q. F. S. D. M. T. C. M. F. 14

e SI vales, bene eſt: ego valeo, ſicut ſoleo: paululo tamen etiam deteriùs, quàm ſoleo. Te requiſiui ſæpius, vt viderem Romæ, quia poſtea non fuiſti, *f* quàm à me diſceſſeras: miratus ſũ: quod item nunc miror. Non habeo certum, quæ te res hinc maximè retrahãt. * Si ſolitudine delectare, cùm * ſcribas, & aliquid agas eorum, quorũ conſueſti, gaudeo: neque reprehendo tuum conſiliũ. nam nihil iſto poteſt eſſe iucundius, nõ modò miſeris his tẽporibus, & luctuoſis, ſed etiam trãquil-

e L. S. V. B. E. E. V. ſicut ſ.

f al. quàm diſceſſeras.

* vide 12. Att. ep. 10.

* al. qui. vel, quo ſcribas.

 lis.

lis, & optatis: præſertim vel animo defatigato tuo, qui nunc requiem quærit ex magnis occupationibus: vel erudito, qui ſemper aliquid ex ſe promat, quod alios delectet, te ipſum laudibus illuſtret. Sin autem, ſicut hîc dum eras, *g* & lacrymis ac triſtitiæ te tradidiſti, doleo, quia doles, *h* & angere: *i* nec poſſum, te *k* ſi concedis, quod ſentimus, vt liberiùs dicamus, nō accuſare Quid enim? tu ſolus aperta non videbis, qui propter acumen occultiſſima perſpicis? tu non intelliges te querelis quotidianis nihil proficere? non intelliges duplicari ſollicitudines, quas eleuare tua te prudentia poſtulat? Quòd ſi non poſſumus aliquid proficere ſuadendo: gratia contendimus, & rogando, ſi quid noſtra cauſa vis, vt iſtis te moleſtiis laxes, & ad conuictū noſtrum redeas, & ad conſuetudinem vel noſtrā communē, vel tuam ſolius, ac propriā. Cupio non obtundere te, ſi non delectare noſtro ſtudio: cupio deterrere, ne permaneas in incepto, cū duæ res iſtæ cōtrariæ me conturbēt: ex quibus, aut in altera mihi velim, ſi potes, obtemperes: aut in altera non offendas. Vale.

g copulatio, &, abeſt à v. cod.
h q. v. c. & angeris.
i nec poſſū te non, ſi concedis, quod ſentimus, vt liberiùs dicamus, accuſare.
k. q. v. c. ſi concedas.

ARGVMENTVM.

Reſpondet ſuperiori Epiſtolæ Lucceij: lugere ſe non tam obitum filiæ, quàm reipub. tempora. In vrbe non eſſe, quòd in ea odioſa omnia.

M. C. L. LVCCEIO, Q. F. S. 15

OMNIS amor tuus ex omnibus partibus ſe oſtendit in his literis, quas à te proximè accepi: non ille quidem mihi ignotus, ſed tamen gratus, & optatus: dicerem, iucundus, niſi id verbum in omne tempus perdidiſſem, neque ob eam vnam cauſam, quam tu ſuſpicaris, & in qua me leniſſimis & amantiſſimis verbis vtens, re grauiter accuſas: ſed quòd, illius tanti vulneris quæ remedia eſſe *l* debebant, ea nulla ſunt. Quid enim? ad amicōſne confugiā? quàm multi ſunt? habuimus enim ferè communeis: quorum alij* occiderunt:

l q. v. c. debeant.
* vt duo Lētuli, L. Domitius, M. Bibulus, Appius Claudius, L. Scipio.

runt: alij neſcio quo pacto* obdurnerunt. *m* Tecũ videre poſſem equidem, & maximè vellem: *n* vetuſtas, amor, conſuetudo, ſtudia paria, *o* quod vinculum, quæ res deeſt noſtræ coniunctioni. *p* Poſſumúſne igitur eſſe vnà? nec, mehercule, intelligo, quid impediat. ſed certè adhuc non fuimus, cũ eſſemus vicini in Tuſculano, in Puteolano. Nam quid dicam in vrbe? in qua, cùm forum commune ſit, vicinitas non requiritur. Sed caſu neſcio quo in ea tempora noſtra ætas incidit, vt, cùm maximè florere nos oporteret, tum viuere etiam puderet. Quod enim mihi poterat eſſe perfugium, ſpoliato & domeſticis, & forenſibus ornamentis, atq; ſolatiis? literæ, credo, quibus vtor aſſiduè. Quid enim aliud facere poſſum? ſed neſcio quomodo *q* ipſæ illæ excludere me à portu, & perfugio videntur, & quaſi exprobrare, quòd in ea vita maneam, in qua nihil inſit, niſi propagatio miſerrimi temporis. Hic tu ea me abeſſe vrbe miraris, in qua domus nihil delectare poſſit: ſummũ ſit odiũ temporum, hominum, fori, curiæ? Itaque ſic literis vtor, in quibus conſumo omne tempus, non vt ab his medicinam perpetuam, ſed vt exiguam doloris obliuionem petam. Quòd ſi id egiſſemus ego, atque tu, quod ne in mentem quidem nobis veniebat, propter quotidianos *r* metus omne tempus vnà fuiſſemus: neque me *s* valetudo tua offéderet, neque te mœror meus: quod, quantum fieri poterit, conſequamur. Quid enim eſt vtrique noſtrûm aptius? Propediem te igitur videbo. Vale.

* vt Marcellus, v. l. 4. ep. 12.
m q. v. c. Tecum equidem viuere poſſem, & max. v.
n al. vetuſtus eſt amor, conſ.
o q. v. c. ꝙ vinculum quaſi deeſt noſtræ, &c. & ita L.
p L. poſſumúſne igitur eſſe vnà? Poſſumus: nec, meherc.
q q. v. c. illæ ipſæ.
r al. motus.
s v. c. valitudo.

ARGVMENTVM.

Mœrentem Titium interitu filij conſolatur multis rationibus. Quo hæc anno ſcripta ſit non ſatis conſtat. Manutius poſt prælium Pharſalicum exaratam fuiſſe exiſtimat.

M. T. CICERO S. D. TITIO. 16

t ETsi vnus ex omnibus minimè ſum ad te conſolandum accommodatus, quòd tantum

t L. Etſi nunc.

ex tuis moleſtijs cepi doloris, vt cõſolatione ipſe egerem: tamen, cùm longiùs à ſummi luctus acerbitate meus abeſſet dolor, quàm tuus, ſtatui noſtræ neceſſitudinis eſſe, meæque in te v beneuolentiæ, non tacere x tanto in tuo mœrore tādiu: ſed adhibere aliquam modicam conſolationem, quæ leuare dolorem tuum poſſet, ſi minùs ſanare potuiſſet. Eſt autem y conſolatio peruulgata quidem illa maximè, quam ſemper in ore atque in animo habere debemus. z HOMINES *nos vt eſſe meminerimus, ea lege natos, vt omnibus telis fortunæ propoſita ſit vita noſtra: neque eſſe recuſandū, quominus ea, qua nati ſumus, conditione viuamus: néve tam grauiter eos caſus feramus, quos nullo conſilio vitare* a *poſſumus, euentíſque aliorum memoria repetendis, nihil accidiſſe* b *nobis noui cogitemus.* Neque hæ, neque ceteræ conſolationes, quæ ſunt à ſapiētiſſimis viris vſurpatæ, memoriæque, & literis proditæ, tantum videntur proficere debere, quantum ſtatus ipſe noſtræ ciuitatis, & hæc perturbatio temporum perditorum: cùm beatiſſimi ſint, qui liberos non ſuſceperunt: minùs autem miſeri, qui his temporibus amiſerunt, quàm ſi eoſdem bona, aut denique aliqua rep. perdidiſſent. Quòd ſi tuum te deſiderium mouet, aut ſi tuarum rerum cogitatione mœres: non facilè exhauriri tibi iſtum dolorem poſſe vniuerſum puto. ſin illa te res cruciat, quæ magis amoris eſt, vt eorum, qui occiderunt, miſerias lugeas: vt ea non dicam, quæ ſæpiſſime & legi, & audiui, nihil mali eſſe in morte, in qua ſi reſideat ſenſus, immortalitas illa potiùs, quàm mors c ducenda ſit: ſin ſit amiſſus, nulla videri miſeria debeat, quæ non ſentiatur: hoc tamen non dubitans confirmare poſſum, ea miſceri, parari, impendere reip. quæ qui reliquerit, nullo modo mihi quidem *† deceptus eſſe videatur. Quid eſt enim iam non modò pudori, probitati, virtuti, rectis ſtudiis, bonis artib*, ſed omnino libertati, ac ſaluti loci? non mehercule,

v v.c. beniuolentiæ.
x al. in tanto tuo m.
y al. peruulgata conſolatio q.
z q.v.c. vt homines nos eſſe mem.
a q.v.c. poſſimus.
b q.v.c. noui nobis, eſſe.
c q.v.c. ducenda ſit.
*al. direpť.
†al. ereptus.

cule,quemquam audiui hoc grauiſſimo, *d* & peſtilentiſſimo anno, adoleſcentulum, aut puerum mortuum,qui mihi non à diis immortalibus ereptus ex his miſeriis, atque ex iniquiſſima conditione vitæ,videretur.Quare,ſi tibi vnum hoc detrahi poteſt,† nequid iis,quos amaſti,mali putes contigiſſe:permultum erit ex mœrore tuo *e* diminutũ.Relinquetur enim ſimplex illa iam cura doloris tui, quæ non cum illis communicabitur, ſed ad teipſum propriè referetur: in qua non eſt iam grauitatis ac ſapientiæ tuæ,quam tu à puero præſtitiſti, ferre immoderatiùs caſum incommodorũ tuorum, qui ſit ab eorum, quos dilexeris. miſeria maloque ſeiunctus. Etenim cum ſemper te & priuatis in rebus, & publicis præſtitiſti, tuenda tibi vt ſit grauitas & conſtantiæ ſeruiendum. Nam, quod allatura eſt ipſa diuturnitas, quæ maximos luctus vetuſtate tollit,id nos *f* præripere conſilio prudentiáq; debemus. Etenim ſi nulla vnquam fuit,liberis amiſſis, tam imbecillo mulier animo, quæ non aliquando lugendi modum fecerit.certè nos,quod eſt dies allatura,id conſilio *g* antè ferre debemus:neque exſpectare temporis medicinam, *h* quam repræſentare ratione poſſimus. His ego literis ſi quid profeciſſem, exiſtimabam optandũ quiddam me eſſe aſſecutum: ſin minùs fortè valuiſſent,officio tamen eſſe functum *i* beneuolentiſſimi atque amiciſſimi: quem me tibi & fuiſſe ſemper exiſtimes velim, & futurum eſſe confidas. Vale.

d q.v.c. ac peſtilentiſ.

e L.deminutum. & ita v.c.

f L. præcipere. & ita v.c.

g al.antè capere deb.

h q.v.c.quã repræſentare nobis ratione poſ.

i v. c. beniuolentiũ.

ARGVMENTVM.

Excuſat tarditatem literarum ſuarum,hortatur Sextium vt exulij caſum fortiter conſtantérque ferat, à communi hominum conditione,ab ipſius Sextij virtute,ab exemplis,à ſtatu reipub.à Sextij filio, à iudicio amicorum,denique ab ipſius conſcientia ſumptis argumentis.Poſtremò omnia ſua ſtudia ad mœrorem eius leuandum pollicetur. Scripta fuit Cæſare & Lepido Coſs. anno v.c. DCCVI.

M. C. S. D. P. SEXTIO, P. F. 17

NON obliuiône amicitiæ noſtræ,neque intermiſſione conſuetudinis meæ,ſuperioribus tẽporibus ad te nullas literas miſi, ſed quòd priora tempora in ruinis reip.noſtrı́ſque iacuerunt: poſteriora autem me à ſcribendo, tuis iniuſtiſſimis atque acerbiſſimis incommodis retardarunt.Cùm verò & interuallum iam ſatis longum fuiſſet, & tuam virtutem animique magnitudinem diligentiùs eſſem mecum recordatus:nõ putaui eſſe alienum inſtitutis meis,hæc ad te ſcribere.Ego te, P. Sexti, & primis temporibus illis, quibus in inuidiam abſens,& in crimen vocabare,defendi:&,cũ in tui familiariſſimi iudicio ac periculo *l* 1 tuum crimen coniungeretur,*m* quàm potui accuratiſſimè te tuámque cauſam tutatus ſum: & proximè, recenti aduentu meo, cùm rem aliter inſtitutam offendiſſem ac mihi placuiſſet,ſi affuiſſem:tamen nulla re ſaluti tuæ defui: cúmque eo tempore inuidia annonæ inimici non ſolùm tui, verùm etiã amicorum tuorum,iniquitas totius iudicij,multaque alia reip. vitia, plus quàm cauſa ipſa veritáſque valuiſſent: Publio tuo neque opera, neque conſilio,neque labore, neque gratia, neque teſtimonio defui. Quamobrem, omnibus officijs amicitiæ diligenter à me ſanctéque ſeruatis, ne hoc quidem prætermittendũ eſſe duxi,te vt hortarer,rogarémque,vt & hominem te, & virum eſſe meminiſſes, id eſt, vt & communem, incertúmque caſum, quem neque vitare quiſquam noſtrûm,neque præſtare vllo pacto poteſt,ſapienter ferres: & dolori fortiter ac fortunæ reſiſteres: cogitaréſque & in noſtra ciuitate:& in ceteris, quæ rerum potitæ ſunt, multis fortiſſimis atque optimis viris, iniuſtis iudiciis, 2 taleis caſus *n* incidiſſe Illud vtinam ne verè ſcriberem,ea te rep.carere, in qua neminem prudentem hominem res vlla delectet. De tuo autem filio, vereor ne ſi nihil ad te ſcripſerim, 3 debitum eius virtu

1 al. tuum nomen cõiung.nõ pl.

m tres v. c. vt potui accuratiſſ.

n fort.accidiſſe.

virtuti videar teſtimonium non o cepiſſe: ſin autẽ omnia, quæ ſentio, perſcripſerim: ne refricem meis literis deſiderium, ac dolorem tuum. Sed tamen prudentiſſimè facies, ſi illius pietatem, virtutem, induſtriam, vbicunque eris, tuam eſſe, tecum eſſe duces. NEC ENIM MINVS NOSTRA *ſunt, quæ animo complectimur, quàm quæ oculis intuemur.* Quamobrem & illius eximia virtus, ſummuſque in te amor, magnæ tibi conſolationi debet eſſe: & nos, ceterique, qui te non ex fortuna, ſed ex virtute tua pendimus, ſemperq; pẽdemus: & p maximè animi tui conſcientia, cùm tibi nihil meritò accidiſſe reputabis, & illud adiunges, HOMINES *ſapientis turpitudine, non caſu: & delicto ſuo, non aliorum iniuria commoueri.* Ego memoria noſtræ veteris amicitiæ, & virtute atque obſeruantia filij tui q monitus nullo loco deero, r neq; ad conſolandum, neque ad leuandum fortunam tuam. Tu ſi quid ad me fortè ſcripſeris, perficiam ne te fruſtra ſcripſiſſe arbitrere. Vale.

o L. dediſſe. al. accepiſſe. al. dixiſſe.

p L. maximè enim ſi tuę cõſciẽtiæ, cùm tibi n.m. &c.

q al. admonitus.

r q.v.c. neque ad conſolandam, neque ad leuandam, &c.

ARGVMENTVM.

Exſulem conſolatur multis rationibus, & vt ægritudinem animi deponat, hortatur.

M. CICERO S. D. T.

s FABIO. 18

ETSI egomet, qui te conſolari cupio, conſolandus ipſe ſum, propterea quòd nullam rem grauiùs iamdiu tuli, quàm incommmodum tuum: tamen te magnopere non hortor ſolùm, ſed etiã, pro amore noſtro rogo atque oro, t te colligas, virumque præbeas, &, qua conditione omnes homines, &, quibus temporibus v nati ſumus, cogites. Plus tibi virtus tua dedit, quàm fortuna abſtulit, propterea quòd adeptus es, quod non multi homines noui: amiſiſti, quod plurimi homines nobiliſſimi. Ea denique videtur conditio impendere legum, iudiciorum, temporum, vt optimè actum cum eo videatur eſſe, qui quàm leuiſſima pœna ab hac rep. diſceſſerit. Tu verò, qui

s L. Fadio. & ita v. c.

t v. c. te vt colligas.

v v. nati ſimus, cog. & ita L.

& fortunas,& liberos habeas, & nos, ceteroſque neceſſitudine ;x & beneuolentia tecum coniunctiſſimos : quique magnam facultatem y ſis habiturus nobiſcum, & cum omnibus tuis viuendi : & cùm vnum ſit iudicium,ex tam multis, quod reprehendatur,I vt quod vna ſententia, eáque dubia, potentiæ alicuius condonatum exiſtimetur: omnibus his de cauſis debes iſtam moleſtiam quã leuiſſimè ferre. Meus animus erit in te,liberoſq; tuos ſẽper,quẽ tu eſſe vis,& qui eſſe debet. Vale.

x v.c.& beniuolentia.
y al.habiturus ſis.

ARGVMENTVM.

Cùm Pompeius Italia pulſus in Græciam magno cum bonorum ciuium copia, in quibus vterque Conſul fuerat, renouandi belli cauſa nauigaſſet, Rufi, qui eius ſecutus eſt partes,laudat opinionem Cicero. De belli exitu non minùs aduerſa timere,quàm ſecũda ſperare videtur:tacitéque petit, vt in ſententia maneat. Scripta eſt profectò in Græciã Pompeio, Marcello,L.Lentulo Coss.v.c.DCCI.

CICERO, †RVFO, S. D. 19

ETSI mihi numquam dubiũ fuit, quin tibi eſſẽ cariſſimus:tamẽ quotidie magis id perſpicio: exſtátque id,quod mihi oſtenderas quibuſdam literis,hoc te ſtudioſiorem in me colendo fore,quã in prouincia fuiſſes(etſi meo iudicio,nihil ad tuũ prouinciale officium addi poteſt)quo liberius iudicium eſſe poſſet tuum. Itaque me & ſuperiores literæ tuæ admodũ z delectauerunt, quibus & exſpectatum meum aduentum abs te amanter videbã,& cùm aliter res cecidiſſet ac putaſſes, te meo conſilio magnopere eſſe lætatum:& his proximis literis magnum cepi fructum & iudicij, & officij tui:iudicij,quòd intelligo, te, id quod omnes fortes ac boni viri facere debent,nihil putare vtile eſſe,niſi quod rectum honeſtumq; ſit:officij, quòd te mecũ,quodcũq; cepiſſem conſilij, polliceris fore:quo neq; mihi gratius,neq;, vt ego arbitror,tibi honeſtius eſſe quidquam poteſt. Mihi

z q.v.c. delectarunt.

com

conſilium captum iãdiu eſt: de quo ad te, a non quò celãdus eſſes,nihil ſcripſi antea,ſed quia cõmunicatio conſilij,tali tempore,quaſi quædã admonitio videtur eſſe officij,vel potius efflagitatio ad coeundam ſocietatem vel periculi,vel laboris. Cùm verò ea tua ſit voluntas,humanitas,b beneuolentia erga me,libenter amplector talem animum:ſed ita(non enim dimittam pudorem in rogando meum)ſi feceris id,quod oſtendis: magnã habebo gratiam:ſi non feceris, ignoſcam:& alterum timori, alterum mihi te negare non potuiſſe arbitror. Eſt enim res profectò maxima. quid rectum ſit,apparet:quid expediat,obſcurum eſt: ita tamen,vt,ſi nos ij ſumus,qui eſſe debemus, id eſt, ſtudio digni,& literis noſtris, dubitare non poſſimus,quin ea maximè conducant,quæ ſunt rectiſſima. Quare tu,ſi ſimul * placebit: ſtatim ad me venies.ſin idem placebit,c atque eodẽ m,nec continuò poteris:omnia tibi vt nota ſint,faciã.Quid quid ſtatueris,te mihi amicum: ſin id quod opto, etiam amiciſſimum iudicabo. Vale.

a al.non q celand.
b al.beniuolentia.
* al. Quæ. al. Quod ſi placebit ſimul.
c al. atque eodem modo. al. ſed nec eodem modo, nec c.

ARGVMENTVM.

De rationibus prouincialibus Rufo quæſtore non expectato,ad ærariũ iuſſu ſuo delatis ſcribit. Annus videtur epiſtolæ, Marcello & Lentulo Coss. vide hîc Manutium.

CICERO S. D. RVFO. 20

d QVo quo modo potuiſſem,te conueniſſem,ſi eò,quò conſtitueras,venire voluiſſes. Quare etſi mei commodi cauſa e commouere me noluiſti, tamen ita exiſtimes velim me antelaturum fuiſſe, ſi ad me f miſiſſes voluntatem tuam cõmodo meo. Id ea quæ ſcripſiſti.commodiùs equidem poſſem de ſingulis ad te rebus ſcribere ,* ſi M.Tullius,ſcriba meus,adeſſet:à quo mihi exploratum eſt,in rationibus duntaxat referendis (de ceteris rebus affirmare nõ poſſũ) nihil eum feciſſe ſcientem, quod eſſet contra aut rem, aut exiſtima

d q. v. c. Quomodo potuiſſem.
e al.conuenire me n.
f L. veniſſes.
* Tullium Lauream libertum intelligit, aſſumebant enim liberti patronorum prænomina. Laureati meminit Plin.l.31 c.2.

ſtimationem tuam: *g* deinde, ſi rationum referendarum ius vetus, & mos antiquus maneret, me relaturum rationes, niſi tecum pro coniunctione noſtræ neceſſitudinis contuliſſem, confeciſſémque, non fuiſſe. Quod igitur feciſſem ad vrbem, ſi conſuetudo priſtina maneret: id, quando lege* Iulia relinquere rationes in prouincia neceſſe erat, eaſdémque totidem verbis referre ad ærarium, feci in prouincia. Neque ita feci, vt te ad meum arbitrium adducerem: *h* ſed tribui tibi tantum, quantum me tribuiſſe numquam pœnitebit. *i* totum enim ſcribam meum, quem tibi video nunc eſſe ſuſpectum, tibi tradidi. tu ei M Mindium, fratrem tuum, adiunxiſti. Rationes confectæ me abſente ſunt tecum: ad quas ego nihil adhibui præter lectionem. Ita accepi librum à meo ſeruo ſcriba, vt eundem acceperim à fratre tuo. Si honos is fuit, maiorem tibi habere non potui: ſi fides, maiorem tibi habui, quàm penè *k* ipſi mihi, ſi prouidendum fuit, ne quid aliter, ac tibi & honeſtum & vtile eſſet, referretur: † non habui, cui potiùs id negotij darem, * quàm ſcribæ meo. Illud quidem certè factum eſt, quod lex iubebat, vt apud duas ciuitates, *l* Laodicenſem, & Apameenſem, quæ nobis maximæ videbantur, quoniam ita neceſſe erat, 3 rationes confectas, & *m* conſolutas deponeremus. Itaque huic loco primùm reſpondeo, me, quamquam iuſtis de cauſis rationes deferre properarim, tamen te exſpectaturum fuiſſe, niſi in prouincia relictas rationes *n* pro latis haberem. Quamobrem 4 de Voluſio quod ſcribis, non eſt id rationum, docuerunt enim me periti homines: in his cùm omnium peritiſſimus, tum mihi amiciſſimus, C. Camillus, ad Voluſium *o* transferri nomen à Valerio non potuiſſe: ſed prædes Valerianos teneri: *p* neque id erat ſeſtertiis xxx, vt ſcribis, ſed xxix. Erat enim *q* curata nobis pecunia Valerij mancipis nomine: ex qua reliquum quod erat in rationibus, retuli. Sed ſic

g L. dein, ſi.
* huius legis Iuliæ meminit ſuprà l. 2. ep. 17. 6. ad Att. ep. 7. & in oratione in Piſonem.
h q. v. c. tribui tãtum.
i al. Tulliũ enim ſcrib.
k al. mihi ipſi.
* al. expungunt hæc verba, quã ſcribæ meo. alij poſt illa verba adiiciunt, M. Tullio Laureæ. al. quã Tullio ſcribæ.
l L. Laodicenſem.
m al. conſolidatas dep. al. conſignatas dep. al. collatáſq; dep.
n L. pro relatis haberem. De Voluſio quod ſcr.
o L. traferri. vide hîc Victorium.
p L. neque id erat LL. S. xxx. vt ſcribis, ſed xxix.
q al. cauta non. p.

ſic me & liberalitatis fructu priuas, & diligentiæ, & (quod minimè tamen laboro) mediocris etiam prudentiæ. Liberalitatis, quòd mauis ſcribæ mei beneficio, quàm meo, legatum meum *r* præfectumque* Leptam, maxima calamitate leuatos: cùm præſertim non deberent eſſe obligati: diligentiæ, quòd exiſtimas de tanto officio meo, tanto etiam periculo nec ſciſſe me quidquam, *s* nec cogitaſſe, ſcribam, quidquid voluiſſet, cùm id mihi ne recitaſſet quidem, retuliſſe: prudentiæ, *t* cùm rem à me 5 ne inſipienter quidem 'cogitatã *v* putes. Nam & Voluſij liberandi meum fuit conſiliũ: 6 &, vt multa tam grauis Valerianis prædibus, ipſiſque T. Mario depelleretur, à me inita ratio eſt: quam quidem omnes non ſolùm probant, ſed etiã laudant: &, ſi verum ſcire vis, hoc vni ſcribæ meo intellexi non nimiùm placere. Sed ego putaui eſſe viri boni, cùm populus ſuum ſeruaret, conſulere fortunis tot vel amicorum, vel ciuium. *x* Nam de Lucceio eſt ita actum, vt auctorem Cn. Pompeio, iſta pecunia in fano poneretur. id ego agnoui meo iuſſu eſſe factum. qua pecunia Pompeius eſt vſus, *y* vt tua, quam tu depoſueras, Sextius. *z* Sed hoc ad te nihil intelligo pertinere. Illud me non animaduertiſſe, moleſtè ferrem, vt adſcriberem, te in fano pecuniam iuſſu meo depoſuiſſe, niſi iſta pecunia grauiſſimis eſſet, certiſſimiſq; monumentis teſtata, cui data, quo ſenatuſconſulto, quibus tuis, quibus meis literis P. Sextio tradita eſſet. Quæ cùm viderem tot veſtigijs impreſſa, vt in his errari non poſſet: non adſcripſi id, quod tua nihil referebat. Ego tamen adſcripſiſſe mallem, quando id te video deſiderare. Sicut ſcribis tibi id eſſe referendum: *a* idem ipſe ſentio: neque in eo quidquam à meis rationibus diſcrepabunt tuæ. Addes enim tu meo iuſſu, † *b* quòd ego numquam addidi: nec cauſa eſt, cur negem: nec, ſi eſſet, & tu nolles, negarem. Nam de *c* ſeſtertijs

non

r L. præfectúmque max.

* L. Q. Leptam. Carol. Ste. nõ habet Leptam.

s al. nec cogitauiſſe.

t L. cùm rẽ à me nõ inſipienter excogitatam, ne cogitatã quidẽ putes

* al. ex cogitatã quidẽ putes. alij, non inſipiẽter actam, ne cogitatam quidẽ putes.

v al. putas.

x L. Nam dẽ Logio, ita 'eſt act.

y al. vt tua, quam tu depoſueras ex tuis, mendosè.

z L. Sed hæc ad te.

a L. irẽ ipſe.

b al. quod ego non addidi. alij ꝙ ego tunc non addidi. alij, quod ego quidẽ non addidi. al. quod ego qui non addidi.

c L. ſeſtertium.

nongentis millibus, certè ita relatum eſt, vt tu ſiue frater tuus referri voluit. 7 Sed, ſi quid eſt († *d* quando Lucceio parum* prouiſum eſt) quod ego in rationibus referendis etiam nunc corrigere poſſim: de eo mihi, cùm ſenatuſconſulto non ſũ vſus, quid per leges liceat, conſiderandũ eſt. 8 *e* te certè in pecunia exacta ita efferre ex meis rationibus relatis non oportuit, niſi quid me fallit: ſũt enim alij peritiores. Illud caue dubites, quin ego omnia faciam, quæ intereſſe tua, aut etiam velle te exiſtimem, ſi vllo modo facere poſſim. Quod ſcribis de beneficijs: ſcito à me & tribunos militareis, & præfectos, & contubernaleis duntaxat meos delatos eſſe. In quo quidem ratio me fefellit. liberum enim mihi tempus ad eos deferendos exiſtimabam dari. poſteà certior ſum factus, triginta diebus deferri neceſſe eſſe, quibus rationes retuliſſem. Sanè moleſtè tuli, non illa beneficia tuæ potiùs ambitioni reſeruata eſſe, quàm meæ, qui ambitione nihil vterer. De centurionibus tamen, & de tribunorum *f* mil. contubernalibus, res eſt in integro. genus enim horum beneficiorum definitum lege non erat. Reliquum eſt de *g* ſeſtertium centum millibus: de quibus memini mihi à te *h* Myrina literas eſſe allatas, nõ mei errati, ſed tui: in quo peccatum videbatur eſſe, ſi modò erat, fratris tui, & Tullij. Sed cùm id corrigi non poſſet, quòd iam depoſitis rationibus, ex prouincia deceſſiſſemus: credo me quidem tibi pro animi mei voluntate, proq; ea ſpe facultatum, quam tum habebamus, quàm humaniſſimè potuerim reſcripſiſſe. Sed neque *i* tum me humanitate mearum literarum obligatum puto, neque tuam hodie epiſtolam *k* de ſeſtertijs centum ſic accepiſſe, vt ij accipiunt, quibus epiſtolæ per hæc tempora moleſtæ ſunt. Simul illud cogitare debes, me omnem pecuniã, quæ ad me ſaluis legibus perueniſſet, Epheſi apud publicanos depoſuiſſe: id fuiſſe ſeſtertiûm xxii. millia: eam omnem pecuniam

d L. (quando de Logio parum gratum eſt) vel, gratioſum, q. al. (quãdo de Logio parum gratũ viſum eſt q.) al. Logæo. al. Lucceio, Λογείου, locus eſt, vbi rationes referuntur, ac deponũtur.

*al. gratum eſt. alij gratiſſimũ eſt. al. prouiſũ. in antiquis quibuſdam libris eſt, grauiſum. corruptè.

e L. te certè pecuniæ abs te exactæ rationẽ referre ex meis rationibus relatis, non op.

f L. militarium.

g L. H S.

h L. Smyrna, quæ vrbs eſt in Lemno inſula, authores Strab. l. 13. Plin. lib. 4. c. 8.

niam Pompeium abſtuliſſe: quod ego ſiue *l* æquo animo fero, ſiue iniquo: tu de *m* ſeſtertijs centum æquo animo ferre debes, & exiſtimare eo minùs ad te, vel de tuis cibariis, vel de mea liberalitate perueniſſe. Quòd ſi mihi expenſa *n* iſta ſeſtertia centum tuliſſes, tamen, quæ tua eſt ſuauitas, quiq́; in me amor, nolles à me hoc tempore æſtimationem accipere. nam numeratum ſi cuperem, non erat. Sed hæc iocatum me putato, vt ego te exiſtimo. Ego tamen, cùm Tullius rure redierit, mittam eum ad te, ſi quid ad rem putabis pertinere. Hanc epiſtolã cur nõ ſcindi velim, cauſa nulla eſt. Vale.

i q.v.c.non habent tũ. k L. de ſeſtertiûm cẽtum millib. ſic. acc. l L. æquo animo, ſiue iniquo fero. m L.LL. cẽtum millib. æquo. n L. iſta ſeſtertiûm cẽtum millia t.

ARGVMENTVM.

Mutua ſe Meſſenij videndi cupiditate teneri, ſignificat. Domum ſuam à Cæſaris familiaribus frequentari: ſe tamen ſolitudinem (ſi modò ea vti poſſet) eorum ſermonibus anteponere. A literis, optimorumq́; conſiliorum conſcientia, eam conſolationem petere, quam a Meſſenio quoque petendam cenſet. Appropinquari belli Africani exitum, vtra pars vincat crudelẽ fore victoriam, auerſámque penitus eſſe fortunam publicam, nihil tamen iis qui culpa careant eſſe pertimeſcendum. De congreſſu ſpem neque affert, neque adimit. Valitudini tranquillitatiq́; animi vt ſeruiat, hortatur Scripta eſt Cæſare III. & M Lepido Coſs. cũ Cæſar in Africa cõtra Scipionem & Iubam bellum gereret. V. C. DCCIIII.

M. T. C. S. D. L. *o* MESSINIO. 21

GRATAE mihi tuæ literæ fuerunt: ex quibus intellexi, quòd etiam ſine literis *p* arbitrabar, videndi mei te ſumma cupiditate affectum eſſe: quod ego ita libenter accipio, vt tamen tibi non concedam. nam tecum eſſe, *q* ita mihi commoda omnia, quæ opto, contingãt, vt vehemẽter velim. Etenim cùm eſſet maior & virorum, & ciuiũ bonorum, & iucundorum hominum, & amantium mei copia: tamen erat nemo, quicum eſſem libẽtiùs quàm tecum: & pauci, quibuſcum eſſem æquè libenter. hoc verò tempore, cùm alij interierint,

o v.c. Meſſenio. p v. c. arbitrabar, te ſumma cupid. aff. eſſe videndi mei, quod ego, &c. q L. ita mihi omnia, quæ opto. cont.

rint,alij abſint,alij mutati voluntate ſint : vnum, medius fidius, tecum diem libentiùs poſuerim, quàm hoc omne tempus cum pleriſque eorum, quibuſcum viuo neceſſariò. Noli enim exiſtimare, *r* mihi non ſolitudinem iucundiorem eſſe,qua tamen ipſa vti nõ licet, quàm ſermones eorum qui frequentant domum meam,excepto vno,*s* aut ad ſummum altero. Itaque vtor eodem perfugio,quo tibi vtendum cenſeo, literulis noſtris : prætereà *t* etiam conſcientia conſiliorum meorum. Ego enim is ſum, quemadmodum tu facillimè potes exiſtimare,qui nihil vnquam mea potiùs, quàm meorum ciuium cauſa fecerim:cui niſi inuidiſſet is,quem tu numquam amaſti (me enim amabas) & ipſe beatus eſſet,& omnes boni.*v* Ego ſum,qui nullius *x* vim plus valere volui, quàm honeſtum otium:idémque,cùm illa ipſa arma, quę ſemper timueram,plus poſſe ſenſi, quàm illum conſenſum bonorum,quem ego idem effeceram:*quamuis tuta conditione pacem accipere malui,quàm viribus cum valentiore pugnare.y* Sed & hæc,& multa alia corã breui tempore licebit. Neque me tamen vlla res alia Romæ tenet,niſi exſpectatio rerum Africanarum. videtur enim *z* mihi res in propinquum adducta diſcrimen. Puto autem *a* mea nonnihil intereſſe(quamquam idipſum,quid interſit,non ſanè intelligo) verumtamen,quidquid illinc nuntiatum ſit, non longè abeſſe*à conſilijs amicorum. Eſt enim res *b* ipſa iam in eũ locum adducta, vt, quamquam multùm interſit inter eorum cauſas, qui dimicant, tamen inter victorias non multùm interfuturum puten. Sed planè animus, *c* qui dubiis rebus forſitan fuerit infirmior,deſperatis cõfirmatus eſt multùm : quem etiam ſuperiores tuæ literæ confirmarunt:*d* quibus intellexi,quàm fortiter iniuriam ferres:iuuitque me, tibi cùm ſummam humanitatem, tum etiam tuas literas profuiſſe. Verum enim ſcribam: teneriore mihi ani-

r al. mihi ſolitudinem non iucundiorem eſſe &c.

s L. aut ſũmum alt.

t al. conſciẽtia etiã conſil. ſic ſuprà ep. 13.

v L. ego sũ is qui n.

x al. plus valere vim.. volui..

y al. Sed & hæc multa alia coram. &breui tẽp.

z al. res mihi.

a L. nonnihil mea int.

* al. non lõgè abeſſe velim. ſic edit Lamb..

b prouocabulũ, ipſa, abeſt à duobus v.c.

c al. qui forſitã dubiis reb. f.

d al. ex quibus intell.

mo videbare:ſicut omneis ferè, qui vita ingenua, e in beata & libera ciuitate viximus. SED VT ILLA *ſecunda moderatè tulimus*: ſic hanc non ſolùm aduerſam, ſed etiam funditus euerſam fortunam fortiter ferre debemus: vt hoc ſaltem in maximis malis boni conſequamur, VT MORTEM QVAM ETIAM *beati contĕnere* f *debebamus*, propterea quòd nullum ſenſum eſſet habitura, nunc ſic affecti nō modò contemnere g debeamus, ſed etiam optare. Tu, ſi me diligis, fruere iſto otio, tibique perſuade; * PRAETER CVLPAM AC PECCATVM, quo ſemper caruiſti, & carebis, *homini accedere nihil poſſe, quod ſit horribile aut pertimeſcendum.* Ego ſi videbitur rectè fieri poſſe, ad te veniam breui: ſi quid acciderit, vt mutandum conſilium ſit: te certiorem faciam ſtatim. Tu ita fac cupidus mei videndi ſis, vt iſtinc te ne moueas tam infirma *h* valetudine, niſi ex me priùs quęſieris per literas, quid te velim facere. Me velim, vt facis, diligas, *i* valetudinique tuæ & tranquillitati animi ſeruias. Vale.

e L. in beata ciuitate, & libera viximus.

f al. debeamus.

g L. audeamus, ſed.

* Sic l.6.ep. 1.

h v.c. valitudine.

i v.c. valitudinique.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD FAMILIAREIS, Liber VI. Ad A. Torquatum.

ARGVMENTVM.

Torquatum, quòd Pompeÿ partes ſecutus eſſet, tū Athenis exulantem, collectis iis quæ ad conſolandum valeant, à mœrore animi & ſollicitudine ad tranquillitatem ſtudet reuocare. Cur Hiſpaniēſis belli tempore ſcriptam eſſe hanc epiſtolam ſuſpicetur Manutius, vide eius in eandem argumentum.

M. CICERO S. D. A. TORQVATO. I

ETSI ea perturbatio eſt omnium rerum, vt ſua quemque fortunæ maximè pœniteat: nemóq;

 ſit,

ſit, quin vbiuis, quàm ibi vbi eſt, eſſe malit: tamē mihi dubium non eſt, quin hoc tempore, bono viro Romæ eſſe miſerrimum ſit. Nam, etſi, quocumque in loco *a* quiſque eſt, idem eſt ſenſus, & eadem acerbitas ex interitu rerum publicarum, & ſuarum: TAMEN OCVLI AVGENT DOLOREM qui ea, quæ ceteri audiunt, intueri coguntur: nec auertere à miſeriis cogitationem ſinunt. Quare etſi multarum rerum deſiderio te angi neceſſe eſt: tamen illo dolore *b* quo maximè te confici audio, quòd Romæ non ſis, animum tuū libera. Etſi enim cum magna moleſtia tuos, tuáq; deſideras: tamen illa quidem: quæ requiris, ſuum ſtatum tenent: nec meliùs, ſi tu adeſſes, tenerēt: nec ſunt vllo in proprio periculo. Nec debes tu, cùm de tuis cogitas, aut præcipuam aliquā fortunam poſtulare, aut communem recuſare. De te autem ipſo Torquate, eſt, tuum ſic agitare animo, vt non adhibeas in conſilium cogitationū tuarum, deſperationem aut timorem. Nec enim * is, qui in te adhuc iniuſtior, quàm tua dignitas poſtulabat, fuit, non magna ſigna dedit animi erga te mitigati. Nec tamen is ipſe, à quo ſalus petitur, habet explicatam aut exploratam rationem ſalutis ſuæ, CVMQVE OMNIVM *bellorum exitus incerti ſint*: ab altera victoria tibi periculū nullum eſſe perſpicio, quod quidem ſeiunctum ſit ab omnium interitu, ab altera teipſum numquam timuiſſe *c* certò ſcio. Reliquum eſt, vt tē idipſum, quod ego quaſi conſolationis loco pono, maximè excruciet; commune periculum reipu. cuius tanti mali, quamuis docti viri multa dicant, tamē 2 vereor, *d* ne conſolatio vlla poſſit vera reperiri, præter illam, quæ tanta eſt, quantum in cuiuſque animo roboris eſt, atque neruorum SI ENIM BENE *ſentire, rectéque facere ſatis eſt ad benè beatique viuendum.* 3 vereor, ne eum, qui ſe optimorum conſiliorum conſcientia ſuſtentare poſſit, miſerum eſſe † * nefas ſit dicere. NEC enim nos arbitror vi-

ctoriæ:

a o.v.c. & I. quiſquis eſt.

b q.v.c. quo te maximè.

* Cæſarem intelligit.

c uno v. c. certū ſcio.

d I. ne conſolatio nulla poſsit vera reperiri pr. & ita v.c. al. vereor vt conſolatio vlla.

* al. nefas non ſit. & ita Vrſinus.

ctoriæ præmiis ductos, patriam olim, & liberos, & fortunas reliquiſſe: † ſed quoddam nobis officiũ, iuſtũ & piũ & debitũ reip. noſtræque dignitati *e* videbatur: qui neque cùm id faciebamus, tã eramus amentes, vt explorata nobis eſſet victoria. Quare ſi id euenit, quod ingredientibus nobis in cauſam propoſitũ fuit accidere poſſe non debemus ita cadere animis, quaſi aliquid euenerit, quod fieri poſſe nũquã putarimus. *f Simus igitur ea mente, quam ratio, g & veritas præſcribit, vt nihil in vita nobis præſtandum, præter* * *culpam putemus*: eáque cùm careamus, omnia humana placatè & moderatè feramus. Atque hæc eò pertinet oratio, vt perditis rebus omnibus, tamen ipſa virtûs ſe ſuſtentare poſſe videatur. Sed ſi eſt ſpes aliqua rebus communibus, ea tu, quicumque ſtatus eſt futurus, care non debes Atque hoc mihi ſcribenti veniebat in mentem, me eum eſſe, cuius tu deſperationem accuſare ſolitus eſſes: quęque auctoritate tua cunctantem & diffidentem excitare. Quo quidem tempore non ego * cauſam noſtrã, ſed concilium improbabam. Sero enim nos iis armis aduerſari videbam, quę multò antè cõfirmata per noſmetipſos erãt: dolebámque pilis, & gladiis, non conſiliis, *h* neque auctoritatibus noſtris de iure publico diſceptari Neque ego ea, quæ facta ſunt, fore cùm *i* dicebam diuinabam futura, ſed, quod & fieri poſſe, & exitioſum fore, ſi eueniſſet, videbam: id ne accideret, timebam: præſertim cùm ſi mihi alterutrum de euentu atque exitu rerum promittendum eſſet, id futurum quod euénit explorata iã... poſſem promittere. Iis enim rebus præſtabamus, quæ non prodeunt in aciem: vſu autem armorum, & militum robore inferiores eramus: *k* Sed tu illum animum nunc adhibe, quæſo, quo me tum eſſe oportere cenſebas. Hæc eò ſcripſi, quòd mihi *l* nunc † Philargyrus * tuus omnia de te requirenti, *m* fideliſſimo animo (vt mihi quidẽ viſus eſt) narrauit, *n* te interdum

e L. videbamur ſequi nec cum id *f.* ita in veteri quodã libro ſcriptum eſſe teſtatur Vrſinus.
f. q. v. c. putauerimus.
g al. & virtus.
* al. & rei veritas.
* ſic ſuprà lib. 5. ep. 8.

* li. 4. ep. 7.

h al. nec.
i al. docebã.
k q. v. c. Sed tu nunc illũ animũ, & et *l* aduerbiũ, nunc, abeſt ab o. v. c.
* al. Pylargirus.
m al. fidiſſimo.
n q. v. c. te ſollicitum interdũ ſolere eſſe vt...

dũ ſollicitum ſolere eſſe vehementiùs : quod facere non debes, nec dubitare, quin aut aliqua rep. ſis futurus, qui eſſe debes: aut perdita, non afflictiore conditione,quàm ceteri. Hoc verò tẽpus,quo exanimati omnes,*o* & ſuſpẽſi ſumus, hoc moderatiore animo ferre debes, quòd & in ea vrbe es,vbi * nata & alta eſt ratio,ac moderatio vitæ:& habes Ser. Sulpicium,quem ſemper vnicè dilexiſti, qui te profectò & *p* beneuolentia, & ſapientia conſolatur. cuius ſi eſſemus & auctoritatem & conſilium ſecuti: togati potius potentiam, quàm armati victoriam *q* ſubiiſſemus. Sed hæc longiora fortaſſe fuerunt, quàm neceſſe fuit: illa, quæ maiora ſunt,breuiùs exponam. Ego habeo, *r* cui plus quàm tibi, debeam, neminem. quibus tantum debebam,quãtum tu intelligis. * eos mihi huius belli caſus eripuit. Qui ſim autẽ hoc tẽpore intelligo. ſed quia NEMO EST tam afflictus, *qui, ſi nihil aliud ſtudeat,niſi id quod agit, non poſſit nauare aliquid,& efficere*: *s* omne meum conſiliũ, operam,ſtudium,certè velim exiſtimes tibi tuiſq; liberis eſſe debitum. Vale.

o q.v.c. ac ſuſp.
* Vide I. de Oratore.13. & Oratio pro Fl.
p v.c.beniuolentia.
q v.c.ſubiſſemus.
r q.v.c. qui plus debeã, quàm tibi nem.
* Cn. Pompeiũ & Lentulum.
s q.v.c. omne meũ ſtudium, operam, conſilium,certè, &c.

ARGVMENTVM.

Spem aliquam adfert reconciliato Cæſaris animo. Eodem anno ſcripta.

M. T. C. A. TORQVATO S. D. 2

PETO à te ne me putes obliuione tui rariùs ad te ſcribere, quàm ſolebam : ſed aut grauitate *t* valetudinis:qua tamẽ iam paululũ videor leuari: aut quòd abſim ab vrbe, vt, qui ad te proficiſcãtur,ſcire non poſſim. Quare velim ita ſtatum habeas,me tui memoriã ſũma * cũ beniuolẽtia tenere,tuáſque omneis res non minori mihi curæ,quã meas eſſe. Quod maiore in varietate verſata eſt adhuc tua cauſa,quã homines, aut volebant, aut opinabantur:mihi crede,nõ eſt pro malis temporũ,quòd moleſtè feras. Neceſſe eſt enim aut armis vrgeri rẽp. ſẽpiternis,aut his poſitis, recreari aliquando,aut funditus interire. Si arma valebũt:

t d v.c. valitudinis.
* Lamb. cũ præpoſitionem nõ habet.

nec eos *u* à quibus receperis, vereri debes : nec eos quos *x* adiuuiſti. Si armis aut conditione poſitis, aut defatigatione abiectis, aut victoria detractis, ciuitas *y* reſpirauerit, & dignitate tua frui tibi, & fortunis licebit. Sin omnino interierint omnia, fueritque is exitus, quem vir prudentiſſimus M. Antonius iam tum timebat, cũ tantũ inſtare malorum ſuſpicabatur, miſera eſt illa quidẽ conſolatio, tali præſertim ciui, & viro: ſed tamen neceſſaria, NIHIL ESSE *præcipuè cuiquam dolendũ in eo, quod accidat vniuerſis.* Quæ vis inſit in his paucis verbis (plura enim cõmittenda epiſtolæ non erant) ſi attendes, quod facis, profectò etiam ſine meis literis intelliges, te aliquid habere quod ſperes: *z* nihil, quod aut hoc, aut aliquo reip. ſtatu timeas: omnia ſi interierint, cũ ſuperſtitem te eſſe reip. ne ſi liceat quidẽ, velis, ferendã eſſe fortunã, preſertim quę abſit à culpa. Sed hęc hactenus. Tu velim ſcribas ad me, quid agas, & vbi futurus ſis, vt, aut quò ſcribam, aut quò veniam, ſcire poſſim. Vale.

u L.d. quibus receſſeris.
x q.v.c. adiuiſti. vi. Vict. in caſtig. in hunc lo.
y q.v.c. reſpirarit.
z L. nihilq; quod aut hoc, &c. & ita o.v.c.

ARGVMENTVM.

Conſolatur Torquatum. Primùm quòd ita viuere, vt non ſit viuendum, miſerrimum ſit. Secundò a communi hominum conditione. Tertiò à vita innocenter traducta. Tandem ab ipſa quæ malorum ſenſum adimit morte. Scriptam paucis poſt primam diebus, notat Manutius.

M. T. C. S. D. A. TORQVATO. 3

SVPERIORIBVS literis *a* beneuolẽtia magis adductus, quàm quòd res ita poſtularet, fui longior. * Neque enim confirmatione noſtra egebat virtus tua: neq; erat ea mea cauſa atque fortuna, vt cui ipſi omnia deſſẽt *b* alterũ cõfirmarẽ. Hoc itẽ tẽpore breuior eſſe debeo. ſiue enim tũ nihil opus fuit, tã multis verbis, nihilo magis nũc opus eſt, ſiue opus fuit, illud ſatis eſt, præſertim cũ acceſſerit nihil noui. Nam etſi quotidie aliquid au-

a v.c. beniuolentia.
* Hinc ſerſiſ do loco ſcriptã eſſe ſ ic epiſtolã notat Manutius.
b forr. ego alterũ conſ.

audimus earum rerum, quas ad te perferri exiſtimo: ſumma tamen eadem eſt, & idē exitus, quē ego tā video animo, quā ea quæ oculis cernimus. nec verò quidquam video, *d* quod non idem te videre certo ſciam. Nam etſi quem exitum acies habitura ſit, diuinare nemo poteſt, tamen & belli exitum video: &, ſi id minus, hoc quidem certè, cùm ſit neceſſe alterutrum vincere, qualis futura ſit vel hæc, vel illa victoria. Idque cùm optimè perſpexi, tale video, nihil vt mali videatur *e* eſſe futurum, ſi id vel antè *f* ceciderit, quod vel maximum ad timorem proponitur. ITA ENIM VIVERE VT NON SIT VIVENDVM, *miſerrimum eſt. mori autem nemo ſapiens miſerum duxit, ne beato quidem.* Sed in ea es vrbe, in qua hæc, vel plura, & ornatiora parietes ipſi loqui poſſe videantur. Ego tibi hoc confirmo, ETSI LEVIS EST *conſolatio ex miſeriis aliorum*, nihilo te nunc maiore in diſcrimine eſſe, † *g* quā quēuis aut eorum, qui diſceſſerint, aut eorū, qui remanſerint. alteri *h* dimicant: alteri victorē timent. Sed hæc conſolatio leuis, illa grauior, qua te vti ſpero: ego certè vtor. nec enim, dum ero, angar vlla re, cùm omni vacem culpa: & ſi non ero, ſenſu omninò carebo. Sed rurſus γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, qui ad te hæc. Mihi tu, tui, tua omnia *i* maximè curæ ſunt, &, dum viuam, erunt. Vale.

d al. quod non itē te vid.
e eſſe, abeſt ab o. v.c.
f L. acciderit.
g q.v.c. quā quēuis eorum, qui diſceſſerint, alteri dimicāt &c. mendoſè. ita Pantagora. al. quum quēuis aut eorum qui diſceſſerint alteri dimicāt. Victor.
h L. enim dimicant.
i L. maximæ.

ARGVMENTVM.

Propinquum eſſe belli exitum ſcribit. Torquatum in publicis malis conſolatur. Studium tandem & diligentiā in iis rebus, quæ ad Torquatum pertinent, pollicetur. Scripta paucis diebus poſt proximè præcedentem.

M. T. C. A. TORQVATO, S. D. 4

NOvi, quod ad te ſcriberē, nihil erat: & tamē, ſi quid eſſet, ſciebā te à tuis certiorē fieri ſolere. De futuris autem rebus etſi ſemper difficile eſt dicere, tamen interdū coniectura poſſis propius accedere, cùm res eſt eiuſmodi, cuius exitus

k proui

k prouideri poſſit. Nunc tantùm videmur intelligere *l* non diuturnũ bellum: etſi idipſum nonnullis videatur ſecus. Equidem cùm hæc ſcribebam, aliquid iam actũ putabam: † *m* non quò ego certò ſcirem, ſed quòd haud difficilis erat coniectura. NAM CVM *omnis belli Mars communis, & cùm ſemper incerti exitus præliorum* n *ſunt*. tum hoc tẽpore ita magnæ vtrinque copię, ita paratæ *o* ad pugnandum eſſe dicuntur, vt vtercumque vicerit, nõ ſit mirum futurũ. Illa in dies ſingulos magis magiſque opinio hominum confirmatur, etiã ſi inter cauſas armorum aliquantũ interſit, tamen inter victorias non multũ interfuturũ. Alteros propemodum iã ſumus experti: de altero, nemo eſt, quin cogitet, quàm ſit metuẽdus iratus victor armatus. Hoc loco ſi videor augere dolorem tuum, quẽ conſolando leuare debebã, fateor me cõmuniũ malorum conſolationẽ nullam inuenire, præter illã: quæ tamen, ſi poſſis eam ſuſcipere, maxima eſt, quáque ego quotidie magis vtor: CONSCIENTIAM *rectæ voluntatis, maximã conſolationẽ eſſe rerum incommodarum:* NEC ESSE VLLVM MAGNVM MALVM, *præter culpam*. A qua quando tãtũ abſumus, vt etiã optimè ſenſerimus: euentúſq; magis noſtri conſilij quàm conſilium reprehendatur: *p* & quandę præſtitimus, quod debuimus, mederatè, quod euenit, feramus. Sed hoc mihi tamẽ nõ ſumo, vt te cõſoler de cõmunibus miſeriis, *q* quæ ad conſolandũ, maioris ingenij, & ad ferẽdũ, ſingularis virtutis indigent. Illud cuiuis facilè eſt docere, cur præcipuè tu dolere nihil debeas. Eius enim, qui tardior in te * aliquando fuit, quàm fore putaramus, non eſt mihi dubia de tua ſalute ſententia. de aliis autem non arbitror te exſpectare quid ſentiam. Reliquũ eſt, vt te angat: quòd abſis à tuis tamdiu. *r* Res moleſta, præſertim ab iis pueris, quibus nihil poteſt eſſe feſtiuius. Sed vt * antea ad te ſcripſi, tempus eſt huiuſmodi, vt ſuam quiſque conditionem miſerrimam pu-

k L. præuideri.
l L. non diuturnum bellũ fore etſi.
m Lamb. non quòd e. c. ſc. ſed quòd haud diff.
* al. non quorſum quòd difficilis erat cõiectura. ita Pantag. alij, putabã quò ego certò ſciam, ſed quòd difficilis erat cõiectura. al. putabã non quo modo, ſed quòd difficilis erat coniectura. al. nõ difficilis erat.
n Lãb. ſint.
o al. ad depugnãdum.
p al. & quoniam præſt.
q o. v. c quę ad conſol.
* Lamb. leuãdo, rectè.
r L. Res moleſta eſt, pr.
* epiſtol. 1.

putet:&,vbi quiſque ſit,ibi eſſe minimè velit. Equidem,nos quòd Romæ ſumus,miſerrimum eſſe duco,non ſolùm quòd in omnibus malis ACERBIVS EST VIDERE, *quàm audire*:ſed etiam, quod ad omneis caſus ſubitorum periculorum magis obiecti ſumus,quàm ſi abeſſemus, etſi meipſum, conſolatorē tuum,non tantum literæ,quibus ſemper ſtudui, quantum longinquitas temporis mitigauit. s Quanto fuerim dolore, meminiſti In quo prima illa conſolatio eſt, vidiſſe me plus,quã ceteros,cùm cupiebam, t quauis iniqua conditione,pacem.Quod etſi caſu, u non diuinatione mea factum eſt: tamen hac inani prudentiæ laude delector.Deinde quod mihi ad conſolationem commune tecum eſt, ſi iam vocer ad exitum vitæ, nõ ab ea rep auellar,qua carendum eſſe doleam,præſertim cùm id ſine vllo ſenſu futurũ ſit. Adiuuat etiam ætas,& acta iam vita: quæ cùm curſu ſuo bene confecto delectatur,tũ vetat in eo vim timere:quò nos iam natura ipſa penè perduxerit. Poſtremò,is vir,vel etiam ij viri, hoc bello ciderunt, vt * impudentia videatur eandem fortunã,ſi res cogat,recuſare.Equidē mihi omnia propono:nec vllum eſt tãtum malum, quod non putem impendere. SED CVM PLVS *in metuendo mali ſit,quàm* x *in illo ipſo, quod timetur*,deſino: præſertim cùm id impendeat, in quo non modò dolor nullus,verùm finis etiam doloris futurus ſit. Sed hæc ſatis multa, vel plura potiùs, quàm neceſſe fuit. facit autem non loquacitas mea, ſed y beneuolentia longiores epiſtolas. Seruium diſceſſiſſe Athenis, * moleſtè tuli. non enim dubito, quin magnę tibi leuationi z ſit ſolitus eſſe quotidianus congreſſus,& ſermo cùm familiariſſimi hominis, tum optimi & prudentiſſimi viri. Tu velim te, vt debes, & ſoles,tua virtute ſuſtentes. Ego, quæ te velle,quæque ad te,& ad tuos pertinere arbitrabor,omnia ſtudioſè, diligentérque curabo: quæ cùm faciam, a beneuolentiam tuam erga me imitabor,

s L. Quanto fuerim in dolore.
t v.c. quammis iniqua, &c.& ita L.
v q.v.c.non mea diuinatione f.
* ad. impudētis. & ita Lamb.
x v.c.in ipſo illo,q. & ita L.
y v.c. beniuolentia.
* ſup.2.
z L. ſolitus ſit eſſe, &c. & ita o.v.c.
a v.c. beniuolentiam.

labor, merita non aſſequar. Vale.

ARGVMENTVM.

Cæcinam, qui non modò contra Cæſarem pugnauerat pro Pompeio, verùm & Cæſari edito libro maledixerat, patria carentem conſolatur Cicero, & bene de ſeipſo & fortunis ſuis iubet ſperare in poſtremo ſtudia ſua pollicetur. Scripta fuit paulò antequã Cæſar contra Pompeij liberos iret in Hiſpaniã. Vide Manutium.

M. T. C. A. CAECINAE, S. D. 5

QVOTIESCVMQVE filium tuum video (video autem ferè quotidie) polliceor ei ſtudiũ quidem meum, & operam ſine vlla exceptione aut laboris, aut occupationis, aut temporis: gratiam autem, atque auctoritatem, cùm hac exceptione, * quantum valeam, quantúmque poſſim. Liber tuus & lectus eſt, & legitur à me diligenter, & cuſtoditur diligentiſſime. Res & fortunæ tuæ mihi maximæ curæ ſunt, quæ quidem quotidie *b* faciliores mihi & meliores videntur: multíſque video magnæ eſſe curæ, quorum de ſtudio, & de ſua ſpe filium ad te perſcripſiſſe, certò ſcio. His autem de rebus, quas coniectura conſequi poſſumus, nõ mihi ſumo, vt plus ipſe *c* proſpiciam, quàm te videre atque intelligere mihi perſuaſerim: ſed tamen, quia fieri poteſt, vt tu ea perturbatiore animo cogites, puto eſſe meum, quid ſentiam, exponere. Ea natura rerum eſt, & is temporum curſus, vt non poſſit iſta aut tibi, aut ceteris fortuna eſſe diuturna: neque hærere in tã bona cauſa, & in tam bonis ciuibus tam acerba iniuria. 1 * Quare ad eã ſpem, quam extra ordinem *d* te ipſo habemus, nõ ſolùm propter dignitatem, & virtùtem tuã (hæc enim ornamenta ſunt tibi etiam cum aliis communia, accedunt tua præcipua propter eximiũ ingeniũ, ſummãque virtutẽ: cui mehercule, hic, cuius

b al. felicio res.

c L. reſpiciam.

* alij Quapropter ad eam ſpem quam de te ipſo habemus non ſolũ propter dignitatem & virtútem tuã (hæc enim ornamenta ſunt tibi cum aliis communia) ſed etiã accedunt tua præcipua.

d L. de te ipſo habemus, propter dignitatẽ, & virtutem, tuã, h. en. orn. ſ.t.& c.al.c.

accedunt tua præc. prop.exim. ing. ſūmmā que doctrinā cui meher.

in poteſtate ſumus multum tribuit. Itaque ne pūctum quidem temporis in iſtā for una fuiſſes, niſi eo ipſo bono tuo, quo delectatur, ſe violatum putaret. quod ipſum leniter quotidie, ſignificaturq; nobis ab iis, qui ſimul cum eo viuunt, tibi hūc ipſam opinionem ingenij apud ipſum plurimum profuturam. Quapropter primùm fac animo forti atque magno ſis ita enim natus, *e* ita educatus, ita doctus es, ita etiam cognitus, vt tibi id faciendum ſit: deinde ſpem quoque habeas firmiſſimam propter eas cauſas, quas ſcripſi. A me verò tibi omnia, liberiſque tuis paratiſſima eſſe, cōfidas velim. Id enim & vetuſtas noſtri amoris, & mea conſuetudo in meos, & tua multa erga me officia poſtulant. Vale.

e q.v.c. educatus.

ARGVMENTVM.

Spem facit Cacinæ redintegrandi ſtatus, ductis cōiecturis à Cæſare ipſo, & rerum, temporūque natura. Deinde eum conſolatur propoſita fortitudinis laude, rectè factorum conſcientia, literarum delectatione, ducum calamitate, reique publicæ perturbatione.

Scripta eōdem tēpore, antè proximè ſuperiorē.

M. T. C. A. CAECINAE, S. D. 6

fal. Non vereor.

* al. & ſtudiorū pariū coniunctione.

gq.v.c. quas tibi pridē, & ſæpe miſ.

h L. differetur.

i L. & omni ſpe ſaluris orb. & ita v.c.

[1] VERROR, ne deſideres officiū meū: quod tibi pro noſtra & meritorū multorū, & ſtudiorū * & partiū cōiunctione deeſſe nō debet: ſed tamen vereor, ne literarū à me officiū requiras: *g* quas tibi & iampridem, & ſæpe miſiſſem, niſi quotidie melius exſpectans, gratulationem, quàm confirmationem animi tui cōplecti literis maluiſſem. Nūc autem, vt ſpero breui gratulabimur. Itaque in aliud tempus id argumentum epiſtolæ *h* differo. His autem literis animum tuum, quem minimè imbecillum eſſe & audio, & ſpero, etſi non ſapientiſſimi, at amiciſſimi hominis auctoritate, confirmandum etiam atque etiam puto: nec iis quidem verbis, quibus te conſoler vt afflictum, *i* & iam omni ſpe ſalutis orbatum, ſed vt eum, de cu-

cuius incolumitate non plus dubitem,quã te meminiſſe dubitare de mea. Nam cùm me ex republ. expuliſſent ii, qui illam cadere poſſe, ſtante me, non *k* putarunt: nemini me ex multis hoſpitibus, qui ad me ex Aſia,in qua tu eras venerant, audire, te de * glorioſo & celeri reditu meo confirmare. Si te ratio quædam Etruſcæ diſciplinæ, quam * à patre nobiliſſimo, atque optimo viro, acceperas, non fefellit: ne nos quidem noſtra diuinatio *l* fallet: quam tum ſapientiſſimorũ virorũ monumentis,atque præceptis,plurimóque,vt ſcis, doctrinæ ſtudio,tum magno etiam vſu tractandæ reip. magnáque noſtrorum temporum varietate conſecuti ſumus.Cui quidem diuinationi hoc plus cõfidimus, quòd ea nos nihil in his tam obſcuris rebus,támque perturbatis vmquã omninò fefellit. Dicerem, quæ antea futura dixiſſem,ni vererer, ne ex euentis fingere viderer. Sed tamen plurimi ſunt teſtes,me & initiò, ne coniungeret ſe cum Cæſare,monuiſſe Pompeium,& poſtea, ne ſeiungeret. coniunctione frangi ſenatus opes: diſiunctione ciuile bellum excitari videbam. *m* Atqui vtebar familiariſſimè Cæſare: Pompeiũ faciebam plurimi: ſed erat meum conſilium cùm fidele Pompeio,tum ſalutare vtrique.*n* Quæ propterea *o* prouiderim, prætereo. Nolo enim, hunc de me optimè meritum,exiſtimare, ea me ſuaſiſſe Pompeio, quibus ille ſi paruiſſet,eſſet hic quidem clarus in toga,& princeps: ſed tantas opes, quantas nunc habet,non haberet. * Eundum in Hiſpaniã cenſui: quod ſi feciſſet,ciuile bellum nullum omnino fuiſſet. Rationem haberi abſentis nõ tam pugnaui vt liceret,quàm vt,quãdo,ipſo conſule* pugnãte,populus iuſſerat haberetur. Cauſa belli orta eſt. quid ego prætermiſi aut monitorum,aut querelarum, cũ vel iniquiſſimã pacem iuſtiſſimo bello anteferrent? Victa eſt auctoritas mea nõ tam à Pompeio(nam is mouebatur) quàm ab iis qui duce Pompeio freti, peropportunam & * rebus domeſti-

k L.putarũt.al. putauerunt.
* poſt menſes ſeptendecim in vrbẽ, in Italiam verò poſt 16. vide Plutarc. & Appia.
* Vide inf. ep.9.& l.13. ep.66.
l L.fallit.

m al. Atquin.v.c.Atque.
n q.v.c.Quę poſtea prouiderim.
o al.præuiderim.
* Vide lib. 16.ep.16.

* Pompeio vide 8. ad Att.ep.3.

*vide 9.Att. ep.9.

domeſticis & cupiditatibus ſuis illius belli victoriam fore putabant. Susceptum bellũ eſt, * quieſcente me: depulſum ex Italia, manẽte me, quoad potui: ſed valuit apud me plus pudor meus, quàm timor. veritus ſum deeſſe Pompeij ſaluti, † cùm ille *p* aliquando nõ defuiſſet meæ. Itaque vel officio, vel fama bonorũ, vel pudore victus. vt in fabulis Amphiaraus, ſic ego prudens, & ſciens, ad peſtem ante oculos poſitã ſum profectus. Quo in bello nihil aduerſi accidit non prædicente me. Quare, quando, vt augures & aſtrologi ſolent, ego quoq; augur publicus ex meis ſuperioribus prædictis conſtitui apud te auctoritatem augurij, & diuinationis meæ: debet habere fidem noſtra prædictio. Non igitur ex alitis inuolatu, nec è cãtu ſiniſtro oſcinis, vt in noſtra diſciplina eſt, *r* nec è tripudiis * ſoliſtimis, *s* aut ſomniis tibi auguror: ſed habeo alia ſigna, quæ obſeruem: quæ etſi non ſunt certiora illis, minus tamen habent vel obſcuritatis, vel erroris. Notantur autẽ mihi ad diuinandum ſigna duplici quadam via: quarũ alterã duco è Cæſare ipſo: alterã è tẽporum ciuilium natura, atque ratione. In Cæſare hæc ſunt: mitis, cleménſq; natura, qualis exprimitur, præclarè illo libro Querelarum tuarum. Accedit, quòd mirificè ingeniis excellentibus, quale eſt tuum, delectatur. præterea cedit multorũ *t* iuſtis & officio incenſis non inanibus, aut ambitioſis voluntatibus. In quo vehementer eũ conſentiens Etruria mouebit. Cur hæc igitur adhuc parum profecerunt? Quia non putat ſe ſuſtinere cauſas poſſe multorũ, ſi tibi, cui iuſtiùs videtur iraſci poſſe, cõceſſerit. Quæ eſt igitur, inquies ſpes ab irato? *u* Eodẽ fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, è quo ſit leuiter adſperſus. Poſtremo homo eſt valde acutus, & multùm prouidens. intelligit, te, hominẽ in parte Italiæ minime contẽnenda, facile omniũ nobiliſſimum, & in communi rep. cuiuis ſummorũ tuæ ætatis, vel ingenio,

* vide lib. 4. ep. 7.

p al. aliquãdo defuiſſet meæ. ita Vrſinus.

q. v. c. vt in fabula Amphi. vide Diodor. 5. Pauſan. Cicer. 1. de Inuent. & in verrem.

* al. volat. vide Feſtũ in vulatu & eſtimes.

r v. c. nec ex trip.

* vide Feſtũ in Puls. & in Solliſtimum.

s L. aut ſoniuiis.

* vide Feſtũ in Soniuio.

t al. iuſtis præcibus & offic. inc.

u L. Ex eodem fonte.

genio, vel gratia, vel fama populi R. parem, non poſſe x prohibere à rep. diutius. Nolet hoc temporis potiùs eſſe aliquando beneficium quàm iã ſuum. Dixi de Cæſare. nunc dicam de temporum, rerúmque natura. Nemo eſt tam inimicus ei cauſæ, quã Põpeius animatus melius, quàm paratus ſuſceperat, qui nós malos cineis dicere aut homines improbos audeat. In quo admirari ſoleo grauitatem, & iuſtitiam, & ſapientiã Cæſaris: qui nunquam, niſi honorificentiſſimè, Pompeiũ appellat. At in eius perſonam multa fecit aſperiùs. Armorum iſta, & victoriæ ſunt facta, non Cæſaris. At nos quemadmodum eſt complexus? Caſſium ſibi legauit: Brutum Galliæ præfecit: Sulpicium Græciæ: Marcellum, cui maximè z ſuccenſebat, cum ſumma illius dignitate reſtituit. Quò igitur hæc ſpectant? Rerum * hoc natura, & ciuiliũ temporum non patientur: † nec * manens, nec mutata ratio feret: primũ, vt non in cauſã pari eadem ſit & conditio & fortuna omniũ: deinde, vt in eã ciuitatem boni viri, & boni ciues nulla ignominia notati non reuertantur, in quam tot nefariorum ſcelerũ condemnati reuerterunt. Habes augurium meum, quo ſi quid addubitarem, non potiùs vterer, quàm illa conſolatione, qua facilè fortem virum ſuſtentarem: te, ſi explorata victoria arma ſumſiſſes pro republ. (ita enim tum putabas) non nimis eſſe laudandum: ſin, propter incertos exitus euentúſque bellorum poſſe accidere vt vinceremur, putaſſes: non debere te ad ſecundam fortunam bene paratum fuiſſe: aduerſam ferre nullo modo poſſe. Diſputarem etiam, quanto ſolatio tibi conſcientia tui facti, quantæ delectationi in rebus aduerſis literæ eſſe deberent. Commemorarem non ſolùm veterum, ſed & horum etiam recentium vel ducum, vel comitum tuorum grauiſſimos caſus. Etiam externos multos claros viros nominarem. LEVAT ENIM DOLOREM COMMVNIS QVASI

x L. prohiberi. & ita v.c.

y prouocabulum, qui non comparet in libris manuſ. neq; agnoſcit L. & locat inter puncti notam poſt Cæſaris.

z v.c. ſuſcẽſebat.

* Vrſ. natura non patietur ciuilium temporũ, nec.

Ar. manens nec mutata ratio feret.

* Vrſ. nec cõmunis vita ratio feret.

QVASI LEGIS ET HVMANAE CONDITIONIS RECORDATIO. Exponerem etiam, quemadmodum hic, & quanta in turba, quantáque in confuſione rerum omniũ viuere mus. neceſſe eſt n. minore deſiderio perdita reparare, quàm bona. Sed hoc genere nihil opus eſt: incolumẽ te citò, vt ſpero, vel potius, vt * perſpicio, videbimus, interea tibi abſenti, & huic, qui adeſt, imagini animi & corporis tui, conſtantiſſimo, atque optimo filio tuo, ſtudium, officium, operam, laborem meum iampridem & pollicitus ſum, & detuli: nunc hoc amplius, quod me amiciſſimè quotidie magis Cæſar amplectitur: familiares quidem eius, ſicuti neminẽ. Apud quẽ quidquid valebo vel auctoritate, vel gratia, *a* valebo tibi. Tu cura, vt cùm *b* firmitudine animi tui te, tum etiam ſpe optimorum ſuſtentes. Vale.

* L. proſpicio.

a al. tibi valebo.

b L. fortitudine te animi, tum etiã ſpe optima ſuſtentes.

ARGVMENTVM.

De ſuis pro Cæſare & contra Cæſarẽ rebus geſtis agit. Queritur in eum Cæſarem iraſci quòd in eum ſcripſerit, cùm ignouerit omnibus qui deos venerati ſunt contra eius ſalutem. Quàm parcè & timidè cùm de Cicerone, tum de ipſo Cæſare ſcripſerit, oſtendit, Non iturũ in Aſiam ſuadente Cicerone, vt in Sicilia commoretur cõfirmat. Petit vt ſibi à Cæſare poteſtas redeũdi impetretur. Librũ aut emẽdari, aut cuſtodiri cupit. Huic epiſtolæ reſpondetur ep. 5. itaque patet illã poſt hanc fuiſſe collocandam: hanc autem poſt eam quæ ſequitur.

A. CAECINA M. CICERONI S. D. 7.

1 QVOD tibi non tam celeriter liber eſt redditus, ignoſce timori noſtro, & miſerere temporis. Filius, vt audio, pertimuit (neq; iniuria) ſi liber exiſſet, quando non tam intereſt, quo animo ſcribatur, quàm quo accipiatur, ne ea res ineptè mihi noceret: cùm præſertim adhuc ſtili pœnas dem. Qua quidẽ in re, ſingulari ſum fato. NAM *cùm mendum ſcripturæ, litura tollatur, ſtultitia fama mulctetur:* meus error exſilio corrigitur:

cuius ſumma criminis eſt, quòd armatus aduerſario maledixi. Nemo *c* noſtrorũ eſt, vt opinor, quin, vota victoriæ ſuæ fecerit: nemo, quin, etiam cũ de alia re immolaret, tamen eo quidem ipſo tẽpore, vt quàm primũ Cæſar ſuperaretur, *d* optarit. Hoc ſi non cogitat, omnibus rebus felix eſt, ſi ſcit & perſuaſus eſt, quid iraſcitur ei qui aliquid ſcripſit contra ſuam voluntatem, † *e* cùm ignorit omnibus, qui multa deos * venerati ſint contra eius ſalutẽ? Sed, vt eodem reuertar cauſa hæc fuit timoris: ſcripſi de te parcè, medius fidius, & timidè, non reuocans me ipſe, ſed penè refugiens. Genus autẽ hoc ſcripturæ, non modo liberũ, ſed incitatum atque elatũ eſſe debere quis ignorat? Solutum exiſtimatur eſſe alteri maledicere, tamẽ cauendum eſt, ne in petulantiam incidas. impeditum, ſe ipſum laudare, ne vitium arrogantiæ ſubſequatur. Solum verò liberum, alterum laudare, de quo quidquid detrahas: neceſſe eſt aut infirmitati aut inuidiæ aſſignetur. Ac neſcio, an tibi gratius opportuniúſque acciderit. Nã quod *f* præſtare non poteram, primum erat non attingere. 2 *g* ſecundum beneficium, quàm parciſſimè facecere sed tamen ego me quidem ſuſtinui: multa minui: multa ſuſtuli, complura ne poſui quidem, QVEMADMODVM IGITVR SCALARVM GRADVS *ſi alios tollas, alios incidas, nõnullos malè hærẽteis relinquas, ruina periculũ ſtruas, non aſcenſum pares: ſi tot malis h tum victum, tum fractum ſtudium ſcribendi, quid dignũ auribus, aut probabile poteſt afferre?* Cùm vero ad ipſius Cæſaris nomen veni, toto corpore cõtremiſco, nõ pœnæ metu, *i* ſed ipſius iudicij: totũ enim Cæſarem non noui. Quẽ putas animum eſſe, vbi ſecum loquitur? hoc probabit: hoc verbũ ſuſpicioſum eſt. quid ſi hoc muto? at vereor, ne peius ſit. Age verò, laudo aliquẽ, nũ offendo? 3 cùm porrò *k* offendam, quid ſi non vult? armati ſtilum perſequitur: victi, & nondũ reſtituti quid faciet? Auges etiam

tu mihi

c L. noſtrũ eſt. & ita v. c.

d q. v. c. optaret.

e al. cùm ignoſcat.

* Vrſi. venerati, multa precati ſunt contra eius ſalutem?

f L. præclarè facere non poter.

g L. ſecundum, quàm parciſſimè f.

h fort. tum victũ, cum fr.

i L. ſed illius iudicij. & ita o. v. c.

k l. non offendam.

tu mihi timorem, qui in oratore tuo caues tibi per Brutum, & ad excuſationem ſocium quæris. 4 Vbi hoc omnium patronus *l* facis, quid me, veterem tuum, nunc omnium, clientē, ſentire oportet? In hac igitur *m* calumnia timoris, & cæcæ ſuſpicionis tormēto, cùm plurima ad alieni ſenſus coniecturam, non ad ſuum iudicium ſcribantur, quàm difficile ſit euadere, ſi minùs expertus es, quòd te ad omnia, ſummum atque excellens * armauit ingeniū: nos ſentimus. Sed tamen ego filio dixeram, librū tibi legeret, & auferret: aut ea conditione daret, ſi reciperes, te correcturū, hoc eſt, ſi totum alium faceres. De Aſiatico itinere, quamquam ſumma *n* neceſſitas premebat: vt imperaſti, feci. Te pro me quid horter? vides tempus veniſſe, quo neceſſe ſit de nobis conſtitui. Nihil eſt, mi Cicero, quòd filium meum expectes. adoleſcens eſt: omnia excogitare, vel ſtudio, vel ætate, vel metu non poteſt. Totum negotium tu ſuſtineas, oportet: in te mihi omnis ſpes eſt. Tu, pro tua prudētia, quibus rebus gaudeat, quibus capiatur Cæſar, tenes: à te omnia proficiſcantur & per te ad exitum perducantur, neceſſe eſt. apud ipſum multū, 6 apud eius omneis plurimùm potes. vnum ſi tibi perſuaſeris, non hoc eſſe tui muneris, ſi quid rogatus fueris, vt facias (quamquā id magnum & amplum eſt) † ſed totum tuū eſſe * onus perficies, niſi forte aut in miſeria nimis ſtultè, aut in amicitia nimis impudenter tibi onus impono. Sed vtriq; rei excuſationē, tuæ vitæ conſuetudo dat. nam quòd ita conſueuiſti pro amicis laborare, nō iam ſic ſperant abs te, ſed etiā ſic imperant tibi familiares. Quod ad librū attinet, quem tibi filius dabit, peto à te, ne exeat: aut ita corrigas, ne mihi noceat. Vale.

l q. v. c. facit.
m v.c. calūpnia tim. mendosè.
* L. ingenium armauit. & ita v.c.
n fort. me neceſsitas pr.

* al. eſſe omne onus al. omnia vnus perficies. ita Vrſinus.

ARGVMENTVM.

A L. Cornelio Balbo Gaditano, & C. Oppio Cæſaris legato datum ſibi ſcribit, vt Cacinæ liceat eſſe in Sicilia, ibique vt commoretur, ſuadet.

M. C.

M. C. A. CAECINAE, S. D. 8

CVM eſſet mecum *Largus, homo tui ſtudio-ſus, locutus, Kalendas Ian. tibi præfinitas eſſe: quòd omnibus in rebus perſpexeram, quæ Balbus, & Oppius, abſente Cæſare egiſſent, ea ſolere illi rata eſſe, egi vehementer cum his, vt hoc mihi darent, tibi in Sicilia, quoad vellemus, o vti eſſe *liceret. Qui mihi conſueſſet, aut libenter polliceri, ſi quid eſſet eiuſmodi, quod eorum animos non offenderet, aut etiam negare. & aff. rre rationem, cur negarent: 1 huic meæ p rogationi potiùs, non continuò reſponderunt: eodem die tamen ad me reuerterunt: mihíque hoc dederunt, vt eſſes in Sicilia, quoad velles: ſe q præſtituros, nihil 2 ex eo te offenſionis : habiturum Quando, quid tibi permittatur, cognouiſti: quid mihi placeat, puto te ſcire oportere. Actis his rebus, literæ à te mihi r ſunt redditæ, quibus à me conſilium petis, 3 quid *ſim tibi auctor: in Siciliáne ſubſidas, an vt ad reliquias Aſiaticæ negotiationis proficiſcare. Hæc tua deliberatio non mihi conuenire viſa eſt cum oratione Largi. Ille enim mecum, quaſi tibi non liceret in Sicilia diutius commorari, ita locutus erat: tu autem, quaſi conceſſum ſit, ita deliberas. Sed ego ſiue hoc, ſiue illud eſt, in Sicilia cenſeo commorandum. Propinquitas locorum vel ad impetrandum adiuuat crebris literis, & nuntijs: vel ad reditus celeritatem, re aut impetrata, s quod ſpero, aut aliquâ ratione t confecta. Quamobrem cenſeo magnopere commorandum. † T. v Furfano, Poſtumio familiari meo, legatíſque eius, item meis familiaribus, diligentiſſimè te commendabo, cùm venerint. erant enim omnes Mutinæ: viri ſunt optimi, & tui ſimilium ſtudioſi, & mei neceſſarij. Quæ mihi venient in mentem, quæ ad te pertinere arbitrabor, ea mea ſponte faciam. Si quid ignorabo, de eo admonitus, omnium ſtudia vincam. Ego etſi coràm de te cum x Furſano ita loquar, vt tibi literis meis

* Romanæ gentis cognomen.

o L. eſſe vti liceret. & ita v.c.

p L. actioni ſeu rogationi p.

q q.v.c. præſtituros.

* al. aditurum.

r L. redditæ ſunt.. & ita v.c.

* al. ſim. mēdosè, operarum culpa editum.

s q.v.c. aut, ꝗ ſpero, aliquarat. cōf.

t q.v.c. perfecta.

v L. Furfanio. vide Vrſinum.

x Furfanio.

meis ad eum nihil opus ſit:tamen, quoniam tuis placuit,te habere meas literas, quas ei redderes, morem eis geſſi, earum literarum exemplum infrà ſcriptum eſt. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat Cæcinam Furſanio. Epiſtola breuis,perfectæ tamen commendationis exemplum.

M. T. C. T. FVRFANIO

PROCOS. S. D. 9

CVM A Cæcina tanta mihi familiaritas,conſuetudóque ſemper fuit, vt nulla maior eſſe poſſit. Nam &*patre eius, claro homine, & forti viro plurimùm vſi ſumus: & hunc à puero,quòd & ſpem mihi magnam afferebat ſummæ probitatis, ſummæque eloquentiæ, & viuebat mecū cōiunctiſſimè non ſolùm officijs amicitiæ, ſed etiam ſtudijs communibus,ſic ſemper dilexi, y vt nō vllo cum homine coiunctiùs viuerem. Nihil attinet me plura ſcribere, quàm mihi neceſſe ſit eius ſalutem, & fortunas, quibuſcumque rebus poſſim, tueri, vides. Reliquum eſt, vt, cùm z cognorim pluribus rebus,quid tu & de bonorum fortuna, & de reip.calamitatibus ſentires, nihil à te petam, niſi vt ad eam voluntatem,quam tua ſponte erga Cæcinam habiturus eſſes, tantus cumulus accedat commendatione mea,quanti me à te fieri intelligo. hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

*vide ſuprà ep. 6. & li. 13.ep.66.

y q. v. c. vt nullo cum hom..

z al.cognorim plu.

ARGVMENTVM.

Trebianum qui poſt pugnam Pharſalicam Pompeianorum ſecutus partes ab armis non diſceſſit, & propterea iuſtam iraſcendi cauſam dedit Cæſari, hortatur conſcientia. ſe ſuſtentet factorum: ſperare etiā iubet, exſulem non diu futurum: eam porrò ſpem ſumit à Cæſaris clementia, à ſtatu reuiuiſcentis reipub. à ſuo ſtudio, ab amicorum ſuorum copia. Quibus cauſis vt forti magnoq́ue ſit animo hortatur. ſe autem ſuaq́ue omnia Trebiani eſſe pollicetur. Scripta eſt poſt bellum Africanum Cæſare III. & Lepido Coſs.

M. T.

M. T. C. † *a* TREBATIO, S. D. 10

EGo quanti te faciam, ſempérque fecerim, & quanti me à te fieri intellexerim *b* ſum mihi ipſe teſtis Nam & conſilium tuum, vel caſus potiùs, diutius in armis ciuilibus commorandi, ſemper mihi magno dolori fuit: & hic euentus, quòd tardiùs, quàm eſt æquum, & quàm ego vellē, *c* recuperes fortunam, & dignitatem tuam, mihi nō minori curæ eſt, quàm tibi ſemper fuerint caſus mei. Itaque & Poſtumuleno, & Sextio, & ſæpiſſime Attico noſtro, proximéque *d* Teudo liberto tuo, totum me patefeci, *e* & his ſingulis ſæpe dixi, quacunque re poſſem, me tibi, & liberis tuis ſatisfacere cupere: idque tu ad tuos velim ſcribas, hæc quidem certè, quæ in poteſtate mea ſunt, vt operam *f* ſtudium, conſilium, rem, fidem meam, ſibi ad omneis res paratam putent.* Si auctoritate, & gratia tantum poſſem, quantum in ea rep. de qua ita meritus ſum, poſſe* deberem: tu quoque is eſſes, qui fuiſti, † cùm omni gradu ampliſſimo * digniſſimus, tum certè ordinis tui facilè princeps. Sed quando eodem tempore, eadémque de cauſa noſtrûm vterque cecidit: tibi & illa polliceor, quæ ſuprà ſcripſi, quæ ſunt adhuc mea: & ea, quæ præterea videor mihi ex aliqua parte retinere, tanquam ex reliquiis priſtinæ dignitatis. Neque enim ipſe Cæſar, vt multis rebus intelligere potui, eſt alienus à nobis: & omnes ferè familiariſſimi eius *g* caſu deuincti magnis meis veteribus officijs, me diligenter obſeruant, & colunt. Itaque ſi quis mihi erit aditus de tuis fortunis, id eſt, de tua incolumitate, in qua ſunt omnia, agendo, quod quidem quotidie magis *h* ex eorum ſermonibus adducor vt ſperem: agam per me ipſe, & moliar. ſingula perſequi non eſt neceſſe. vniuerſum ſtudium meum, *i* & beneuolentiam ad te defero. Sed magni mea intereſt, hoc tuos omneis ſcire, quod tuis literis fieri poteſt: vt intelligant, omnia Ciceronis patere *k* Trebatio. Hoc eò

a L. Trebiano. & ita v. c.
b q.v.c. ipſe ſum mihi teſtis.
c L. receperis fortun. q.v.c. reciperas fortun. al. recuperas. al. reciperes.
d al. Theudæ.
e duo v.c. & hoc his ſingul.
f vox ſtudium, abeſt à nōnullis. v. c.
* idem ep. 13.
* al. debebam. vt ep. 13.
* Vrſ. dignitatis.
g L. quaſi deuincti.
h q.v.c. ex ſermonib. eorū add.
i v.c. & beniuolentiā.
k L. Trebiano Vrſ. Trebanio.

pertinet, vt nihil exiſtiment eſſe tam difficile, quod non pro te mihi ſuſceptum, iucundum ſit futurum. *l* Antea miſiſſem ad te literas, ſi genus ſcribendi inuenirem. tali enim tempore aut conſolari amicorum eſt, aut polliceri. Conſolatione non vtebar, quòd ex multis audiebam, quàm fortiter, ſapientérque ferres iniuriam temporum, quámque te vehementer conſolaretur conſcientia factorum, & conſiliorum tuorum: quod quidem ſi facis, magnum fructum ſtudiorum optimorum capis: in quibus te ſcio ſemper eſſe verſatum: idque vt facias, *m* etiam atque etiam te hortor. ſimul & illud tibi, homini peritiſſimo rerum & exemplorum, & omnis vetuſtatis, ne ipſe quidem rudis, ſed in ſtudio minùs fortaſſe, quàm vellem: in rebus, atque vſu plus etiam, quàm vellem verſatus, ſpondeo tibi, *n* acerbitatem iſtam & iniuriam, non diuturnam fore. Nam & ipſe, qui plurimùm poteſt; quotidie mihi delabi ad æquitatem, & ad rerum naturam videtur: & ipſa cauſa *o* ea eſt, vt iam ſimul cum rep. quæ in perpetuum iacére non poteſt, neceſſariò reuiuiſcat, atque recreetur: quotidiéque *p* fit aliquid leniùs, & liberaliùs, quàm timebamus. Quæ quoniam in temporum inclinationibus, ſæpe paruis poſita ſunt, omnia momenta obſeruabimus: neque vllum prætermittemus tui iuuandi, & leuandi, & leuandi locum. Itaque illud alterum, quod dixi, literarum genus, quotidie mihi, vt ſpero, fiet procliuius, vt etiam polliceri poſſim, id re, quàm verbis, faciam libentiùs. Tu velim exiſtimes, & plureis te amicos habere, quàm qui in iſto caſu ſint, ac fuerint, quantum quidem ego intelligere potuerim: & me concedere eorum nemini. Fortem fac animum habeas, & magnum: quod eſt in vno te. quæ ſunt in fortuna, temporibus regentur, & conſilijs noſtris prouidebuntur. Vale.

l aliàs initium epiſtolæ. Ita Carolus Stepha. & Manutius qui & ante proximè ſuperiorem ſcriptam arbitratur.

m L. te etiã, atq; etiam &c.

n vic. iſtam acerbitatẽ. & ita L.

o al. eſt ea, vt.

p al. aliquid ſit.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Reditum in patriam Dolabellæ beneficio nũciat, gratulationem ab ipſo expoſcit, vt fortunarum iacturam, cum rei familiaris iactura, cum acquiſitæ dignitatis lucro conferre non debeat, æquiori animo ferat adhortatur. Prædicationem ſuorum in illum officiorum ſibi non ingratam eſſe confitetur. Eodem anno.

M. T. TREBIANO, S. D. II

DOLABELLAM antea tantummodo diligebam: obligatus ei nihil eram. nec enim acciderat mihi opus eſſe: & ille mihi debebat, quòd non defueram eius periculis. Nunc tanto ſum deuinctus eius beneficio, quod & antea in re, & hoc tempore in ſalute tua cumulatiſſimè mihi ſatisfecit, vt nemini plus debeam. Qua in re tibi gratulor ita vehementer, vt te quoque mihi gratulari, quàm gratias agere malim. alterum omninò non deſidero, alterum *q* verè facere poteris. Quod reliquum eſt, quando tibi virtus & dignitas tua reditum ad tuos aperuit: eſt tuæ ſapientiæ, magnitudiniſque animi, quid amiſeris, obliuiſci: quid *r* recuperaueris, cogitare. Viues cũ tuis, viues nobiſcum. plus *s* acquiſiuiſti dignitatis, quàm amiſiſti rei familiaris: quæ ipſa *t* tum eſſet iucundior, ſi vlla res eſſet publica. *v* Neſtorius, noſter familiaris, ad me ſcripſit, te mihi maximas gratias agere. Hæc prædicatio tua mihi valde grata eſt: eaque te vti facilè patior, cùm apud alios, tum mehercule apud Syronem, noſtrum amicum. Quæ enim facimus, ea prudentiſſimo cuique maximè probata eſſe volumus. Te cupio videre quamprimùm. Vale.

q al. verò.

r L. recuperaris. & ita v. c.

s L. acquiſiſti dign. & ita v. c.

t L. tamen eſſet.

v L. Veſtorius.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Balbo de reditu apud Cæſarem impetrato, quædam interim colligit ad laudem, Rempublicam tamen penitus perditam, nec ſe vllam, præter literas, ſalutarem inuenire medicinam ſignificat. Eodem anno.

M. T. C. T. AMPIO BALBO, S. D. 12

GRATVLOR tibi, mi Balbe, vereq; gratulor: nec ſum tã ſtultus, vt te vſura falſi gaudij frui velim: deinde frangi repente, atque ita cadere, vt nulla res te ad æquitatem animi poſtea poſſit extollere. Egi tuam cauſam apertiùs, *x* quã tempora noſtra ferebant. *1* Vincebatur enim fortuna ipſa *y* debilitate gratiæ noſtræ, tui caritate, & meo perpetuo erga te amore culto à te diligẽtiſſimè. Omnia promiſſa, confirmata, certa, & rata ſunt quæ ad reditum, & ſalutem tuam pertinent, vidi, cognoui, interfui. Etenim omneis Cæſaris familiareis ſatis opportunè habeo implicatos conſuetudine, & beneuolentia, ſic, vt, cùm ab illo diſceſſerint, *z* me proximum habeant. Hoc Panſa, Hirtius, Balbus, Oppius, *a* Marius, Poſtumius, planè ita faciunt, vt me vnicè diligant. Quod ſi mihi * pro me efficiendum fuiſſet, non me pœniteret pro ratione temporum ita eſſe molitum. Sed nihil eſt à me inſeruitum temporis cauſa. veteres mihi neceſſitudines cum his omnibus intercedunt: quibuſcum ego agere de te non deſtiti. Principem tamen habuimus Panſam tui ſtudioſiſſimum, mei cupidum: qui valet apud illum non minùs auctoritate, quàm gratia.* Cimber autem* Tullius mihi planè ſatisfecit. Valent *a* tamen apud Cæſarem non tam ambitioſæ rogationes, quàm neceſſariæ: quas quia Cimber habebat, plus valuit, quàm pro vllo alio valere potuiſſet. Diplóma ſtatim non eſt datum, quòd mirifica eſt improbitas in quibuſdã, qui tuliſſent acerbiùs, veniam tibi dari: quem illi *b* appellant tubam belli ciuilis: multáque ita dicunt, quaſi non gaudeant id bellum *c* incidiſſe. Quare viſum eſt occultiùs agendum, neque vllo modo diuulgandũ, de te iam eſſe perfectum, ſed id erit *d* perbreui: nec dubito, quin, legente te has literas, confecta iam res futura ſit. Panſa quidem mihi, grauis homo & certus, non ſolùm confirmauit,

x L. quàm mea tempora ferebãt. & ita v. c.
y L. debilitate gratię: al. debilitaſſeque. al. debilitaſſe. al. debilitare.
z al. me habeant proximum.
a L. Marius.
* Manut. per me.
* de quo vide Senecã 3. de ira. Sueto. Plutarc.
* Man. Tillius.
a v. c. enim.
b al. appellabant tub.
c ſic q. v. c. al. accidiſſe.
d L. perbre ue.

uit, verùm etiam recepit, perceleriter ſe ablaturũ diplóma. Mihi tamen placuit, hęc ad te perſcribi: minùs enim te firmum ſermo *e* Appuleiæ tuæ, lacrymæque Ampiæ declarabant, quàm ſignificant literæ tuæ: atque illæ arbitrabantur, cũ à te abeſſent ipſę, multò in grauiore te cura futurum. Quare magnopere putaui, angoris, & doloris tui leuãdi cauſa, pro certis ad te ea, quæ eſſent certa perſcribi 2 oportere. Scis, me antea ſic ſolitum eſſe ſcribere ad te, magis vt conſolarer fortem virum atque ſapientem. 3 quàm vt * exploratam ſpem ſalutis oſtenderem, *f* niſi eam, quam ab ipſa rep. cùm hic ardor *g* exſtinctus eſſet, ſperari oportere cenſerem. Recordare tuas literas, quibus & magnum animum mihi ſemper oſtendiſti, & ad omneis caſus ferendos conſtantem, *h* atque paratum: quod ego non mirabar, cùm recordarer, te & à primis temporibus ætatis in rep. eſſe verſatum, & tuos magiſtratus in ipſa diſcrimina incidiſſe ſalutis, fortunarúmque communium: & in hoc ipſum bellum eſſe ingreſſum, non ſolum vti victor, beatus: *ſed etiam, ſi ita accidiſſet, victus, vt ſapiens eſſes. Deinde, cũ ſtudiũ tuũ conſumas in virorum fortiũ factis memoriæ prodendis, conſiderare debes, nihil tibi eſſe committendũ, quamobrem eorum, quos laudas, *i* non te ſimilem præbeas. Sed hæc oratio magis eſſet apta ad illa tempora, quæ iam effugiſti. Nunc verò tantùm te para ad hæc nobiſcum ferenda: quibus ego ſi quam medicinam inuenirem, tibi quoque eandem traderem. Sed eſt vnum perfugium, doctrina, ac literæ, quibus ſemper vſi ſumus: *quæ ſecundis rebus delectationem modò habere videbantur: nunc verò etiam ſalutem.* Sed, vt ad initium reuertar, caue dubites, quin omnia de ſalute, ac reditu tuo perfecta ſint. Vale.

e al. Eppiæ tuæ. al. Eppuleiæ t.

* al. explorata.

f L. niſi eius, q.

g al. reſtinctus eſſet.

h o.v.c. ac paratum. & ita L.

* al. etiam vt ſi ita accidiſſet victus & ſapiens eſſet.

i q.v.c. te non ſimillimum præb. al. cod. te non quàm ſimillim. pr. & ita L.

ARGVMENTVM.

Q. Ligarium bene de Cæſare ſperare iubet. Scripta

poſt Africanum bellum eodem ferè tempore, quo M.Marcellus eſt reſtitutus. Eodem anno.

M. C. Q. LIGARIO, S. D. 13

*ETSI tali tuo tempore me aut conſolandi, aut iuuandi tui cauſa ſcribere ad te aliquid pro noſtra amicitia oportebat: tamen adhuc id *k* non feci: *l* quia neque lenire videbar oratione, neque leuare poſſe dolorem tuũ. Poſteà verò quã magnã ſpẽ habere cœpi, fore vt te breui tempore incolumem haberemus: facere non potui, quin tibi &*ſententiã, & voluntatẽ declararem meam. Primũ igitur ſcribam, quod intelligo, & perſpicio, non fore in te Cæſarem duriorem. nã &*res eum quotidie, & dies, & opinio hominum, &, vt mihi videtur, etiam ſua natura mitiorem facit: idq; cũ de reliquis ſentio, tum de te etiam audio ex familiariſſimis eius: quibus ego ex eo tẽpore, quo primùm ex Africa nuntius venit, ſupplicare vnà cũ fratribus tuis non deſtiti. quorum quidem & virtus, & pietas, & amor in te ſingularis, & aſſidua, *m* & perpetua ſalutis tuæ cura tantùm proficit, vt nihil ſit, quod non ipſum Cæſarem tributurũ exiſtimem, *n* & ſi tardiùs ſit, quàm volumus: magnis occupationibus eius, à quo omnia petuntur, aditus ad eum difficiliores fuerunt: & ſimul Africanę cauſę iratior, diutius velle videtur eos habere ſollicitos, à quibus ſe putat diuturnioribus eſſe moleſtijs conflictatum: ſed hoc ipſum intelligimus eũ quotidie remiſſius, & placatiùs ferre. Quare mihi crede, & memoriæ manda, me tibi id *o* affirmaſſe, te in iſtis moleſtijs diutius non futurum. Quãdo, quid ſentirem, expoſui: quid velim tua cauſa, re potiùs declarabo, quàm oratione: &, ſi tantũ poſſem, quantum in ea rep. de qua ita *p* meritus ſũ, vt tu exiſtimas, Poſſe*debebã: †*ne tu quidem in iſtis incommodis eſſes. eadem enim cauſa opes meas fregit, quæ tuam ſalutem in diſcrimẽ adduxit. Sed tamen, quidquid imago veteris meæ dignitatis, quidquid reliquiæ gratiæ valebunt: ſtudium,

* Exulabat enim Q. Ligarius, q[uod] in Africa pro Pompeio cõtra Cæſarẽ ſteterit.

k duo v. c. non fecerim.

l al. quia me neq; lenire

* v. l. 7. ep. 28.

m duo v. c. & perpetua cura ſalutis tuæ, &c. & ita L.

n L. Sed ſi tard. & ita v.c.

o al. affirmare.

p duo v. c. ſum meritus.

* deberem alij, vt ep. 10. ſupr.

* al. ne tu quidem in iſtis incommodis non eſſes. Vt ne tu quidem in iſtis incommodis non eſſes.

dium,conſilium,opera,gratia,fides mea, nullo loco deerit tuis optimis fratribus. Tu fac habeas fortem animum, quem ſemper habuiſti: primùm ob eas cauſas,quas ſcripſi:deinde,quòd ea de rep. ſemper voluiſti,atque ſenſiſti, vt non modò nunc ſecunda ſperare debeas,ſed etiam,ſi omnia aduerſa eſſent,tamen conſcientia & factorum,& conſiliorum tuorum, quæcumq; acciderent, fortiſſimo, & maximo animo ferre deberes. Vale.

ARGVMENTVM.

Quid actum ſit cum Cæſare de Ligarij incolumitate narrat. Concludit epiſtolam cohortatio ad lætitiam. Eodem anno.

M. C. Q. LIGARIO, S. D. 14

ME ſcito omnem meũ laborem, omnem operam,curam, ſtudium in tua ſalute conſumere.nam cùm te ſemper maximè dilexi,tũ fratrum tuorum,quos æquè,atque te, ſumma *q* beneuolẽtia ſum complexus,ſingularis pietas, amorq; fraternus,nullum me patitur officij erga te, ſtudiiq; munus,aut tempus prætermittere. Sed quæ faciã, fecerimq; pro te, ex illorum te literis, quàm ex meis,malo cognoſcere. Quid autem ſperem, aut confidã,& exploratum habeam de ſalute tua, id tibi à me declarari volo.Nam ſi quiſquam eſt timidus in magnis,periculoſiſq; rebus,ſemperq; magis aduerſos rerum exitus metuens, quã ſperans ſecundos,is ego ſum:&, ſi hoc vitium eſt, eo me non carere confiteor. Ego idem tamen cum *r* ad II.Kal.*intercalareis priores,rogatu fratrum tuorum veniſſem manè ad Cæſarem: atque omnem adeundi,& conueniendi illius indignitatẽ & moleſtiam pertuliſſem:cùm fratres, & propinqui tui iacerent ad pedes,& ego eſſem locutus quæ cauſa,*s* quæ tuũ tẽpus poſtulabat:non ſolùm ex oratione Cæſaris,quæ ſanè mollis,& liberalis fuit:ſed etiam ex oculis, & vultu, *t* & multis prætereà ſignis:quæ faciliùs perſpicere potui, quàm ſcribere:

q q.v.c. beniuolentia.

r L.a.d. VI. Kal.

* al.intercalarem, vel compellarem.

s L.quæ tẽpus tum poſtul.

t L. & ex multis prætereà & ita v.c.

Digitized by Google

hanc in opinionem diſceſſi, vt mihi tua ſalus dubia non eſſet. Quamobrem fac animo magno, fortique ſis: &, ſi turbidiſſima ſapienter ferebas, tranquilliora lætè feras. Ego tamen tuis rebus ſic adeſo, vt difficillimis: neque Cæſari ſolùm, ſed etiam amicis eius omnibus, quos mihi amiciſſimos eſſe cognoui, pro te, ſicut adhuc feci, libentiſſimè ſupplicabo. Vale.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Baſilis.

v L. Baſilo. CICERO v BASILIO, S.D. 15

TIBI gratulor: mihi gaudeo: te amo: tua tueor: à te amari, & quid agas, quidque iſtic agatur, certior fieri volo. Vale.

ARGVMENTVM.

Petit vt ſe abſentem tueatur. Scripta (*inquit Manutius*) quo anno interfectus eſt Cæſar: ſi modò hic Bithynicus ille eſt, quem Siciliæ Prætorem poſt Cæſaris necem præfuiſſe narrat App. Antonio & Dolabella Coſs.

BITHYNICVS CICERONI, S. D. 16

SI mihi tecum non & multæ, & iuſtæ cauſæ amicitiæ priuatim eſſent, repeterem initia amicitiæ ex parentibus noſtris: quod faciendũ iis exiſtimo qui paternam amicitiam nullis ipſi officijs, proſecuti ſunt. Itaque contentus ero noſtra ipſorum amicitia: cuius fiducia peto à te, vt abſẽtem me, quibuſcumque in rebus opus fuerit, tueare, ſi nullum officium tuum apud me intermoriturum exiſtimas. Vale.

ARGVMENTVM.

Cupit vnà cum Bithynico remp. conſtitutam bene: & cum Bithynico viuere. Si beneficia ſpectentur, coniunctiores ei quàm ſe eſſe alios, ſi neceſſitudo, neminem.

x L. Cicero B. x M. T. C. BITHYNICO, S. 17

y al. accedere. CVM ceterarum rerum cauſa cupio eſſe aliquando remp. conſtitutam: tum velim mihi credas, y accid...e id etiam, quo magis expetam pro-

promiſſum tuũ,quo in literis vteris.Scribis enim, ſi ita ſit,te mecum eſſe victuram.Gratiſſima mihi tua voluntas eſt:facíſque z nihil alienũ neceſſitudine noſtra, iudiciiſque patris tui de me ſummi viri.Nam ſic habeto : beneficiorum magnitudine eos,qui temporibus valuerunt,aut valeant,coniũctiores tecum eſſe quàm me:neceſſitudine, neminem.Quamobrem grata mihi eſt,& memoria tua noſtræ coniunctionis, & eius etiam augendæ voluntas. Vale. z L. nihil alienum à neceſſitud.

ARGVMENTVM.

Audierat Lepta ſcriptam eſſe à Cæſare legem, ſed nõdum latam, de creandis municipiorum decurionibus:& quoniam familiares quoſdã ſuos qui præconium fecerant, fieri volebat decuriones, ideo per literas quæſiuit à Cicerone, vt quid in lege ſcriptum eſſet, ex Balbo Cæſaris familiari cognoſceret. Reſpondet Cicero ſe ex Balbi codicillis cognouiſſe, licere iis qui præconium feciſſent in decurionibus eſſe, qui facerent, vetari. Reſcribit quoque de bello Hiſpanienſi, de Leptæ negotio, de oratore perfecto à ſe compoſito, de manſione vrbana, de Leptæ filio, vt Heſiodi verſus de virtute per ſudorem comparanda ediſcat, & ſæpe recitet. Scripta eſt cùm Cæſar IIII. Conſul ſine collega in Hiſpania contra Pompeij liberos certaret.

M. T. C. LEPTAE, S. D. 18

a SIMVL vt accepi à Seleuco tuo literas, ſtatim quæſiui è Balbo per codicillos, quid eſſet in lege. Reſcripſit, Eos, qui facerent præconiũ, vetari eſſe in decurionibus:qui feciſſent, non vetari. Quare bono animo ſint & tui,& mei familiares.neq; enim erat ferendũ,cùm, qui hodie haruſpicinam facerent, b in ſenatu Romæ legerentur: eos,qui aliquãdo præconium feciſſent, in municipijs decuriones eſſe non licere. De Hiſpaniis noui nihil. magnum tamẽ exercitum Pompeiũ habere a al. Simul atque acc. al. Simul ac cepi. b fort. in ſenatum.

con

conſtat. Nam Cæſar ipſe ad nos miſit exemplum *e* Patieti literarum: in quo erat, illi vndecim eſſe legiones. ſcripſerat etiam Meſſala Q. Salaſſo, *d* Q. Curtium, fratrem eius, iuſſu Pompeij, inſpectante exercitu, interfectum, quòd conſenſiſſet cum Hiſpanis quibuſdam, ſi in oppidum neſcio quod Pōpeius rei frumentariæ cauſa veniſſet, eum cōprehendere, ad Cæſaremq; deducere. De negotio tuo, quod ſponſor es pro Pompeio, ſi *e* Balbus conſpōſor tuus redierit, homo in re familiari non parum diligens, non deſinam cum illo communicare, ſi quid expediri poſſit: quod videbatur mihi ille confidere Oratorem * meum tantopere à te probari, vehementer gaudeo. Mihi quidem ſic perſuadeo, me, quidquid habuerim iudicij de dicendo, in illum librū contuliſſe: Qui ſi eſt talis, qualē tibi videri ſcribis, ego quoque aliquid ſum: ſin aliter, non recuſo, quin, quantum de illo libro, * tantundem de mei iudicij fama detrahatur. Leptam noſtrum cupio delectari iam talibus ſcriptis. etſi abeſt maturitas ætatis, iam tamen perſonare aureis eius huiuſmodi vocibus, non eſt inutile. Me Romæ tenuit omnino Tulliæ meæ partus. Sed cū ea, quēadmodū ſpero, ſatis firma ſit: teneor tamen dū à Dolabellæ procuratoribus exigā primā* pēſionem: &, mehercule, non tam ſum peregrinator iam, quàm ſolebam. ædificia mea me* delectabāt, & otium. domus eſt, quæ nulli villarum mearum cedat: otium omni deſertiſſima regione maius. Itaque ne literæ quidem meæ impediuntur: in quibus ſine *f* vllo interpellatore verſor. Quare, vt arbitror, priùs hîc te nós, quàm iſtic tu nos videbis. Lepta ſuauiſſimus ediſcat * Heſiodum: & habeat in ore,

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι. Vale.

c L. Patiæci. al. Paciæci. vide App. de Hiſt. Hiſpanieſi.

d v. c. P. Curtium.

e L. Galba.

* Is eſt de perfecto oratore de quo ſuprà ep. 7. & li. 15. ep. 20.

* Priſc. l. 1. tantundem legendum eſſe monet.

* al. penſitatio. vt 11. Att. 19. vbi eadem vtitur voce pēſionis.

* al. delectant.

f L. vlla interpellatione: v. & ita v. c.

* in opere ἔργα καὶ ἡμέραι.

ARGVMENTVM.

A Matula diuerſorio humaniſſimè exceptum gratulatur.

latur: ludorum (quos Cæſar deuictis iam in Hiſpania Pompeij liberis, per ſingulas regiones edere cogitabat) curationem diſſuadet. Scripta eſt reuertente ad vrbem Cæſare, poſt bellum Hiſpanienſe.

CICERO LEPTAE, S. D. 19

MACVLAM officio functum eſſe gaudeo. eius Falernum mihi ſemper idoneum viſum eſt *g* diuerſorio: ſi modò tecti ſatis eſt ad comitatum noſtrum recipiendum. *h* Ceteroqui is mihi locus non diſplicet: nec ea re Petrinum tuũ deſeram. Nam & villa & amœnitas illa, commorationis eſt, non *i* diuerſorij. 1 De curatione aliqua munerum * regionum, cum Oppio locutus ſum: nam Balbũ, poſteaquàm tu es profectus, non vidi. tantis pedũ doloribus afficitur, vt ſe conueniri nolit. Omnino de tota re, vt mihi videris, ſapientiùs faceres, ſi non curares. quod enim eo labore aſſequi vis, nullo modo aſſequére. tanta eſt enim intimorũ multitudo, *k* vt ex his potiùs aliquis effluat, quã nouo ſit aditus: præſertim qui nihil efferat, præter operam: in qua ille ſe dediſſe beneficium putabit (ſi modo ipſum ſciet) non accepiſſe. 2 Sed tamen aliquid videbimus, in quo ſit * ſpes. aliter quidem non modò non appetendum, ſed etiam fugiendũ puto. Ego me Asturæ diutius arbitror commoraturum, quoad ille quandoque veniat. Vale.

g L. deuerſorio.
h L. Ceterũ is mihi quidem locus non diſpl. al. Ceteroqui mihi locus non diſpl.
i L. deuerſorij.
* al. regiorum. & ita Lamb.
k al. vt ex his aliquis potius effl.
* Victorius ſpecies. improbat L.

ARGVMENTVM.

Conſolatur exſulantem. Scripta eſt tempore belli Hiſpanienſis.

CICERO TORANIO, S. D. 20

DEDERAM triduò antè pueris Cn. Plancij literas ad te. ego nunc ero breuior, téque vt antea conſolabar, hoc tempore monebo. Nihil puto tibi eſſe vtilius, quàm ibidem opperiri, quoad ſcire poſſis, quid tibi agendum ſit. Nam præter nauigationis longæ, & hyemalis, & minimè portuoſæ periculum, quod vitaueris,

l L. ne illud quidem ne gligendum quantiuis, quamuis ſu bitò, cùm certi, &c.
* al. non ne gligendum ne.
m v. c. te i- ſtim.
n L. cum Milone. al. Cilone.

l ne illud quidem * non, quamuis ſubitò, cùm certi aliquid audieris, *m* te iſtinc poſſe proficiſci. Nihil eſt præterea, cur aduenientibus te offerre geſtias, multa præterea metuo, quæ *n* cum Chilone noſtro communicaui. Quid multa? Loco opportuniore in his malis nullo eſſe potuiſti: ex quo te, quocumque opus erit, facillimè & expeditiſſimè conferas. Quòd ſi recipiet ille ſe: ad tempus aderis: ſin (quoniam multa accidere poſſunt) aliqua res eum vel impediet, vel morabitur: tu ibi eris, vbi omnia ſcire poſſis. hoc mihi prorſus valde placet. De reliquo, vt te ſæpe per literas hortatus ſum, ita velim tibi perſuadeas, te in hac cauſa nihil habere, quod timendum ſit, præter communem caſum ciuitatis: qui etſi eſt grauiſſimus, tamen ita viximus, & id ætatis iam ſumus, vt omnia, quæ non noſtra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus. Hic tui omnes valent, ſummaque pietate te deſiderant, & diligunt, & colunt. Tu & cura vt valeas, & te *o* iſtinc ne temerè *p* commoueas. Vale.

o v. c. iſtim.
p fort. commoueto.

ARGVMENTVM.

Toranium in publicis malis, conſolatur, plurimumq́; valere ad leuandum dolorem, mentis optimæ conſcientiam Toranio nihil præter communes caſus pertimeſcendū oſtēdit; ſe quæ ad ſalutem ſuam & liberos pertinerēt, pro virili curaturū. Eodem anno.

CICER. TORANIO, S. D. 21

q v. c. ſcribebam.
r fort. & te vnum.
s copulatio, &, abeſt à v. c.

ETSI, cum hæc ad te *q* ſcriberē, aut appropinquare exitus eius calamitoſiſſimi belli, aut iā aliquid actum, & confectum videbatur: tamen quotidie commemorabam, *r* te vnū in tanto exercitu mihi fuiſſe aſſenſorem, & me tibi: ſolóſq; nos vidiſſe quantum eſſet in eo bello mali, in quo, ſpe pacis excluſa, ipſa victoria futura eſſet acerbiſſima: quæ aut interitū allatura eſſet, ſi victus eſſes; aut, ſi viciſſes, ſeruitutem. Itaque ego, quem tum fortes illi viri, & ſapientes, Domitij, & Lentuli, timidum eſſe dicebant (*s* & eram planè: timebam

enim,

enim,ne euenirent ea,quæ acciderunt) idem nũc nihil timeo,& ad omnem euentum paratus ſum. Cùm aliquid videbatur caueri poſſe:tum id negligi dolebam.nunc verò,euerſis omnibus rebus, cũ cõſilio profici nihil poſſit,vna ratio videtur,quicquid euenerit, ferre moderatè; PRAESERTIM CVM OMNIVM RERVM MORS SIT EXTREMVM:& mihi ſim conſcius, t me, quoad licuerit, dignitati reip.conſuluiſſe:&, hac amiſſa, ſalutem retinere voluiſſe. Hæc ſcripſi, non vt de me ipſe dicerem, ſed vt tu,qui coniunctiſſima fuiſti mecũ & ſententia,& voluntate, eadem cogitares. MAGNA ENIM *conſolatio eſt, v cùm recordare, etiam ſi ſecus acciderit, te tamen rectè, veréque ſenſiſſe.* Atque vtinam liceat aliquãdo aliquo reip.ſtatu nos frui, x interque nos conferre ſollicitudines noſtras, quas pertulimus tũ,cùm timidi putabamur, quia dicebamus ea futura, quæ facta ſunt. De tuis rebus nihil eſſe quod timeas, præter vniuerſæ reip. interitum, tibi confirmo. De me autem ſic velim iudices,quantum ego poſſim,me tibi, ſaluti tuæ, liberíſque tuis ſummo cum ſtudio præſtò ſemper futurum. Vale.

t L.me φ lic.al.me & quoad lic.

v L.cum recordere.

x L. inter noſq; conf. & ita v. c.

ARGVMENTVM.

Excuſat Cicero officium ſuum quia literas ad eum antea non miſerit, oratque vt cum reip. iam ſatisfecerit, incolumitati ſuæ conſulat, amicorumq;, quos belli caſus eripuit, deſiderium forti animo ferat. Se verò facturum ſtrenuè quæ ſaluti illius & dignitati conducere arbitrabitur. Cæſare III.& Lepido Coſs.

CICERO DOMITIO, S. D. 22

NON ea res me deterruit, quo minùs, poſteà quàm in Italiam veniſti, literas ad te mitterem, quòd tu ad me nullas miſeras: ſed quia nec quid tibi pollicerer, ipſe y egens rebus omnibus, nec, quid ſuaderem, cùm mihimetipſi conſilium deeſſet:nec quid conſolationis afferre

y duo v. c. egens omnibus reb[9].

in

z L. nihilo meliora sũt nunc, atque etiam multo deſp..

in tantis malis, reperiebam. Hæc quamquam z nihilo meliora ſunt, nunc etiam, atque etiam multò deſperatiora, tamen inaneis eſſe meas literas, quã nullas, malui. Ego, ſi te intelligerem plus conatum eſſe ſuſcipere reip. cauſa muneris, quàm quantum præſtare potuiſſes: tamen, quibuſcumque rebus poſſem, ad eam conditionem te viuendi, quæ daretur, quæque eſſet, hortarer. Sed cùm conſilij tui bene, fortiterq; ſuſcepti, eum tibi finem ſtatueris, quem ipſa fortuna terminum noſtrarum contentionum eſſe voluiſſet: oro, obteſtórque te a pro noſtra vetere coniunctione, ac neceſſitudine, próque ſumma mea in te b beneuolentia, & tua in me c pariter, te vt nobis, parenti, coniugi, tuíſque omnibus, quibus es, fuiſtíque ſemper cariſſimus, ſaluum conſerues. d incolumitati tuæ, tuorúmque, e qui ex te pendent, conſulas: quæ didiciſti, quæq; ab adoleſcentia pulcherrimè à ſapientiſſimis viris tradita; memoria & ſcientia comprehendiſti, iis hoc tempore vtare: quos coniunctos ſumma beneuolentia, plurimiſq; officijs amiſiſti, eorum deſiderium, ſi non æquo animo, at forti feras. Ego, quid poſſim, neſcio: vel potiùs me parum poſſe ſentio: illud tamen tibi polliceor, me, quæcumque ſaluti dignitatique tuæ conducere arbitrabor, tãto ſtudio eſſe facturum, quanto ſemper tu & ſtudio & officio in meis rebus fuiſti. Hanc meam voluntatem ad matrem tuam, optimam fœminam, tuíque amantiſſimam, detuli. Siquid ad me ſcripſeris, ita faciam; vt te velle intellexero. f Sin tu minus ſcripſeris: ego tamen omnia, quæ tibi vtilia eſſe arbitrabor, ſummo ſtudio diligentiáque curabo. Vale.

a v. c. pro vetere noſtra c.
b v.c. beniuolentia.
c L. pari.
d al. incolumitatiq; t.
e q.v.c. qui de te pendent.
f q.v.c. Sin autem tu minùs ſcr.

* * *

M. TVL-

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER SEptimus, ad M. Marium, & alios.

ARGVMENTVM.

De ludis à Pompeio in theatri à ſe extructi conſecratione exhibitis & eorum faſtidio, nihil in illis fuiſſe dignum Mario. Partes itaque quatuor habet hæc Epiſtola. Prima gratulatio, quòd ludos leporis experies non viderit. Secunda ludorum deſcriptio, tertia Caninij, defenſio eiuſq; diſcedendi à iudiciis cupiditas. Poſtremò excuſat, quia prolixior ludorum narratio fuit. Annus quo Pompeius & Craſſus alterum Conſulatum geſſerunt.

M. CICERO M. MARIO, S. D. I

SI te dolor * aliquis corporis, aut infirmitas g valetudinis tuæ tenuit, quo minùs ad * ludos venires: fortunæ magis tribuo, quàm ſapientiæ tuæ. Sin hæc, quæ ceteri mirãtur, contemnenda duxiſti, & cũ per h valetudinẽ poſſes, venire tamen noluiſti: vtrumque lætor, & ſine dolore corporis te fuiſſe, & animo valuiſſe, cùm ea, quæ ſine cauſa mirantur alij, neglexeris: modò, vt tibi cõſtiterit fructus otij tui: quo quidem tibi perfrui mirificè licuit, cùm eſſes in iſta amœnitate penè ſolus relictus. Neque tamẽ dubito, quin tu ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi * Stabianum perforaſti, I & patefeciſti i Scianũ, per eos dies matutina tempora lectiunculis conſumſeris: cùm illi interea, qui te iſtic reliquerũt, ſpectarent cõmunes mimos ſemiſomni. Reliquas verò parteis diei tu conſumebas his delectationibus, a quas tibi k ipſi ad arbitrium tuũ l cõpararas

* podagra laboraſſe conſtat ex ep. 4.
g v. c. valitudinis.
* de ludis hiſce quibus Pompeius primus omniũ Elephantorum pugnã in Circo dedit, meminit Cic. in Piſonem, & Plin l. 7. c. 48. Dion. 9. Pedianus. Gell. lib. 10. c. 1.
h v. c. valitudinem.
* Stabię col lis celebris in agro Cãpano.
i L. Miſenũ. al. Scianũ. al. Senum. al. ſcenam. Turneb. ſinum. alij ſenium.
k L. ipſe.
l v. c. comparas

raras: nobis autem erant ea perpetienda, quæ ſcilicet m P. Mæcius probauiſſet. Omnino, ſi quæris, ludi apparatiſſimi, ſed non tui ſtomachi. coniecturam enim facio de meo. Nam primùm honoris cauſa n in ſcenam redierant ij, quos ego honoris cauſa de ſcena deceſſiſſe arbitrabar. Deliciæ verò tuæ noſter * Aeſopus, eiuſmodi fuit, vt ei deſinere per omneis homines liceret: is iurare cùm cœpiſſet, vox eũ defecit o in illo loco, SI SCIENS FALLO. Quid tibi ego alia narrẽ? noſti enim reliquos ludos. ; p Quid? † ne id quidẽ lepôris habuerunt, quod ſolent mediocres ludi. Apparatus enim ſpectatio tollebat omnẽ hilaritatem. quo quidem apparatu non dubito, quin animo æquiſsimo carueris. Quid enim delectationis habent ſexcẽti muli in Clytemneſtra? aut in equo Troiano 4 q creaturarum tria millia? aut armatura varia peditatus, & † equitatus, r in aliqua pugna? quæ popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attuliſſent. Quòd ſi tu per eos dies operam dediſti Protogeni tuo, dũmodo is tibi quiduis potiùs, quàm orationes meas legerit: næ tu haud paulò plus, quàm quiſquam noſtrũm, delectationis habuiſti. * Nõ enim te puto Grecos, aut Oſcos ludos deſideraſſe: præſertim cùm Oſcos ludos vel in ſenatu noſtro ſpectare poſsis: Græcos verò s ita nõ ames: vt ne ad villam quidem tuam via Græca ire ſoleas. Nam quid ego te athletas putem deſiderare, qui gladiatores contemſeris? in quibus ipſe Pompeius confitetur, ſe & operam & oleum perdidiſſe. * Reliquæ ſunt venationes binæ per dies quinque, magnificæ, nemo negat: ſed quæ poteſt eſſe † homini t politico, delectatio, cũ aut homo imbecillus à valentiſsima beſtia laniatur, aut præclara beſtia venabulo tranſuerberatur? quæ tamen, ſi videnda u ſint, ſæpe vidiſti: neque nos, qui hæc ſpectauimus, quidquam noui vidimus. x Elephantorum extremis dies fuit, in quo admiratio

m L. Sp. Mæcius. Vide Hor. in epiſt. ad Piſones & 1. Saty. 10.
n v. c. in ſcenam.
* Vide Macrob. 3. Saturn. & Pli. l. 30. c. 51.
o al. in eo loco.
* Vide Feſtum in lapidẽ, & Pli. in Panegyr.
p L. Quid quòd ne id quidem lepôris hab. q. ſ. m. ludi.
q L. arcerarum tria m. eſt n. arcera genus vehiculi Varr. & Non.
r L. vt in aliq. p. al. vt in Illiaca vel Attica. ſic Vrſ.
* Tria ludorum genera exhibuit.
s al. ita ames.
* Dion. 39. 500. Leones quinq; diebus ferro ab ſũtos narrat
t L. polito. χαρίεντας Græci.
v L. ſunt.
x v. c. Extre

ratio magna vulgi atque turbæ: delectatio nulla extitit. quin etiam miſericordia quædam conſecuta eſt, atque opinio eiuſmodi eſſe quandã *y* illi belluæ cum genere humano ſocietatem. His ego tamen diebus, * ludis ſcenicis, ne fortè videar tibi non modo beatus, ſ *z* ſed liber omninò fuiſſe, *a* dirupi penè me in iudicio Galli Caninij familiaris tui. Quod ſi tam facilem populum haberem, quàm Aeſopus habuit: libenter mehercule artem *b* deſinerem, tecúmque & cum ſimilibus noſtri viuerem Nam me cùm antea tædebat, cùm & ætas, & * ambitio hortabantur, & licebat denique quem nolebam, nõ defendere: tu verò hoc tempore vita nulla eſt. Neque enim fructum vllum laboris, *c* exſpecto: & cogor nonnunquã homines non optime de me meritos, rogatu eorum, qui bene meriti ſunt, defendere. Itáque quæro cauſas omneis aliquando viuendi arbitratu meo: téque, & iſtam rationem otij tu & laudo vehementer, & probo. quódque nos minus interuiſis, hoc fero *d* animo æquiore, quòd, ſi Romæ eſſes, tamen neque nos lepôre tuo, neque te (ſi quis eſt in me) meo frui liceret, propter moleſtiſsimas occupationes meas: quibus ſi me relaxaro (nam vt planè exſoluam, non poſtulo) *e* te ipſum quidem, qui multos annos nihil aliud commentaris, docebo profectò, quid ſit humaniter viuere. Tu modo iſtam imbecillitatem *f* valetudinis tuæ ſuſtenta, & tuere, vt facis, vt noſtras villas obire, *g* & mecum ſimul lecticula concurſare poſsis. Hæc ad te pluribus verbis ſcripſi quam ſoleo, non otij abundantia, ſed amoris erga te, quòd me quadam epiſtola ſubinuitaras, ſi memoria tenes, *h* vt ad te aliquid huiuſmodi ſciberem, quo minùs te præterniſiſſe ludos pœniteret. Quod ſi aſſecutus ſum, gaudeo: ſin minus hoc me tamen cõſolabor, quòd poſthac ad ludos venies nóſq; viſes: neq; in epiſt. relinques meis, ſpẽ aliquã delectationis tuæ. Vale.

mus Elephãtorum dies fuit. octodecim fuiſſe narrat Diõ. Plí. verò 20 *y* L. illi beluæ.

* ludis ſcenicis gloſſema eſſe putat. Vict.

z ſed nec liber ominò eſſ. al. ſed ne liber quidẽ omnino fuiſſe. al. ſed liber omnino non fuiſſe. al. ſed ne liber omnino fuiſſe.

a dirupi me pene, &c. & ita v. c

b al. deſererem.

* Lamb. ambitione hortab.

c v. c. ex his peto.

d al. æquiore animo.

e al. & teipſum.

f v. c. valitudinis t.

g q. v. c & mecum noſtra ſimul lecticula cõcurſare p. Lamb. & mecũ ſimul lecticula circumcur-

ſare poſ. rectè id. ad Q. fr. ep. 2. 9. *h* q. v. c. vt aliq. ad te.

ARGVMENTVM.

De Marij negotio primùm iocatur Cicero, deinde ſibi curæ eſſe confirmat. T. Munatij Planci Burſæ condemnationem gratulatione dignam eſſe ſcribit: præterea calere iudicia, nimias ferri leges, vtriſque detineri. Scripta paucis diebus poſt initum à Sulpicio & Marcello Cõſulatũ. A.V.C. DCLXXXXIX.

M. T. C. M. MARIO, S. D. 2

MANDATVM tuum curabo diligenter. Sed homo acutus, ei mandaſti potiſſimum, cui expediret, illud venire quàm plurimo. Sed eò vidiſti multum quòd præfiniſti, quo ne pluris emerem. Quod ſi mihi permiſiſſes: qui meus amor in te eſt: confeciſſem cum cohæredibus. nunc, *k* quando tuum pretium noui, licitatorem potius apponã, quàm illud minoris veneat. ſed de ioco ſatis eſt. Tuum negotium agam, ſicuti debeo diligenter. De Burſa, te gaudere certò ſcio. ſed nimis verecundè mihi gratularis. Putas enim, vt ſcribis, propter hominis ſordeis minùs me magnã illam lætitiam putare. Credas mihi velim, magis me iudicio hoc, quàm morte inimici lætatum. Primùm enim iudicio malo, quàm gladio: deinde gloria potiùs amici, quàm calamitate. In primiſque me delectauit tantum ſtudium bonorum in me exſtitiſſe contra incredibilem cõtentionem clariſſimi, *l* ac potentiſſimi viri. Poſtremò, quod vix veriſimile fortaſſe videatur, oderam multò peius hũc, quàm illum ipſum Clodium. Illum enim oppugnaram: hunc defenderam. Et ille cùm omnis reſp. in meo capite diſcrimẽ eſſet *m* habitura, magnum quiddam ſpectauit: *n* nec ſua quidem ſponte, ſed eorum auxilio, qui me ſtante ſtare non poterant: hic ſimiolus, animi cauſa, me, in quem inueheretur, delegerat: perſuaſeràtque nonnullis inuidis meis, ſe in me emiſſarium ſempèr fore. Quãobrem valde iubeo gaudere te. magna res geſta eſt. nunquam vlli fortiores ciues fuerunt, quàm

k L. quoniã t. & ita v. c.

l al. & potètiſſ.

m L. aditura. & ita v.c.

n L. nec ſua ſponte.

qui auſi ſunt eum contra tantas opes eius, à quo ipſi lecti iudices erant, condemnare. Quod feciſſent numquam, niſi iis dolori meus fuiſſet dolor.

1 Nos hic multitudine, & * celebritate iudiciorũ & nouis legibus ita diſtinemur, vt quotidie vota faciamus, ne intercaletur, vt quàm primùm te videre poſſimus. Vale.

* al. crebritate

ARGVMENTVM.

Cauſas exponit cur poſt Pharſalicam pugnam in patriam redire maluerit, quàm vel bellum renouare, vel mortem ſibi conſciſcere voluntariam, vel capere aliquem exſulio locum. Scripta poſt Africanum bellum, Cæſare III. & Lepido Coſs.

M. CICERO M. MARIO, S. D. 3

PERSAEPE mihi cogitãti de communibus miſeriis, in quibus tot annos verſamur & (vt video) verſabimur, ſolet in mentem venire illius temporis, quo proximè fuimus vnà. quin etiam ipſum diem memoria teneo. Nam *o* ad III. Idus Maias Lentulo & Marcello Conſulibus, cùm in Pompeianum veſperi veniſſem, tu mihi ſollicito animo præſto fuiſti. Sollicitum autem te habebat cogitatio tum officij, tum etiam periculi mei. Si manerem in Italia, verebare ne officio deeſſem, *p* ſi proficiſcerer ad bellum, periculum te meum cõmmouebat. quo tempore vidiſti profectò me quoque ita conturbatum, vt non explicarẽ, quid eſſet optimum factu. pudori tamen malui, famæque cedere, quàm ſalutis meæ rationem ducere. Cuius me mei facti pœnituit, non tam propter periculum meum, quàm propter vitia multa, quæ ibi offendi, quò veneram. Primùm neque magnas copias, neque bellicoſas: deinde, extra ducem, paucóſque præterea (de principibus loquor) reliqui primùm in ipſo bello rapaces, deinde in oratione ita crudeles, vt ipſam victoriam horrerem: maximum autem æs alienum ampliſſimorum virorum, Quid quæris? nihil boni, præter cauſam. Quæ cũ vidiſſem deſperans victoriam, primùm cœpi ſuadere

o L. a. d. IIII.

p al. ſin proficiſcerer.

dere pacem, cuius fueram ſemper auctor: deinde cùm ab ea ſententia Pompeius valde abhorreret, ſuadere inſtitui, vt bellum duceret. Hoc interdũ probabat, & in ea ſententia videbatur fore, & fuiſſet fortaſſe, niſi quadam ex pugna cœpiſſet ſuis militibus confidere. Ex eo tempore vir ille ſummus, *q* nullus imperator fuit. Signa tirone & & collectitio exercitu cum legionibus robuſtiſſimis contulit. victus turpiſsimè, amiſsis etiam caſtris ſolus fugit. Hunc ego belli mihi finem feci: nec putaui, cùm *integri pares non fuiſſemus, fractos ſuperiores fore.* Diſceſsi ab eo bello, in quo aut in acie cadendum fuit, aut in aliquas inſidias incidẽdum, aut deueniendum in victoris manus, aut ad iubam confugiendum, aut capiendus tanquam *r* exſilio locus, *s* aut conſciſcenda mors voluntaria. Certè nihil fuit præterea, ſi te victori nolles, aut non auderes committere. Ex omnibus autem iis, quæ dixi, incommodis, nihil tolerabilius *t* exſilio præſertim, innocenti. vbi nulla adiuncta eſt turpitudo: addo etiam, cùm ea vrbe careas, in qua nihil ſit, quod videre poſsis ſine dolore. Ego cum meis (ſi quidquam nunc *u* cuiuſpiam eſt) etiam in meis eſſe malui. Quæ acciderunt, omnia dixi futura. Veni domum, *y* non quòd optima viuendi conditio eſſet: ſed tamen ſi eſſet aliqua *z* forma reip. tanquam in patria vt eſſem: ſi nulla tanquam *a* in exſulio. Mortẽ mihi cur *b* conſciſcerem cauſa nulla viſa eſt: cur optarem, *c* multę. Verus eſt enim, VBI NON SIS QVI FVERIS, NON ESSE *cur velis viuere.* Sed tamen vacare culpa, magnum eſt ſolatium: præſertim cùm habeam duas res, quibus me ſuſtentem: optimarum artiũ ſciẽtiam, & maximarum rerum gloriam: quarum altera mihi viuo numquã eripietur, altera ne mortuo quidem. Hæc ad te ſcripſi verboſiùs: & tibi moleſtus fui, quòd te cùm mei, tum reip. cognoui amantiſsimum. Notum tibi omne *d* conſilium meum eſſe volui, vt primùm ſcires, me nũquam

q q.v.c. nullius imperij fuit. non plac.

r al. exſulio.

s L. aut cõſciſcendam.

t al. exſulio.

v v.c. cuiuſquam eſt. & ita L.

y v.c. non quo.

z al. fortuna reip.

a al. in exſilio.

b L. conciſcerem.

c libri vul. multæ cauſæ.

d meum conſilium.

quam

quam voluiſſe, plus quemquam poſſe, quàm vniuerſam rempublicam. Poſteà autem quàm alicuius culpa tantùm valeret vnus, *e* vt obſiſti nō poſſet, me voluiſſe pacem: amiſſo exercitu, & eo duce, in quo ſpes fuerat vno, 1 *f* me voluiſſe etiã, reliquis omnibus poſtquam non potuerim mihi ipſi finem feciſſe belli: nunc autem, ſi hæc ciuitas eſt, ciuem eſſe me: ſi non, exulem eſſe non incommodiore loco, *g* quàm ſi me Rhodum, aut Mytilenas contuliſſem. Hæc tecum coram malueram: ſed quia longius fiebat, volui per literas eadem: *h* vt haberes quid diceres, ſi quando in vituperatores meos incidiſſes. Sunt enim, qui cùm meus interitus nihil fuerit reip. profuturus, criminis loco putent eſſe quod viuã. Quibus ego certò ſcio non videri ſatis multos periſſe: qui ſi me audiſſent, quamuis iniqua pace, *i* honeſta tamen viuerent. Armis enim inferiores, non cauſa fuiſſent. Habes epiſtolam verboſiorem fortaſſe, quàm velles: quod tibi ita videri putabo, niſi mihi longiorem remiſeris Ego, ſi, quæ volo, expediero, breui tempore te, vt ſpero, videbo Vale.

e L. vt ei obſiſti non p. f L. me voluiſſe etiam reliquis omnibus, poſtquàm non potuerim mihi, &c. g q. v. c. quã ſi Rhodum, aut Mytilē. me cont. h L. vt haberes quod diceres, ſiq. i al. honeſtè ita edit Lã.

ARGVMENTVM.

Præmonet M. Marium de aduentu ſuo in Pompeianũ. Eodem anno.

M. T. C. M. MARIO, S. D. 4

k AD VIII. Kal. Iulias in Cumanum veni cum Libonetuo, vel noſtro potius. in Pompeianum ſtatim cogito. Sed faciam te antè certiorem. Te cùm ſemper valere cupio, tum certè, dum hîc ſumus. Vides enim, quantò pòſt vna futuri ſimus. Quare *l* ſi quod conſtitutum cum podagra habes, *m* fac in alium diem differas. Cura igitur, vt valeas: & me hoc biduo, aut triduo exſpecta. Vale.

k L. a. d. IX. kalen. al. A. D. VIII. kal. l al. ſi quid. m v. c. fac

ARGVMENTVM.

Commendat Trebatium Cæſari Galliarum Proconſuli. Domitio & Appio Coſs. ſcripta, quod ex 14. lib. 2. ad Q. fratrem intelligitur.

M. T. C. CAESARI IMP. S. D. 5

VIDE, quàm mihi perſuaſerim, te me eſſe alterum, non modò in iis rebus, quæ ad meipſum, ſed etiam in iis, quæ ad meos pertinent. C. Trebatium cogitaram, quocunque exirem, mecũ ducere, vt eũ meis *n* omnibus ſtudiis, *o* & beneficiis quã ornatiſſimũ, domũ reducerẽ. Sed poſteaquam & Pompeij commoratio diuturnior erat, quã putarã, & mea quædam, tibi non ignota dubitatio aut impedire profectionem meam videbatur, aut certè tardare: vide quid mihi ſumſerim. Cœpi velle, ea, Trebatium exſpectare à te, *p*. quæ ſperaſſet à me: neq; hercule minùs ei prolixè de tua voluntate promiſi, quàm erã ſolitus de mea polliceri. Caſus verò mirificus quidam interuenit, quaſi vel teſtis opinionis meæ, vel ſponſor humanitatis tuæ. Nam cùm de hoc ipſo Trebatio cum Balbo noſtro loquerer accuratiùs domi meæ, literæ mihi dantur à te: quibus in extremis ſcriptũ erat, *q* M. FVRIVM QVEM MIHI COMMENDAS, † VEL REGEM GALLIAE FACIAM, *r* VEL * LEPTAE *r* LEGATVM. SI VIS TV, ad me alium mitte, quem ornem. Suſtulimus manus & ego, & Balbus. tanta fuit opportunitas, vt illud neſcio quid non fortuitum, ſed diuinũ videretur. Mitto igitur ad te Trebatium, atque ita mitto, vt initiò mea ſpõte, pòſt autem inuitatu tuo mittendum duxerim. Hunc, mi Cæſar, ſic velim omni tua comitate complectare, vt omnia, quæ per me poſſis adduci, vt in meos conferre velis, in vnum hunc conferas: de quo tibi homine *s* hæc ſpondeo, non illo vetere verbo meo, quod, cùm ad te de Milone ſcripſiſſem, iure luſiſti: ſed more Romano, quo modo homines non inepti loquũtur: probiorem hominem, meliorem virum, *t* prudentiorem eſſe neminem. Accedit etiam, *u* quod familiam ducit, in iure ciuili ſingularis memoriæ ſumma ſcientia. Huic ego neque tribunatũ, neque præfecturam, neque vllius beneficij certum

n L. cõmunibus.
o al. beneficiis q.
p q. v. c. quæ expectaſſet.
q al. M. ORFIVM. al. M Rufum. al. Iſſium. al. M. Iſſiũ. al. Mirtium alij Idſium. alij M. Finium. al. M. Iſinium, vel M. Itiſium. vel M. Inſium vel M. Infiniũ. vel M. Liſium. vel M. Ruſum, veteres omnes libri. Vide hic Manu.
* al. certè legatum. al. tertiæ. al. tertiæ legionis legatũ.
r L. DELEGABO. alij delegẽ. al. dilegam. al. proregem.
s L. hoc ſpond.
t L. prudentiorem.
u L. quod familiaritate inducit.

cum

tum nomen peto: beneuolentiam tuam & liberalitatem peto: neque impedio, quo minùs, ſi tibi ita placuerit, etiam hiſce eum ornes *x* glorię inſignibus. totum denique hominem tibi trado *de manu* (vt aiunt) *in manum*, tuam iſtam & victoria & fide præſtantem. Sumus enim *y* putidiuſculi, quàm per te vix licet: verùm, vt video, licebit. Cura, vt valeas, & me, vt amas, ama.

x q.c. gloriæ.

y al. impudentiuſculi.

ARGVMENTVM.

Hortatur Trebatium vt vrbis vrbanitatiſque curam & memoriam quaſi quaſdam ineptias abiiciat, ſuas res ſuáque incœpta perficiat. Eodem anno.

CICERO TREBATIO, S. D. 6

IN omnibus meis epiſtolis quas ad Cæſarem aut ad Balbum mitto, legitima quædam eſt acceſſio commendationis tuæ, nec ea vulgaris, ſed cum aliquo inſigni *z* iudicio meæ erga te *a* beneuolentiæ. Tu modò ineptias iſtas, & deſideria vrbis, & vrbanitatis depone: & quo conſilio profectus es, id aſſiduitate & virtute cõſequere. Hoc tibi tam ignoſcemus nos amici, quàm ignouerũt Medéæ * *quæ* b *Corinthi arcem alteram habebant matronæ opulentæ optimates*: quibus illa *1* manibus gypſatiſſimis perſuaſit, ne ſibi illæ vitio verterent, quod abeſſet à patria. * NAM MVLTI SVAM REM BENE GESSERE, *& publicam patria procul.* c *Multi qui domi ætatem agerent, propterea ſunt improbati.* Quo in numero tu certè fuiſſes, niſi te extruſiſſemus. Sed plura ſcribemus aliàs. Tu, qui ceteris cauere didiciſti, in Britannia ne ab eſſedariis decipiaris caueto: & quando Medéam *d* agere cœpi, illud ſemper memento, QVI IPSE SIBI *ſapiens prodeſſe* e *nequit, nequidquam ſapit.* Cura, vt valeas.

z al. iudicio non pl.

a v. c. beniuolentiæ.

* Græci ſunt Euripidis verſus ab Ennio conuerſi.

b al. Corinthis.

* verſus eſſe videtur Manu. hoc loco.

c L. Multi domi qui ætatem egerunt, propterea ſunt impr.

d v.c. cœpi agere.

e L. nõ quit. & ita q. v. c.

ARGVMENTVM.

Monet vt aſſiduam operam Cæſari nauet, ab eius liberalitate exſpectet omnia. Eodem anno.

CICERO TREBATIO, S. D. 7

EGo te commendare non deſiſto: ſed quid proficiam, ex te ſcire cupio. Spem maximã habeo in Balbo: ad quem de te diligentiſſimè & ſæpiſſimè ſcribo. Illud ſoleo mirari, non me toties accipere tuas literas, quoties à Q. fratre mihi *f* afferuntur. In Britannia nihil eſſe audio neque auri, neque argenti. Id ſi ita eſt, eſſedũ aliquod ſuadeo rapias, & ad nos quàm primùm recurras. Sin autem ſine Britannia tamen aſſequi id quod volumus poſſumus, perfice, vt ſis in familiaribus Cęſaris. multum enim te in eo frater adiuuabit meus, multum Balbus: ſed mihi crede, tuus pudor; & labor plurimùm. *g* Imperatorem liberaliſſimum habes, ætatem opportuniſſimam, commendationem certè ſingularem: vt tibi vnũ timendum ſit, ne ipſe tibi defuiſſe videare. Vale.

f v. c. afferãtur.

g q. v. c. Imper. lib. æt. opp. comm. certè ſingularem habes: vt tibi &c.

ARGVMENTVM.

Quid Cæſar ad ſe de Trebatio ſcripſerit, quídque ipſe Cæſari reſponderit, officioſè ſignificat. Trebatium reprehendit, quia delatum à Cæſare Tribunatum recuſauerat. Eodem anno.

CICERO TREBATIO, S. D. 8

SCRIPSIT ad me Cæſar perhumaniter, nondum te ſibi ſatis eſſe familiarem propter occupationes ſuas, ſed certè fore: cui quidem ego reſcripſi, quàm mihi gratum eſſet futurum, ſi quàm plurimum in te ſtudij, officij, liberalitatis ſuæ cõtuliſſet. Sed ex tuis literis cognoui præproperam quandam feſtinationem tuam: & ſimul ſum admiratus, cur tribunatus * commoda, dempto præſertim labore militiæ, contemſeris. Querar cum Vacerra, & Manilio: *h* nam Cornelio nihil audeo dicere, cuius tu periculo ſtultus es, quando te ab eo ſapere didiciſſe profiteris. Quin tu vrges iſtam occaſionem, & facultatem, qua melior nunquam reperietur? Quod ſcribis de illo *i* Prætia-

* Tribunatus militũ tertia in caſtris dignitas.

h al. Nam de Cornelio nõ aud. d.

i Prætiano iureconſulto, ego te ei nõ deſino cõmendare. ſcribit etiã ipſe mihi, te ſibi gratias agere debere. De eo quid ſit, cura, vt ſciam. Ego veſtras Britannicas literas exſpecto. Vale.

i L. Præciano.

ARGVMENTVM.

Literarum officium à Trebatio requirit, monet ne reditum in vrbem præproperè cupiat.

CICERO TREBATIO, S. D. 9

IAMDIV ignoro, quid agas, nihil enim ſcribis, neque ego ad te his duobus menſibus ſcripſeram: quia cum Q. fratre meo non eras. quò mitterem, aut cui darem neſciebam. Cupio ſcire, quid agas, & vbi ſis hyematurus. Equidem velim cum Cæſare: ſed ad eum *k* propter eius occupationes nihil ſum auſus ſcribere, ad Balbum tamẽ ſcripſi. Tu tibi deeſſe noli. ſeriùs potius ad nos, dum plenior. Quòd huc properes, nihil eſt, præſertim Vacerra mortuo. ſed tibi conſilium non deeſt. Quid conſtitueris, cupio ſcire. *l* Cn. Octauius, tuus familiaris, ſummo genere natus, *m* terræ filius, is me, quia ſcit tuum familiarem eſſe: crebro ad cœnam inuitat: adhuc non potuit perducere. ſed mihi tamen gratum eſt. Vale.

k al. propter eius luctum.

l L. Cn. Octauius, an Cn. Cornelius, tuus quidem familiaris, ſummo gẽn.

m γηγενὴς id eſt ignobilis. adde ep. 16. & 1. ad Att. 10.

ARGVMENTVM.

Trebatio per iocum vitia obijcit, ambitionem, inſcitiã, paupertatem, timiditatem. Petit quid perfecerint literæ ad Cæſarem de eo diligenter ſcriptæ, & omnino de ſtatu ſuo, conſiliiſque omnibus certiorem faciat. Eodem anno.

CICERO TREBATIO, S. D. 10

LEGI tuas literas: ex quibus intellexi, te Cæſari noſtro valde iureconſultum videri. Eſt quòd gaudeas, te in iſta loca veniſſe, vbi aliquid ſapere viderere. Quòd ſi in Britaniã quoque profectus eſſes: profectò nemo in illa tanta inſula peritior te fuiſſet. Verũtamẽ (rideamus, licet: ſum enim à te inuitatus) ſubinuideo tibi, vltrò te etiã *n* accerſitũ ab eo, ad quẽ ceteri, non propter eius ſuperbiam, ſed propter occupationem adſpirare non poſſunt,

n L. arceſſitũ ab eo, & ita v. c.

poſſunt. Sed tu in iſta epiſtola nihil mihi ſcripſiſti de tuis rebus: quæ mehercule mihi non minori curæ ſunt, quàm meæ. Valde metuo, ne frigeas in hybernis. quamobrem camino * luculento vtēdum cenſeo. Idem & o Mucio & Manilio placebat, præſertim qui ſagis non abundares: quamquam vos nunc iſtic ſatis calere audio. quo quidem nūtio valde mehercule de te timuerā. Sed tu in re militari multò es cautior, quàm in aduocationibus: qui neque in Oceano natare volueris, ſtudioſiſſimus homo natandi, neque ſpectare eſſedarios: quem antea ne p Andabatam quidē q defraudare poteramus. Sed iam ſatis iocati ſumus. Ego de te ad Cæſarem quàm diligenter ſcripſerim, tute ſcis: quàm ſæpe, ego. Sed mehercule iam intermiſerā, ne viderer liberaliſſimi hominis, meique amantiſſimi voluntati erga me diffidere. Sed tamen his literis, quas proximè dedi, putaui eſſe hominem commonendum. id feci. quid profecerim, facias me velim certiorem: & ſimul de toto ſtatu meo, conſiliiſque omnibus. Scire enim cupio quid agas, quid exſpectes, quàm longum iſtum tuum diſceſſum à nobis futurum putes. Sic enim tibi perſuadeas velim, vnum mihi eſſe ſolatium, quare faciliùs poſſim pati te eſſe ſine nobis, r ſi tibi eſſe id emolumento ſciam. ſin autē id non eſt, nihil duobus nobis eſt ſtultius: me, qui te non Romam attraham: te, qui nō huc aduoles. Vna mehercule noſtra vel ſeuera, vel iocoſa congreſſio, pluris erit, quàm nō modo hoſtes, ſed etiā fratres noſtri Hædui. Quare omnibus de rebus, fac vt quàm primùm ſciam. aut conſolādo, aut conſilio, aut re iuuero. Vale.

* Vide hic Manutium.
o al. Mutio.
p L. Antanabatam.
* vide Turneb. 19. Aduerſ. c. 8.
q L. defrudare repot.
r q. v. c. ſi tibi id eſſe emol.

ARGVMENTVM.

Primùm, vt ſolet, iocatur occaſione ſumta ab Interregnis, deinde ſi honeſtatem facultatéſque augeat, monet vt apud Cæſarem maneat, ſin minùs, Romam redeat. A. V. C. DCC. in Interregno.

CICERO

CICERO TREBATIO, S. D. 11

NISI antè Roma profectus eſſes, nunc eā certè relinqueres. quis enim tot * interregnis iure conſultum deſiderat? Ego omnibus, vnde petitur, hoc conſilij dederim, vt à ſingulis interregibus binas aduocationes poſtulent. Satíſne tibi videor abs te ius ciuile didiciſſe? Sed heus tu, quid agis? ecquid fit? video enim, te iam iocari per literas. Hæc ſigna meliora ſunt, s quàm in meo Tuſculano. Sed quid ſit, ſcire cupio. Conſuli quidem te à Cæſare ſcribis: ſed ego tibi ab illo conſuli mallem. quod ſi aut fit, aut futurum putas: perfer iſtam militiam, & permane. Ego enim deſiderium tui, ſpe tuorum commodorum cōnſolabor. t ſin iſta ſunt inaniora: recipe te ad nos. Nam aut erit hîc aliquid aliquando: aut, ſi minùs, vna mehercule collocutio noſtra, pluris erit, † quàm omnes Samarobrinæ. Denique, u ſi te citò retuleris: ſermo nullus erit. ſin fruſtra diutius x abfueris: non modò Laberium, ſed etiā ſodalem noſtrū Valerium pertimeſco. Mira enim perſona induci poteſt Britannici iureconſulti. y Hæc non rideo, quamuis tu rideas: ſed de re ſeueriſſima tecū, vt ſoleo, iocor. Remoto ioco, tibi hoc, amiciſſimo animo præcipio, vt ſi iſtic mea cōmendatione tuam dignitatem obtinebis, perferas noſtri deſideriū: honeſtatem, & facultates tuas augeas. ſin autem iſta frigebunt, recipias te ad nos. Omnia tamen, quæ vis, & tua virtute profectò, & noſtro ſummo erga te ſtudio conſequêre. Vale.

* fuerunt in ſex menſibus triginta ſex Dion libr. 40. Pedianus. nā ſinguli interreges per dies tātum quinque ſunt.

s L. quàm quę in meo Tuſc.

t v. c. ſin autem iſta.

v q. v. c. ſi citò te ret. & ita Lāb.

x L. abfueris.

y Lamb. Hæc ego non rideo.

ARGVMENTVM.

Iocatur ſuo more. Epicureorum opiniones reprehendit, Trebatiúmque quem Epicureum factum fuiſſe cognouerat ex Panſa. Eodē anno in Interregno.

CICERO TREBATIO, S. D. 12

MIRABAR, quid eſſet, quòd tu mihi literas mittere intermiſiſſes. Indicauit mihi Panſa meus, Epicuréum * te eſſe factum. O caſtra præclara!

* & libr. 3. ep 9.

* Horat. 2. Saty. 4. v. 34. molle Tarentum.
* alij, intuebar.
1 L. Seius.
* al. Titius. al. Erilius. al. Elicius. al. Ericius. Etrius, Ehiceres, Fticerus, Etheius al. Zeius.
a al. facies.
* hæc duo, non ciuiũ, abſũt Manutio.
b L. formula fiduciæ, INTER BONOS BENE AGIER? Quis enim, &c.
* de veterũ hoc iuramento vide Feſtũ in lapidẽ Apuleiũ de Deo Socratis. Gel. l. 1. ca. 21. Pl. in Sylla. Politiũ. 3. Liuium lib. 21.
c L. Quid porrò fiet pop.
d al. proximis liter.

clara! quid tu feciſſes, * ſi te Tarentum, & non Samarobrinam miſiſſem? 1 Iam tũ mihi nõ placebas, cùm idem * intuebare, quod & 2 Titius familiaris meus. Sed quoniam modo ius ciuile defendes, cùm omnia tua cauſa *a* facias, * non ciuium? Vbi porrò illa erit *b* formula fiducia, † VT INTER BONOS BENE AGIER OPORTET? Quis enim eſt bonus, qui facit nihil, niſi ſua cauſa? Quod ius ſtatues COMMVNI DIVIDVNDO, cũ cõmune nihil poſſit eſſe apud eos, qui omnia voluptate ſua metiuntur? Quomodo autem tibi placebit, * IOVEM LAPIDEM iurare, cùm ſcias Iouẽ iratum eſſe nemini poſſe? *c* Quid fiet porrò populo Vlubrano, ſi tu ſtatueris, πολιτεύεσθαι non oportere? Quare ſi plane à nobis deficis: moleſtè fero. ſin Panſæ aſſentari commodum eſt, ignoſco, modo ſcribas aliquando ad nos, quid agas, &, à nobis quid agi, quid fieri, aut curari velis. Vale.

ARGVMENTVM.

Intermiſſionis literarũ cauſã exponit, vnde occaſionem arripit liberiùs iocandi. Eodem anno, & in Interregno: dies enim adſcriptus eſt.

CICERO TREBATIO S. D.

ADEONE me iniuſtum eſſe exiſtimaſti, vt tibi iraſcerer, quòd parũ mihi conſtans, & nimiũ cupidus decedendi viderére, ob eámque cauſam me arbitraréere literas ad te iamdiu non miſiſſe? Mihi perturbatio animi tui, quàm *d* primis literis perſpiciebã, moleſtiam attulit. Neq; alia fuit vlla cauſa intermiſſionis literarũ, niſi quòd, vbi eſſes, planè neſciebam. Hic tu me etiam inſimulas, nec ſatisfactionem meã accipis. Audi, mi Teſta. Vtrũ ſuperbiorẽ te pecunia facit, an quod te imperator conſulit? Moriar, ni, quæ tua gloria eſt, puto te malle à Cæſare conſuli, quàm inaurari. Si verò vtrumque eſt: quis feret, præter me, qui omnia ferre poſſum? Sed, vt ad rem redeam, te iſtic inuitum non eſſe vehementer gaudeo: &, vt illud

erat:

erat moleſtum, ſi hoc eſt iucundum Tantùm metuo, ne artificium tuum tibi parum proſit. Nam, vt audio, iſtic

*Non ex iure e manu conſertum, ſed mage ferro
Rem repetũt, f regnúmque petũt: vadũt ſolida vi.*

g † Et tu ſoles ad vim faciendam adhiberi, neque eſt, quòd illam exceptionem in interdicto pertimeſcas. h QVOD TV PRIOR VI HOMINIBVS ARMATIS CONVENERIS. Scio enim, te non eſſe procacem in laceſſendo. Sed, vt ego quoque i te aliquid de noſtris cautionibus admoneam, Treuiros vites cenſeo, audio capitaleis eſſe. mallem auro, argento, ære eſſent. Sed aliàs iocabimur. Tu ad me de iſtis rebus omnibus ſcribas velim quàm diligētiſſimè. k Ad tertiũ Nonas Martias. Vale.

* Vide orationē pro Muræna.

e L. manũ.

f hoc totũ, regnũque pet. vad. ſolidi vi. non eſt in libr. antiq. nec habet Carolus Stephanus.

g L. At tu nō ſoles ad vim, &c.

h Lamb. QVOD TV PRIOR CVM HOMINIBVS ARM. Manut. veneris.

i v. c. te aliquid admoneā de noſt. caut. Treuir.

k L. A. D. III. Nonas M.

ARGVMENTVM.

Iocosè reprehendit Trebatium, qui literas nullas miſerat. Videtur eodem anno.

CICERO TREBATIO, S. D. 14

CHRYSIPPVS * Vettius, Cyri * architecti libertus, fecit, vt te non immemorem putarem mei: ſalutem enim l mihi verbis tuis nuntiauit. Valde iã lautus es, qui grauére literas ad me dare, homini præſertim propè domeſtico. Quòd ſi ſcribere oblitus es: m minùs multi iam, te aduocato, cauſa cadent. ſin noſtri oblitus es: dabo operam, vt iſtuc veniam antè, quàm planè ex animo tuo effluam. ſin æſtiuorum timor te debilitat: aliquid excogita, vt feciſti de Britannia. Illud quidem perlibenter audiui ex eodem Chryſippo, te eſſe Cæſari familiarem. Sed mehercule mallem, id quod erat æquius, de tuis rebus ex tuis literis quàm ſæpiſſime cognoſcere. Quod certè ita fieret, ſi tu maluiſſes, n beneuolentiæ, quàm litium iura perdiſcere. Sed hæc iocati ſumus & tuo more, & nōnihil etiam noſtro. Te valde amamus, nóſque à te amari cũ volumus, tum etiam confidimus. Vale.

* vide 7. Att. ep. 14.

* 1. Att. 3. 2. ad Quint. fr. 2.

l v. c. verbis tuis mihi nuntiauit.

m q. v. c. minus molti iam alij te adhuc non pl.

n v. c. beniuolétiæ.

ARGVMENTVM.

Trebatium cupit præſentem eſſe. Gratulatur de Marij familiaritate. Eodem anno.

CICERO TREBATIO, S. D. 15

QVAM ſint moroſi qui amant, vel ex hoc intelligi poteſt. moleſtè ferebam antea, te inuitum iſtic eſſe: pungit me rurſus, quòd ſcribis, *o* te eſſe iſtic libenter, *p* neque enim mea commendatione te nō delectari facilè patiebar: & nunc angor, quidquam tibi ſine me eſſe iucundū. Sed tamen hoc malo nos ferre deſiderium, quàm te non ea, quæ ſpero conſequi. Quòd verò in C. *q* Marij, ſuauiſſimi, doctiſſimique hominis familiaritatem veniſti, non dici poteſt, quàm valde gaudeam: qui fac vt te quàm maximè diligat, mihi crede, nihil ex iſta prouincia potes, quod iucundius ſit, deportare. Cura, vt valeas. Vale.

o v. c. eſſe te iſtic libent. *p* fort. neq; enim tunc mea comm. *q* L. Marij. & ita v. c. vide Qu. 6. Columell. 12. c. 4. & 44. Alter fuit Cn. Marius, cuius meminit Gell. & Macro.

ARGVMENTVM.

De ſapientia Trebatij in bello vitando. De Octauio. De rebus Trebatij inquirit De diuitiis De ſuperbia eiuſdē iocatur. Scripta videtur eodem anno.

CICERO TREBATIO, S. D. 16

IN equo * Troiano ſcis eſſe in extremo, * SERO SAPIVNT. Tu tamen, mi vetule, non ſerò: *r* primùm, illas rabioſulas, ſat fatuas, dediſti. deinde, quòd in Britannia non nimis φιλοθέωρον te præbuiſti, planè non reprehendo. nunc verò in hybernis *s* iniectus mihi videris. itaque te commouere non curas. Vſquequaque ſapere oportet. id erit telum acerrimum. ego ſi foris cœnitarem, Cn. Octauio familiari tuo, non defuiſſem. cui tamen dixi, cùm me aliquoties inuitaret. Oro te, quis tu es? Sed mehercule, extra iocum, homo bellus eſt. vellem eum tecum abduxiſſes. Quid agatis, & ecquid in Italiam venturi ſitis hac hyeme, fac planè ſciam. Balbus mihi confirmauit, te diuitem futurum. id verum Romano more locutus ſit bene nummaſum te futurum, an quomodo Stoici dicunt, OMNEIS ESSE DIVITES, QVI

* Equus Troianus fabula Lini Andronici. adde ep. 1. aut Næuij de quo Macrob. 6.

* vide Feſtum in Serò ſapiunt Phryges, & Cic. ſuprà, ep. 6.

r L. primum quòd illas.

s L. vinctus m. al. innexus m. al. iniectus m. al. intectus al. innectus. al. vinctus.

COELO,

COELO, *& terra frui poſſunt.* poſteà videro. Qui iſtinc veniunt, ſuperbiam tuam accuſant, quòd negent te percunctantibus reſpondere.ſed tamen eſt quod gaudeas.conſtat enim inter omneis,neminem te vno Samorobrinæ iuris peritiorem eſſe. Vale.

ARGVMENTVM.

Gratulatur de vrbis deſiderio depoſito, eúmque hortatur,vt Cæſaris amicitiam plurimi faciat, quam fore fructuoſam promittit. Eodem anno.

CICERO TREBATIO, S. D. 17

EX tuis literis,& Quinƈto fratri gratias egi, & te aliquando collaudare poſſum, quòd iam videris certa aliqua in ſententia conſtitiſſe. t Nã t primorum menſium literis tuis vehementer commouebar,quòd mihi interdum (pace tua dixerim) leuis in vrbis,vrbanitatiſque deſiderio,interdum piger,interdum timidus in labore militari,ſæpe autem etiam, quod à te alieniſſimum eſt, ſubimpudens videbare. tanquam enim ſyngrapham ad imperatorem, non epiſtolam attuliſſes: ſic,pecunia ablata,domum redire properabas:nec tibi in mentem veniebat,eos ipſos, qui cum ſyngraphis veniſſent v Alexandriam, nullum adhuc nummum auferre potuiſſe. Ego, ſi mei commodi rationem ducerem, te mecum eſſe maximè vellem.non enim mediocri afficiebar vel voluptate ex conſuetudine noſtra, vel vtilitate ex conſilio, atq; opera tua. Sed cùm te ex adoleſcentia tua in amicitiam,& fidem meã contuliſſes: ſemper te nõ modò tuendum mihi,ſed etiam augendum,atque ornandum putaui. Itaque quoad opinatus ſum, me in prouinciam exiturum,quæ ad te vltro x attulerim,meminiſſe te credo poſteà quã mea mutata ratio eſt,cùm viderem, me à Cæſare honorificentiſſimè tractari,&vnicè diligi,hominiſque liberalitatem incredibilem,& ſingularem fidẽ noſſem:ſic ei te commendaui,& tradidi, vt grauiſſimè diligentiſſiméque potui.Quod ille y ita & ac-

t q.v.e.primorum mẽſium l.

v L. Alexiã. Vrſ. Alexãdream.

x al. detuleri m.

y L.ita accepit,vt & mihi ſæpe literis ſignificarit, & tibi verbis & re oſtenderit; mea c.

cepit, & mihi ſæpe literis ſignificauit: & tibi verbis, & re oſtendit, mea commendatione ſeſe valde eſſe commotum. Hunc tu virum nactus, ſi me aut ſapere aliquid, aut velle tua cauſa putas, ne dimiſeris: &, ſi qua te fortè res aliquando offenderit, cùm ille aut occupatione, aut difficultate tardior tibi erit viſus, perferto, & vltima expectato: quæ ego tibi *a* iucunda, & honeſta præſtabo. Pluribus te hortari non debeo. tãtùm moneo, neque amicitiæ confirmandæ clariſſimi, ac liberaliſſimi viri, neque vberioris prouinciæ, *a* neque ætatis magis idoneum tempus, hoc ſi amiſeris, te eſſe vllum vmquam reperturum. Hoc, quemadmodum vos ſcribere ſoletis in veſtris libris, idem Q. Cornelio videbatur. In Britanniam *b* te non eſſe profectum, *c* vehementer gaudeo, quòd & tu labore caruiſti, & ego te de rebus illis non audiam. Vbi ſis hybernaturus & qua ſpe, aut conditione, perſcribas ad me velim. Vale.

a fort. & iucunda.

a fort. neq; ætatis magis idoneæ tempus.

b Lite profectum non eſſe.

c tres v. c. non habẽt, vehementer.

ARGVMENTVM.

Laudat Trebatij ſententiam de militia Iocatur in eius parſimoniam, quòd ſcripſerit in palimpſeſto. Eodem anno.

CICERO TREBATIO, S. D. 18

ACCEPI à te aliquot epiſtolas vno tempore, quas tu diuerſis temporibus dederas: in quibus me cetera delectarunt. Significabãt enim, te iſtam militiam iam firmo animo ferre, & eſſe fortem virum & conſtantem. Quæ ego paulìſper in te ita deſideraui, *d* non imbecillitate animi tui, ſed magis vt deſiderio noſtri te æſtuare putarem. Quare perge, vt cœpiſti: forti animo iſtam tolerã militiam. Multa, mihi crede, aſſequére. ego enim renouabo commendationem: * ſed tempore. Sic habeto, non tibi maiori eſſe curæ, † vt iſte tuus à me diſceſſus, * fructuoſiſſimus tibi ſit, quàm mihi. Itaque, quando veſtræ * cautiones infirmæ ſunt, Græculam tibi miſi cautionem chirographi mei. Tu me velim de ratione Gallici belli certiorem facias.

d for. nõ vt imbecillitate animi tui, ſed magis, vt.

* alij, ſed tẽpori. al. tam fructuoſiſſim⁹. Vrſ. quã fructuoſiſſimus.

* friget in bello ius ciuile. ep. 13. & 16.

faciaſ.ego enim ignauiſſimo cuique maximam fidem habeo. Sed.vt ad epiſtolas tuas redeam, cetera bellè: illud miror. quis ſolet eodem exemplo plureis dare, qui ſua manu ſcribit? Nam quod in * palimpſeſto, laudo equidem parſimoniã: ſed miror: quid in illa chartula fuerit, *e* quòd delere malueris, *f* quàm hæc ſcribere: niſi fortè tuas formulas. Non enim puto te meas epiſtolas delere, vt reponas tuas. An hoc ſignificas, nihil fieri? frigere te? ne chartam quidem tibi ſuppeditare? Iam iſta tua culpa eſt, qui verecundiam tecum extuleris, & non hîc nobiſcum reliqueris. Ego te Balbo, cùm ad vos proficiſcetur, more Romano commendabo. Tu, ſi interuallum longius erit mearum literarum, ne ſis admiratus eram enim * abſuturus mẽſe Aprili Has literas ſcripſi *g* in Pontino, cùm ad villam *h* M. Æmilij Philemonis *i* diuertiſſem ex qua iam audieram fremitum clientium meorum, quos quidem tu mihi conciliaſti. Nam Vlubris honoris mei cauſa vim maximam * ranunculorum ſe commoſſe conſtabat. Cura vt valeas. VI Idus April. *k* de Pontino.

EPISTOLAM tuam quam accepi ab † L. *l* Aruntio, cõſcidi innocentem nihil enim habebat, quod non vel in concione rectè legi poſſet. Sed & Arũtius ita te mandaſſe aiebat, & tu adſcripſeras. Verùm illud eſto. nihil te ad me poſteà ſcripſiſſe demiror, præſertim tam nouis rebus. Vale.

ARGVMENTVM.

De Topicis à ſe Trebatio inſcriptis, ea (puta) obſcuriora eſſe, nec ſine interprete legenda, exercitationem eſſe neceſſariam, ſi expeditam in quæſtionibus habere doctrinam velit. Scripta poſt epiſtolam ſequentem, Panſa & Hirtio Conſulatum ineuntibus. A.V.C.DCCVII.

CICERO TREBATIO, S. D. 19

VIDE, quanti apud me ſis: *m* & ſi iure id quidem. non enim amore te vinco. Verumtamen quod præſenti * tibi propè *n* ſubnegarẽ,

* Palimpſeſtus chartula iterum abraſa ſcribẽdi cauſâ.
e L. quod delere malueris: niſi f. &c.
f al. quàm exſcribere. al. quã hoc non ſcribere.
* L. afuturis.
g L. in Pomptino.
h L. Metrilij Philomenis. al. Melilli. al. Menilij. al. Meſtrinij.
i L. defert.
* Vlubratũ incolas ranunculos vocauit, iocans in Trebatij clientes, quia paludes Vlubris propinquæ.
k L. de Põtino.
l L. Arrũtio.
m L. & iure id quidem.
* in Tuſculano. ſcilicet. vide Top. in initio.
n L. ſubnegaram, non tribuerã c

non tribuerem certè, id abſenti debere non potui. Itaque, vt primùm Velia nauigare cœpi, inſtitui Topica *o* Ariſtotelica conſcribere, ab ipſa vrbe commonitus, amantiſſima tui. Eum librum tibi miſi Rhegio, ſcriptũ, quàm planiſſimè res illa ſcribi potuit. Sin tibi quædam videbuntur obſcuriora: cogitare debebis, NVLLAM ARTEM *literis ſine interprete, & ſine aliqua exercitatione percipi poſſe.* Non longè abieris. num ius ciuile veſtrum ex libris cognoſci poteſt? qui quamquã plurĩmi ſunt, 1 *p* doctorem tamen lumenq; deſiderant. *q*Quamquam tu ſi attentè leges, ſi ſæpius per te omnia conſequére, vt certè intelligas. vt verò etiam ipſi tibi loci *r* propoſita quæſtione occurrant, exercitatione conſequére. In qua quidem nos te continebimus, ſi & *ſalui redierimus & ſalua iſta offenderimus. Vale. v. Kal. Sext. Regio.

ARGVMENTVM.

Scribit de amore Velienſium in Trebatium. Hortatur ne paternas poſſeßiones vendat. De Niconis libro. Ante ſuperiorem datam eſſe, adſcripta dies indicat.

CICERO TREBATIO, S. D. 20

AMABILIOR mihi Velia fuit, quòd te ab ea ſenſi amari. Sed quid ego dicam te, quem quis non amat? * Rufio, medius fidius, tuus ita deſiderabatur, † vt ſi eſſet * vnus è nobis. Sed ego te non reprehendo, qui illum ad ædificationem tuã traduxeris. Quamquam enim Velia *s* non eſt vitior, quàm * Lupercal, tamen iſthuc malo, quã hæc omnia. *t* Tamen, ſi me audies, quem ſoles, has paternas poſſeſſiones tenebis (neſcio quid enim Velienſes verebantur) neq; *v* Halethem, nobilẽ amnẽ relinques, nec * Papirianam domum deſeres. quãquam illa quidem habet *x* lucum, *y* à quo etiam aduenæ teneri ſolent: quem tamen ſi exciderîs, multum proſpexeris. Sed in primis opportunum videtur, his præſertim temporibus, habere perfugium, primùm eorũ vrbem, quibus carus ſis; *z* deinde

o L. Ariſtotelêa conſcr. & ita v. c.
p L. doctorem tamen nonnũquã deſid. al. doctorem tamen, vſumque deſid. al. doctorẽ tamen vtrũque.
q Quia tu.
r for. poſitæ q.
ſ è Græcia.
† Trebatij gentilis.
* Vrſ. vnus homo nobis.
s q. v. c. non eſt mihi vitior.
* Locus vbi lupa Romulum & Remum aluit.
t al. Tu tamen ſi. L. Tu ſi me.
v L. Heletẽ, nob. vt Str. 6. ad Attic.
* emptam à quodam Papirio.
x al. lotum. al. locum. al. lacum.
y al. in quo.
z [illegible] c. deinde [illegible] dem [illegible] mum.

de

de etiam tuam domum, tuóſq; agros:eaq; remoto,ſalubri amœnoq; loco:idq; etiam mea intereſſe,mi Trebati,arbitror.Sed valebis,meáque negotia videbis, méque dijs iuuantibus ante brumam expectabis. Ego a Sext.a Fabio, Niconis diſcipulo,librũ abſtuli,Νίκωνος περὶ πολυφαγίας. O medicum ſuauem, méque docilem ad hanc diſciplinam.Sed Baſſus noſter me de hoc libro celauit:te quidem non videtur.Ventus * increbreſcit. Cura vt valeas.XIII.Kalen.Sext.Velia Vale.

a v.c. Fadio. & ita L.

* al. increbeſcit.

ARGVMENTVM.

Silij cauſam Trebatio commendat. Manutio videtur ſcripta eo anno quo Cæſar eſt necatus.

CICERO TREBATIO, S. D. 21

SILII cauſam te docui. is poſteà fuit apud me,cùm ei dicerem,tibi videri* ſpõſionem illã *b* non ſine periculo facere poſſe. *c* SI BONORVM TVRPILIAE POSSESSIONEM, QV. CAEPIO PRAETOR EX EDICTO SVO MIHI DEDIT, negare aiebat Seruium,tabulas teſtamenti eſſe eas,quas inſtituiſſet is, qui factionem teſtamenti non habuerit.Hoc idem *d* Offilium dicere: tecum ſe locutum negabat:méque rogauit, vt ſe, *e* cauſámque ſuam tibi commendarem. Nec vir melior,mi Teſta,nec mihi amicior P.Silio quiſquã eſt,te tamen excepto.Gratiſſimum igitur mihi feceris,ſi ad eum vltrò veneris, eiq; pollicitus eris. ſed,ſi me amas,quam primum hoc te vehementer etiam,atque etiam rogo. Vale.

*His verbis ſponſionũ formulæ concipiebã tur.

b L. nos ſine p.

c Manut. Nibon.

d L. Offiliũ.

e L. & cauſam ſuam tibi comm. & ita v. c.

ARGVMENTVM.

De quadam iuris controuerſia ſcribit, poſſitne heres furti agere eius rei nomine antequam heres eſſet, aut etiam rem poſſediſſet ſubreptam. Controuerſum Cicero, Trebatius certum eſſe dicit. Eodem anno videtur ſcripta.

CICERO TREBATIO, S. D. 22

ILLVSERAS heri inter ſcyphos, quòd dixeram,controuerſiam eſſe, poſſétne heres, quod furtum antea factum eſſet,rectè furti agere. Itaque,

que,etſi domum bene potus,ſeróque redieram tamen id caput,vbi hæc controuerſia eſt,notaui, & deſcriptum tibi miſi:vt ſcires, id, quod tu neminē ſenſiſſe dicebas,Sex.Aelium,M.Manilium M. Brutū ſenſiſſe.Ego tamē Scæuulę, & Teſtæ aſſētior. Vale.

ARGVMENTVM.

Signa quædam Ciceroni,qui pictas potius tabellas petierat,emit Gallus:nullam ex illis emptionibus à ſe deſiderari reſcribit. Subiungit ſibi eſſe valde gratū quòd proximam domum cupiat conducere. Epiſtolæ annus incertus,poſt Conſulatum tamē ſcriptam conſtat.

M.T.C. FABIO GALLO, S. D. 23

f L.Tantum quòd ex Arp.

f TANTVM ex Arpinati veneram,cum mihi à te literæ redditæ ſunt:ab eodémque accepi Auiani literas:in quibus hoc erat liberaliſſimum, nomina ſe facturum,cùm veniſſet,qua ego vellem die.Fac,quæſo, qui ego ſum, eſſe te:eſtne aut tui pudoris,aut noſtri,primùm rogare de die: deinde plus annua poſtulare?Sed eſſent, mi Galle, omnia facilia,ſi & ea mercatus eſſes,quę ego deſiderabā, & ad eā ſummā quam volueram.g Attamē iſthęc ipſa,quæ te emiſſe ſcribis,non ſolùm rata mihi erunt,ſed etiam grata.planè enim intelligo,te non modò ſtudio,ſed etiam amore vſum, quæ te delectarint,hominem(vt ego ſemper iudicaui) in omni iudicio elegantiſſimum, quæque me digna putaris coëmiſſe. Sed velim maneat Damaſippus in ſententia. prorſus enim ex iſtis emtionibus nullā deſidero. Tu autem ignarus inſtituti mei , quanti ego genus omne ſignorum omnium non æſtimo, tanti iſta quatuor,aut quinque ſumſiſti.h Sed Bacchas iſtas cum Muſis*Metelli comparas. Quid ſimile ? primùm , ipſas ego Muſas numquam tanti putaſſem:atque id feciſſem Muſis omnibus approbantibus,ſed tamen erat aptum bibliothecæ,ſtudiiſque noſtris congruens. * Bacchis verò vbi eſt apud

g L. Ac tamen iſta ipſa.& ita v. c.

h v.c.nō habent Sed, nec agnoſcit.

* id eſt,ſignis Muſarum, quæ erant apud Metellum.

* Bacchæ Muſarū ſacerdotes.

apud me locus? At pulchellæ ſunt. Noui optimè, & ſæpe vidi. nominatim tibi ſigna mihi nota mandaſſem, ſi probaſſem. Ea enim ſigna ego emere ſoleo, quæ ad ſimilitudinem gymnaſiorum exornēt mihi in palæſtra locum. Martis verò, ſignum quò mihi pacis auctori? Gaudeo nullum Saturni ſignū fuiſſe, hæc enim duo ſigna putarem mihi æs alienū attuliſſe. Mercurij mallem aliquod fuiſſet *i* feliciùs, puto, cū Auiano tranſigere poſſemus. Quod tibi deſtinaras Trapezóphorum, ſi te delectat, habebis: ſin autem ſententiam mutaſti, ego habebo ſcilicet. Iſta quidem ſumma ne ego multò libentiùs emerim *k* diuerſorium *l* Tarracinæ, ne ſemper hoſpiti moleſtus ſim Omninò liberti mei video eſſe culpam, cui planè res certas mandaram: itemque Iunij, quem puto tibi notum eſſe, Auiani familiarem. *m* Exhedria quædam mihi noua ſunt inſtituta in porticula Tuſculani. ea volebam tabellis ornare. etenim, ſi quid generis iſtiuſmodi me delectat, pictura delectat. Sed tamen, ſi iſta mihi ſunt habenda, certiorē velim me facias, vbi ſint, quādo *n* accersātur, quo genere vecturę. *Si enim Damaſippus in ſententia non manebit, aliquē pſeudodamaſippum vel cum iactura reperiemus. Quod ad me de domo ſcribis iterum, iam id ego proficiſcens mandarā meæ Tulliæ. Ea enim ipſa hora acceperam tuas literas: egeram etiā cum tuo Nicia, quòd is vtitur, vt ſcis, familiariter Caſſio. Vt redij autē, priùs, quàm tuas legī has proximas literas, quæſiui de mea Tullia, quid egiſſet. per Liciniam ſe egiſſe dicebat. ſed opinor Caſſium vti non ita multùm ſorore. ea porrò negat ſe audere, cùm vir abeſſet (eſt enim profectus in Hiſpaniam *o* Decius) illo & abſente, & inſciēte migrare. Eſt mihi gratiſſimū, tanti à te æſtimatā conſuetudinē vitę, victuſq; noſtri: primùm vt eam domū ſumeres, vt non modò prope me, ſed planè mecum habitare poſſes: deinde vt migrare tantopere feſtines. Sed ne viuam, ſi tibi concedo, vt eius rei tu cupidior

i fort. facilius.

k L. diuerſorium.

l L. Terracinæ.

m q. v. c. Exhedria mihi quędam noua ſūt. Erat loc⁹ in porticibus vbi ſedentes diſputare ſolebant.

n L. arceſſātur. & ita v. c.

*Scripſerat puto Damaſippum eas ſtatuas emepturum, ſi Ciceroni nō placerēt. vi de Horat. Sat. 3. l. 2. ver. 64.

o L. Decimus.)

ſis,quàm ego ſum.Itaque omnia experiar. Video enim quid mea interſit, quid vtriuſq; noſtrûm,ſi quid egero,faciam vt ſcias.Tu & ad omnia reſcribes,& quãdo te exſpectem,facies me, *p* ſi tibi videbitur,certiorem.Vale.

p al. ſi tibi videatur.
q libri vul. de Tigellio perſpexi. Senſi.
r al.Cepius. al. Citius. alij Cipſus. ex Feſto in nõ omnib⁹ dormio.
χάβδας Pluta. vocatur in ἐρωτικῷ nonnulli libri vet.Cæpio habent.
s q.v.c.receperam.
t L.quo die de P. S.
* Vrſ.ire.
v L. reſpondi id nullo modo, &c. & ita v.c.
x L. me facere poſſe, quum vellem aliũ d.
y al.cantorem.al. victorem.
* vide Feſtũ in Sardi venales &Plutar. in probl.

ARGVMENTVM.

Scribit Tigellium iniuſtè ſibi iraſci. Cæſare quartùm Conſule ſine collega.

M. T. C. M. FABIO GALLO, S. D. 24

AMORIS quidem tui,quoquò me verti, veſtigia:vel proximè *q* de Tigellio. Senſi enim ex literis tuis,valde te laboraſſe. Amo igitur voluntatem. Sed pauca de re *r* Capius (opinor) olim, NON OMNIBVS DORMIO : ſic ego non omnib.mi Galle ſeruio.etſi quę eſt hæc ſeruitus? Olim, cùm regnare exiſtimabamur, non tam ab vllis, quàm hoc tempore obſeruor à familiariſſimis Cæſaris omnibus,præter iſtum. Id ego in lucris pono non ferre, hominem peſtilentiorem patria ſua:eúmque addictum iã tum puto eſſe Calui Licinij Hipponacteo præconio. At vide, quid ſuceenſeat. Phameæ cauſam *s* ſuſceperam, ipſius quidem cauſa. erat enim mihi ſanè familiaris. Is ad me venit:dixitq;, iudicẽ ſibi operam dare cõſtituiſſe eo ipſo die,*t* quo de P.Sextio† in conſiliũ *iri neceſſe erat. † *v* reſpondi *z* nullo modo *x* me facere poſſe. quem vellet alium diem ſi ſumſiſſet, me ei non defuturum.Ille autem,qui ſciret ſe nepotem, bellum tibicinem habere, *3* & ſat bonum *y* vnctorem,diſceſſit à me,vt mihi videbatur, iratior.* *Habes Sardos venaleis:*alium alio nequiorẽ. Cognoſti meam cauſam,4 & iſtius Salaconis iniquitatem.Catonem tuum mihi mitte.cupio enim lugere. me adhuc non legiſſe, turpe vtrique noſtrûm eſt. Vale.

ARGVMENTVM.

Epiſtolam Galli non conſciſſam ſignificat. Monenti vt de Cæſare cautè loquatur,gratias agit. Hortatur ne ſcribendi exercitationem intermittat. Eodẽ anno.

CICERO M. FABIO GALLO, S. D. 25

QVOD epiſtolam conſciſſam doles, noli laborare:*z* ſalua eſt domi. petes cùm libebit. Quòd autem me mones, valde gratum eſt: idque vt ſemper facias, rogo.*a* Videris enim mihi vereri, *a* ne, ſi iſtum habuerimus, rideamus* *γέλωτα σαρδόνιον*. Sed heus tu,* *manum de tabula*. * magiſter adeſt citiùs, quàm putaramus. *a* Vereor, ne *b* in catonem, Cato in nos. Mi Galle, caue putes quidquam melius, quàm epiſtolæ tuæ partem ab eo loco, cetera labuntur. Secretò hoc audi: * *tecum habeto*: ne Apellæ quidē, liberto tuo, dixeris. *c* præter duos nos, loquitur iſto modo nemo: bene,* ma léne videro: ſed, quidquid eſt, noſtrum eſt. *d* Vrge igitur: *nec tranſuerſum vnguem* (quod aiunt) à ſtilo. is enim eſt dicendi opifex. † *e* atq; ego quidem aliquantum iam etiam noctis aſſumo. Vale.

ARGVMENTVM.

Scribit ſe in morbum incidiſſe, quia ſuauiter conditas herbas parum cautè comediſſet, ſibi tamen iam eſſe melius, & manſurum in Tuſculano, quoad ſe reficiat: Manutius ſcriptam eſſe putat anno quo P. Lentulus & Q. Metellus nepos Conſulatum geſſerunt.

CICERO GALLO, S. D. 26

f CVM decimum iam diē grauiter *g* ex inteſtinis laborarē: neq; iis, qui mea opera vti vole bant, probarem, me non valere, quia febrim non haberem: fugi in Tuſculanum: cum quidem biduū ita ieiunus fuiſſem, vt ne aquā quidem guſtarem. Itaq; confectus languore, & fama, magis tuū officiū deſideraui, quā abs te requiri putaui meum. Ego autem cùm omneis morbos reformido, *h* tum in quo Epicurum tuum. Stoici malè accipiūt, quia dicat, *δυσουρικὰ, καὶ δυσεντερικὰ πάθη*, *i* moleſta eſſe quorum alterū, morbū edacitatis eſſe putāt: alterū etiā turpioris intēperātiæ. Sanè *δυσεντερίαν* per

z al. ſalua eſt. domo petes cùm. al. ne, niſi iſtum caueriimus, rid. al. ne ſi ſtilū acuerimus, rid. * vocat riſum cum dolore. *Prouerbiū à pueris pingendi artem diſcentibus ſumptum. * Magiſtrū populi vocat Cæſarē. b L. in Catonium Catoninos. de Catoniis vi de Gell. l. 16 c. 7. Victor. in hanc ep. Tur. Adue. c. 28. * al. tecū habita. c al. præter duo nos. * al. malé-ue. d al. Vrgeo. e al. Atque equidem. f q. v. c. Cū iamdecimū diem grauiter, &c. g al. ex inteſtino. h L. tum i fort. ſibi

eum, in quo. al. tum eum quod. al. tum eum in quo. moleſta eſſe.

pertimueram. Sed viſa eſt mihi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipſa fortaſſe iā ſeneſcentis morbi remiſſio profuiſſe. Attamen, ne mirere, vnde hoc acciderit, quomodóve commiſerim: *lex ſumtuaria, quæ videtur λιτότητα attuliſſe, * ea mihi *fraudi fuit. Nam dum volunt iſti lauti terra *nata, quæ lege excepta ſunt, in honorē adducere: fungos, heluellas, herbas omneis ita cōdiunt, vt nihil poſſit eſſe ſuauius. in eas cum incidiſſem in cœna* augurali apud Lentulum, tanta me διάῤῥοια arripuit, vt hodie primum *k* videatur cœpiſſe conſiſtere. Ita ego, qui me oſtreis, & murænis facilè abſtinebam: à beta etiā & malua deceptus ſum. Poſthac igitur erimus cautiores. Tu tamen cū audiſſes ab Anicio (vidit enim me nauſeantē) non modò mittendi cauſam iuſtā habuiſti, ſed etiam viſendi. Ego hîc cogito *l* commorari, quoad me reficiā, nā & vireis, & corpus amiſi. Sed, ſi morbū depulero, facilè, vt ſpero, illa reuocabo. Vale.

*de legibus ſuptuarijs, vide Gell. l. 2. c. 24. Macro. 3. Satu. c. 1.
* particula ea, deeſt in quibuſdam libris.
*fraudi fuit, id eſt nocuit, fraus enim ꝑ pœna ſumitur. 13. ff. de ver. ſig.
vide Feſtū in Centenariæ cœnæ, vbi refert centenarias pœnas dictas, in quas leg. Licinia non plus centuſſib, præter terra nata, im pēdebatur. vide Gell. l. 2. c. 24.
* de cœna augurali vide Var. l. 3. c. 6. Pl. l. 10. c. 20. adiicia lem vocat.
k al. videar
l q. v. c. morari.

A R G V M E N T V M.

Iniquè Gallus Ciceronem literis accuſauit, viciſſim igitur eius accuſationi reſpondet Cicero. Scripta quidē dominante Cæſare, annus tamen incertus.

M. T. C. M. *m* GALLO, S. D. 27

MIROR, cur me accuſes, cùm tibi id facere nō liceat. quòd ſi liceret, tamen non debebas. *n* EGO ENIM TE IN CONSVLATV OBSERVARAM. Et ais, fore, vt te Cæſar reſtituat. Multa tu quidem dicis: ſed tibi nemo credit. Tribunatū *o* plebis dicis te mea cauſa *p* petiſſe. Vtinā ſemper eſſes tribunus: interceſſorē nō quæreres. *q* Negas, me audere, quod ſentiam, dicere. Quaſi tibi, cū parum pudenter me rogares, parum fortiter reſponderim. Hæc tibi ſcripſi, vt iſto ipſo in genere, in quo aliquid poſſe vis, te nihil eſſe cognoſceres. Quòd ſi humaniter mecum queſtus eſſes, libenter tibi

m al. Fabio Gallo. al. Sextio Gallo.
n Lāb. Ego enim te, inquis, in conſulatu obſeruaueram. o L. L. beij. p L. petiiſſe. q q. v. c. Negas, me, q̃ ſentiā, audere dicere.

tibi me,& facilè purgaſſem. Non enim mihi ingrata ſunt quæ feciſti:ſed quæ ſcripſiſti, moleſta. Me autem,propter quem ceteri liberi ſunt,tibi liberum non viſum,demiror. Nam ſi falſa fuerunt, quę tu ad me,vt ais,detuliſti:quid ego tibi debeo? ſin vera: tu es optimus teſtis, quid mihi populus R. debeat. Vale.

ARGVMENTVM.

Probat Curium qui Repub. deſperata in Græciam ſe contulerit,& adiungit ſe totum poſteaquam libertatem amiſſam viderit, literis tradidiſſe. Scripta etiam dominante Cæſare anno incerto.

M. T. C. P. M. CVRIO, S. D. 28 r L.M.

MEMINI * cùm mihi deſipere videbare, quòd iſtic potiùs viueres, quàm nobiſcum. Erat enim multò domicilium huius vrbis (cùm quidē hæc vrbs) ptius humanitati,& ſuauitati tuæ,quā tota Peloponeſus, nedum Patræ.Nūc contrà s & vidiſſe mihi multum videris,cùm,propè deſperatis his rebus,te in Græciam contuliſti, & hoc tēpore non ſolùm ſapiens, qui hinc abſis, ſed etiam beatus.quamquam,quis, qui aliquid ſapiat, nunc beatus eſſe poteſt?Sed,quod tu,cui licebat, pedibus es conſecutus,vt ibi eſſes,vbi * NEC PELOPIDARVM, noſti cetera: nos idem propemodum conſequimur alia ratione. Cùm enim ſalutationi nos dedimus amicorum: quæ fit hoc etiam frequentiùs,quàm ſolebat,quòd, quaſi auem albam, videntur bene ſentientem ciuem videre:abdo me in bibliothecam.Itaque opera officio tanta,t quāta fortaſſe tu ſenties.v Intellexi enim ex tuo ſermone quodam cùm mœſtitiam meam,& deſperationem accuſares domi tuæ, dicere te,ex meis libris animum meum deſiderare. Sed mehercule & tum remp. lugebam, quæ non ſolùm ſuis erga me, ſed etiam meis erga ſe beneficijs erat mihi carior: & hoc tempore quamquam me non

* Manut. quod.

s al.& vidiſſe multum videris.

* vide infrà ep.30. Pelopidas vocat malos ciues qui remp. armis oppreſſerant.

t al.quanta tu fortaſſe ſenties.

v al.intellexi enim ex t. ſ.q.te,cū m. m. & deſp.acc.d. t.dicere,ex m.libr.

ratio

ratio ſolùm conſolatur, quæ plurimum debet valere,ſed etiam*DIES, QVAE STVLTIS QVOQVE MEDERI SOLET: tamen doleo,ita communem rem eſſe dilapſam, vt ne ſpes quidem meliùs aliquando fore,relinquatur.Nec verò nunc quidem culpa in eo eſt,in cuius poteſtate omnia ſunt(niſi fortè id ipſum eſſe non debuit) ſed alia caſu, alia etiam noſtra culpa ſic acciderunt,vt de præteritis non ſit querendum. I Reliquam ſpem nullam video.quare ad prima redeo:Sapienter hæc reliquiſti,ſi conſilio:feliciter,ſi caſu.Vale.

ARGVMENTVM.

Memoriam declarat accepti à Cicerone beneficij & comendatitias ab eo literas petit ad Sulpitium ſucceſſorem. Scripta eo anno quo primum Cæſar quartùm Conſul fuit ſine collega, deinde Q. Fabius cum C.Trebonio.

x M. CVRIVS M. CICERONI, S. D. 29

SI vales,bene eſt.Sum enim* χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici noſtri. ergo fructus eſt tuus, mancipium illius:quod quidem ſi inter ſenes* coemtionaleisvenale proſcripſerit,egerit nõ multũ. At illa noſtra prædicatio quanti eſt, nos,I y quòd ſimus,quòd habeamus, quòd homines exiſtimemur, id omne abs te habere? Quare, Cicero mi, perſeuera conſtanter nos conſeruare, & Sulpicij ſucceſſori nos*de meliore nota commenda,quo faciliùs tuis præceptis obtẽperare z poſſimus, 2 tẽque a ad vrbem lubentes videre,3 & noſtra b defigere,deportaréque tutò poſſimus.4 Sed,*amice magne.noli hanc epiſtolam Attico oſtendere:ſine eum errare,& putare, me virum bonum eſſe, *nec ſolere duos parietes de eadem fidelia dealbare.* Ergo, patrone mi,bene vale, Tironémque meum ſaluta noſtris verbis. Data a. d. IIII. Kalend. Nouembr.

* vide 4. epiſt.6. l. 5. ep.16.libr.6 ep.13.

x L. M.

*hanc ſentẽtiam ſic explicat Luc. l.3.Vitaque mancipio nulli datur, omnibus vſu.

* de coemptionalibus ſenibus vide Cic. pro Mur. & T. Liuium l18. in fine de Coemtione Oratio.pro Flac. I. de Orato.Turneb. I. aduerſ. c. 28. Boet.in Topic.

y L.quòd ſimus, quod homines exiſt.

* metaphora ſumpta à doliis, quibus diuerſe inuruntur notæ,vt internoſcantur vina.Vtitur Catullus,ad Manlium.

z Lãb.delet hoc loco, poſſim*, & verò nõ reperitur in codicid.b.antiq.fideliorib9. a Lamb. ad ver. lub. b fort. z efigere.al.deferre.

AR

ARGVMENTVM.

Improbat ea quæ Cæſaris ex voluntate fiunt contra morem & leges maiorum, ſuam ab vrbe ſignificat diſcedendi cupiditatem. Caninium Q. Fabio Pr. Cal. Ian. mortuo, Conſulem in eius locum eſſe ſurrogatum, vt in Conſulatu eſſet vſque ad Cal. Ian. Addit de literis commendatitiis ad Acilium Sulpitij ſucceſſorem. Scripta Cæſare quintùm & M. Antonio Coss. quo anno Id. Mar. interfectus eſt Cæſar.

CICERO CVRIO, S. D. 30

EGo verò iam te nec hortor, nec rogo, vt domum redeas, quin hinc ipſe euolare cupio & aliquò peruenire*, *vbi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam.* Incredibile eſt, quàm turpiter mihi facere videar, qui his rebus interſim. Næ tu vide ris multò antè prouidiſſe, quid impenderet tum, cùm hinc profugiſti: quamquam enim hæc etiam auditu acerba ſunt, tamen AVDIRE TOLERABILIVS EST *quàm videre.* In campo certè non fuiſti, cùm hora* ſecunda, comitiis* quæſtorijs inſtitutis, ſella Q. Maximi, quem illi conſulem eſſe dicebant, poſita eſſet: quo mortuo nuntiato, ſella ſublata eſt. Ille* autem, qui comitijs * tributis eſſet auſpicatus centuriata habuit: conſulem hora ſeptima renuntiauit, qui vſque ad Kalendas Ian. eſſet: quæ erant futuræ manè poſtridie. I Ita Caninio conſule ſcito neminem * prandiſſe. nihil tamen eo conſule mali factum eſt: fuit enim mirifica vigilantia qui ſuo toto* conſulatu ſomnum nõ viderit. Hæc tibi ridicula videntur. non enim ades. quæ ſi videres, lacrymas non teneres. Quid ſi cetera ſcribam? ſunt enim innumerabilia generis eiuſdem: quæ quidem ego non ferrem, niſi me in Philoſophiæ portum contuliſſem, & niſi haberem ſocium ſtudiorum meorum, Atticum noſtrum

manè poſtridie. *. Sex enim prioribus horis noctis, Kal. pertinent (à medio enim noctis dies ordiüntur Romani) verò ſex horæ Kalen. reſpiciunt. dormire occupatiſſim? Cõſul. nõ potuit, poſteriores

* id eſt potens. Hora. & Iuuenal. Sat. 6. dicuntur magnæ animæ magnorum & præſtãtium virorũ. Taci. in Agricol.

* poſt ſolis ortum.

* al. Queſtoris.

* Cęſaridẽque collega Q. Maximi.

* Comitia tributa, centuriata, calata, Curiata, vide Gell. l. 5. c. 9 & l. 15. c. 27.

Comitijs tributis creabantur minores magiſtrat*. vt centuriatis maiores.

* hora enim ſeptima Cõſul renunciatus, id eſt, poſt horam prãdij. Conſul autem fuit ad Kalẽd. vſq; Ianu. quæ futuræ erãt quę ad prid.

ſtrum. cuius quando proprium te eſſe ſcribis mancipio, & nexu: meum autem vſu, & fructu, contentus iſto ſum. ID ENIM *cuiuſque eſt proprium, c quo quiſque fruitur, atque vtitur.* Sed hæc aliàs pluribus. Acillius, qui in Græciam cum legionibus miſſus eſt, d maximo meo beneficio eſt. bis enim eſt à me iudicio capitis, rebus ſaluis, defenſus: & eſt homo non ingratus, meque vehementer obſeruat. Ad eum e de te diligentiſſimè ſcripſi eámque epiſtolam cum hac coniunxi: quam ille f quomodo acceperit, & quid tibi pollicitus ſit, velim ad me ſcribas. Vale.

c al. quo fruitur quiſque, atque.

d libri vulg. maximo meo beneficio eſt affectus, b. Vr ſin. ex manuſcripto m m. beneficio affectu'ſt.

e q.v.c. diligentiſſimè de te ſcr.

f L. cum acceperit, ecquid tibi pollic.

ARGVMENTVM.

Ad mutua officia, reditumq́, vrbanum, Curionem inuitat. Scripta eodem anno.

CICERO CVRIO, S. D. 31

FACILE perſpexi ex tuis literis, quod ſemper ſtudui, & me à te plurimi fieri, & te intelligere, quàm mihi carus eſſes. Quod quando vterque noſtrûm conſecutus eſt: reliquum eſt, vt officiis certemus inter nos: quibus æquo animo vel vincam te, vel vincar abs te. Acillio nõ fuiſſe neceſſe meas dari literas, facilè patior. Sulpicij tibi operam intelligo ex tuis literis, non multùm opus fuiſſe, g propter res tuas ita cõtractas, vt, quemadmodũ ſcribis, *nec caput nec pedes. Equidem vellem, vti pedes haberent, vt aliquando redires. Vides enim exaruiſſe iam veterem vrbanitatem: vt Pomponius noſter ſuo iure poſſit dicere, niſi nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam. I Ergo is tibi nos ei * ſuccedimus. Veni igitur, quæſo, ne tantum ſemen vrbanitatis vnà cum rep. intereat. Vale.

g q.v.c. propter tuas res.

*Prouerbij ſpecies.

*al. ſuccedamus. alij, ſuccedem⁹.

ARGVMENTVM.

Prima epiſtolæ pars eſt de dictis in Ciceronẽ. Secunda, de iudicijs, tertia de Republica. Quarta de Dolabella nondum genero. Scripta, cùm pro Conſule Ciliciæ præeſſet, Marcello & Sulpitio Coſs. Curione Trib. pleb. deſignato.

M. T. C. VOLVMNIO, S. D. 32

QVOD ſine prænomine familiariter, vt debebas, ad me epiſtolam miſiſti, primùm addubitaui, num à Volumnio ſenatore eſſet, quo cū mihi eſt magnus vſus: deinde εὐτραπελία literarum fecit, vt intelligerem, tuas eſſe. Quibus in literis omnia mihi periucunda fuerunt, præter illud, quòd parum diligenter poſſeſſio * ſaluiarum mearum à te procuratore defenditur. Ais enim, vt ego diſceſſerim omnia omníum dicta, in his etiam *h*Sextiana, in me conferri. Quid? tu id páteris? *i* nónne defendis? non reſiſtis? equidem ſperabā, ita netata me reliquiſſe genera dictorum meorū, vt cognoſci ſua ſponte poſſent. Sed quando tanta fæx eſt in vrbe, vt nihil tam ſit κ ἄκυρον quod non alicui venuſtum eſſe videatur: pugna, ſi me amas, niſi acuta ἀμφιβολία, niſi elegans ὑπερβολή, niſi παράγραμμα bellum, niſi ridiculum παρὰ προσδοκίαν, niſi cetera, quæ ſunt à me in ſecundo libro de Oratore *l* per Antonij perſonam diſputata de ridiculis, ἔντεχνα, & arguta apparebunt, * vt ſacramento contendas mea non eſſe. Nam de iudiciis quòd quereris, multo laboro minùs. *m* trahantur per me pedibus omnes rei. ſit vel Selius tam eloquens, vt poſſit probare *n* ſe liberum: non laboro. Vrbanitatis poſſeſſionem, amabò, quibuſuis interdictis defendamus: in qua te vnum metuo, contemno ceteros. Derideri te putas. Nunc demùm intelligo te ſapere. Sed mehercule, extra iocum: valde mihi tuæ literæ facetæ, elegantesque viſæ ſunt, illa quamuis ridicula eſſent, ſicut erant, mihi tamen riſum non mouerunt. Cupio enim noſtrum * illum amicum in tribunatu quàm plurimum habere grauitatis: idque cùm ipſius cauſa (eſt enim mihi, vt ſcis, in *o* amoribus) tum mehercule etiam reip. quam quidem, quamuis in me ingrata ſit, tamen amare non deſinam. Tu, mi Volumni, quando & inſtituiſti, & mihi vides eſſe

* id eſt, ſales & iocos.
h al. Seſtiana.
i L. non defendis?
κακύθηρον, id eſt, inuenuſtum.
l fort. per Iulij perſonā,
* Sacramento contēdebant qui pecuniā apud Pontificem deponebant, qua in depoſitione victori pecunia reſtituebatur victi pecunia ærario cedebat. Varro, in ſpōſione victori acquirebatur.
m L. trahantur per me licet pedib. omn.
n L. ſe eſſe liberum.
* Curionē Trib. plebis intelligit.
o L. maiorib.

* vrſ. hæc duo de republica videtur ſcholion.
* id eſt, ſociis in bello ciuili amiſſis.
p intelligitur de auibus quas Philoctetes configebat tardus celeres, ſtans volantes: alij tamẽ cõtra Quintiliani ſentẽtiam, qui pinnas de auibus dici non vult, pinnigero, legere maluerunt. Cõqueritur autem hoc loco Cicero, quòd non, vt antea, in agẽdis cauſis, aut tuenda repub. ſed in meis declamationibus ingenij ſui vires exerceat.
q al. Attiũ.
* fori voce iudicia, curię ſenatum intelligit.
* al. noſtri.

eſſe gratum, ſcribe ad me quàm ſæpiſſime † de rebus vrbanis,* de repub. Iucundus eſt mihi ſermo literarum tuarum. Præterea Dolabellam, quem ego perſpicio, & iudico cupidiſſimum eſſe, atque amantiſſimum mei, cohortare, & confirma, & redde planè meum. Non mehercule, quòd quidam deſit. ſed quia valde cupio, non videor nimiùm laborare. Vale.

Argvmentvm.

Afflicta repub. ſe ad declamationem retuliſſe ſcribit, auditoribus Hirtio, Caſſio, & Dolabella. Hirtij laudat eloquentiam. Volumnium inuitat ad eadem ſtudia, deliberatum ſibi iam ſignificans abdere ſe totum in literas, Cæſare permittente. Videtur ſcripta poſt bellum Africanum, Cæſare III. & Lepido Coss.

M. C. VOLVMNIO, S. D. 33

QVòD declamationibus noſtris cares, damni nihil facis. Quòd Hirtio inuideres, niſi eũ amares: non erat cauſa inuidendi: niſi fortè ipſius eloquentiæ magis, quàm, quòd me audiret, inuideres. Nos enim planè, mi ſuauiſſime Volumni, aut nihil ſumus, aut nobis quidem ipſis diſplicemus, *gregalibus illis, quibus, te plaudente, vigebamus, amiſſis: vt etiam, ſi quando aliquid dignum noſtro nomine émiſimus, ingemiſcamus, quòd hæc p pennigero, non armigero in corpore tela exerceantur, vt ait Philoctetes apud q Accium, abiecta gloria. Sed tamen omnia mihi erunt, ſi tu veneris, hilariora quamquam venies, vt ipſe intelligis, in maximarũ quaſi concurſum occupationũ: quas ſi, vt volumus, exceperimus, ego verò multã ſalutem & * foro dicam, & curiæ: viuámque tecum multùm, & cum r communibus * noſtris amatoribus. Nam & Caſſius tuus, & Dolabella noſter, vel potius vterque noſter, ſtudiis iiſdem tenentur, & meis æquiſſimis vtuntur auribus. Opus eſt huc limatulo, & politulo tuo

iudicio, † 2 & illis interioribus r literis meis, r quibus ſæpe verecundiorem me in loquendo facias: mihi enim * iudicatum eſt, ſi modo hoc Cæſar aut patietur, aut volet, deponere illam iam perſonam. in qua me ſæpe illi ipſi probaui, ac me totum in literas abdere, tecúmque, & cum ceteris earum ſtudioſis honeſtiſſimo otio perfrui. Te vellem, s ne veritus eſſes, ne perinuitus legerem tuas literas, ſi mihi (quemadmodum ſcribis) longiores fortè miſiſſes, ac velim poſthac ſic ſtatuas, tuas mihi literas longiſſimas quaſque gratiſſimas fore. Vale

r I. literis quibus.
* ſtatutum.
s al. non

M. COELII EPISTOLARVM
LIBER OCTAVVS, AD M. Tullium Ciceronem.

***

ARGVMENTVM.

Primùm vt arrogantia culpam vitet, excuſat ſe quòd rerum vrbanarum commentarium aliena opera cõficiendum curauerit. Deinde ſubiungit de Comitiis Tranſpadanorum. De ſucceſſione Galliarum nihil relatum de Pompeio: De Cæſare & Pomitio: De Cicerone & Pompeio: De Planco: De libris Ciceronis: De Republica. Scripta eſt Ser. Sulpitio & M. Marcello Coſs. quo anno Cicero in prouinciam profectus eſt. Reſpondet Cicero libr. 2. epiſt. 7.

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. I

QVod tibi * decenti pollicitus ſum, me omneis res vrbanas diligẽtiſſimè tibi perſcripturum: data opera paraui, qui ſic omnia perſequeretur, vt verear, a ne tibi nimium arguta hæc ſedulitas videatur. Tameſi tu, ſcio, quàm ſis curio

* al. diſcedens.
a I. ne tibi nimium arguta hæc ſedul.

iactantur: ſed inter paucos, *i* quos tu noſti planè, ſecretò narrantur, at Domitius, cũ manus ad os appoſuit. Te *k* ad IX kal. Iu. *ſubroſtrani (quod illorum capiti ſit) diſſiparãt periiſſe: ita vt in vrbe, ac foro toto maximus rumor fuerit, te à Q. Põpeio in itinere occiſũ. Ego, qui ſcirẽ 2 † Q. Pompeiũ Baulis *l* embæniticã facere & vſque eò, vt go miſererer eius eſuriei, n õlum cõmotus: & hoc mendacio, ſi qua pericula tibi impenderent, vt defungeremur, optaui. Plancus quidẽ tuus Rauẽnæ eſt. & magno cõgiario donatus à Cæſare, nec beatus, nec bene inſtructus eſt. Tui politici libri omnibus vigent. Vale.

ARGVMENTVM.

De Meſſala ambitus abſoluto. De exſibilato Hortenſio Meſſalæ Patrono. De Marcelli Conſulis impetu ſedato. De Conſularibus comitiis. De ſuis in ædilitate cõpetitoribus. De Pantheris. De Syngrapha Sittiana. De commentariis rerũ vrbanarũ, breuiter more ſuo ad Ciceronẽ ſcribit Cœlius familiariſſimè.

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. 2

CERTE inquã * abſolutus eſt: 1 me *m* præſẽte pronuntiatũ eſt & quidẽ omnib.* ordinibus, *n* ſed & ſingulis in vnoque *o* genere ſententiis. 2 *p* Vidéſne 1ogo? inquis, Nõ mehercules. nihil enim vnquã tã præter opinionẽ, tã quod videretur omnibus indignũ, accidit, quin ego, cùm pro amicitia validiſſimè fauerem ei, & me iã ad dolendũ præparaſſem: poſtquã factũ eſt, obſtupui, & mihi viſus ſum captus eſſe. Quid alios putas clamoribus ſcilicet maximis iudices corripuerunt: & oſtẽderunt, planè eſſe quod ferri non poſſet. Itáque relictus lege * Licinia maiore eſſe *p* periculo videtur. Acceſsit huc, quod poſtridie eius abſolutionis, in theatrum Curionis Hortenſius introiit, puto vt ſuum gaudium gauderemus. Hic tibi ſtrepitus, fremitus, clamor, *b* tonitruum, 3 rudentium

i L. quos tu noſti: planè ſecretò nar.
k L. a. d. IX kal.
* qui in roſtris manere ſoliti.
l al. epibaticam fa. al. ſchœnobaticamfa. Lempenoticã fa. Pantag. embibaticam Turn. empineticam, veter. emeneticam.
* Marcus Valerius Meſſala ambitus conſiſ[...]ris.
m al. repræſentante pr. al. matre præhenſante.
* id eſt, ſenatorio equeſtri & Tribunorum: hi enim ſoli lege à L. Aurelio lata, iudicabant vide Aſconium & Ora. pro Plãc.
n v. c. ſed ſingulis.
o L. ordin[...]
p L. vide n[...]dò, inquis Non, mehercule, [...]for. in [...]

quidquã vnquã *n* & ita v. c *ambitus de qua pro Pl. *p* [...] *q* L. tonitru, rudenti ſibila. Riuius, Rudentum ſibilis [...]

& 3 rudentum ſibilus. Hoc magis animaduerſum eſt, quòd intactus à ſibilo peruenerat. Hortenſius ad ſenectutem. Sed tum ita bene, vt in totam vitam cuiuis ſatis eſſet, & pœniteret eum iam viciſſe. De rep. quod tibi ſcribam, nihil habeo. Marcelli impetus reſederunt, non inertia, ſed (vt mihi videbatur) conſilio. De comitiis cõſularibus incertiſſima eſt exiſtimatio. Ego incidi in competitorẽ nobilẽ r & ignobilẽ egentẽ. Nam M Octauius Cn. filius, & C. Hirrus mecũ perit. Hoc ideo ſcripſi, quòd ſcio te acriter propter Hirrum, nuntiũ noſtrorum comitiorum exſpectaturum. Tu tamen ſimul ac me deſignatum audieris, vt tibi curæ ſit, quod ad ✕ pantheras attinet, rogo; Syngrapham Sitianam tibi commendo. Commentarium rerũ vrbanarum primum dedi L. Caſtrinio Pæto: ſecundum ei, qui has literas tibi reddet. Vale.

r L. & nobi[lem] [egen]tem agentẽ

✕ vide infrà ep. 4.

ARGVMENTVM.

Significat Cœlius ſuam in ſcribendo diligentiam, & quo Ciceronis abſentis deſiderio teneatur. Deinde ſe certiorem Hirro candidatum ait. Philotimum abſenti Miloni ſatisfacturum. Valde ſibi fore gratum vt eum Cicero ſuis ſcriptis ornet.

M. COELIVS CICERONI S. D. 3

ESTNE? vici? & tibi ſæpe, s quod negaras diſcedens curaturum literas mitto? eſt, ſi quidem perferuntur quas do. Atque hoc eo diligẽtiùs t factito, quòd cùm otioſus ſum planè, vbi delectem otiolum meum, non habeo. u Tu cũ Romæ eras, hoc mihi x certum ac iucundiſſimũ vacanti negotium erat, tecum id otij tempus conſumere: idque non mediocriter deſidero: vt non modo mihi ſolus eſſe, ſed Romæ te profectò, ſolitudo videatur facta: & qui (quæ mea negligẽtia eſt) multos ſæpe dies àd te, cùm hic eras, non accedebam, nunc quotidie non eſſe te, ad quem curſitem, diſcrucior. Maximè verò, vt te dies, noctesque quæram, competitor Hirrus curat. Quomodo illum putas auguratus tuum competitorem

s al. quod ne neg.
t al. facio.
u L. Tum [t]am R.
x [al.] fort. cer[t]iſſimum.

torem dolere, & diſſimulare me certiorem quàm ſe, candidatum? de quo, vt, quem optas, quàm primùm nuntium accipias, tua mediusfidius magis, quàm mea cauſa cupio. *y* Nam me, ſi fio, forſitā cum locupletiore referam. ſed hoc vſque eò ſuaue eſt, *z* quod, ſi acciderit, tota vita riſus nobis deeſſe non poterit. *a* Sed tanti? Sed eſt mehercule. *b* Nec multum M. Octauius eorum odia, qui Hirrum premunt, 1 ✳ quæ permulta ſunt, ſubleuat. Quòd ad Philotimi liberti officium, & bona Milonis attinet, dedimus operam, vt & Philotimus quàm honeſtiſſimè Miloni abſenti, eiúſque neceſſariis ſatisfaceret, & ſecundum eius fidem, & ſedulitatem exiſtimatio tua conſeruaretur. Illud nunc à te peto, ſi eris (vt ſpero) otioſus, aliquod ad nos, vt intelligamus nos tibi curæ eſſe σύνταγμα, conſcribas. Qui tibi *c* iſtuc, inquis, in mentem venit, homini non inepto? Aliquod ex tam multis tuis monumentis extare, quod noſtræ amicitiæ memoriam, poſteris quoq; prodat velim: Cuiuſmodi puto, quæris. Tu aptiùs, qui omnem noſti diſciplinam, quod maximè conueniat, excogitabis: *d* genere, quod & ad nos pertineat, & διδασκαλίαν quandam, vt verſetur inter manus habeat. Vale.

y L. Nā mea ſi fio, forſitā non locupletiora referam. & ita v. c L. nam me ſi fio nō locupletiorem ref.
z L. vt ſi accid. tota vita riſus nō deeſſe non poſſ. vide l. ep. 9.
a L. eſt tanti. Sed mehercule.
b non multum.
✳ al. qui per multi ſunt.
c. al. iſthuc.
d L. ex eo tamen genere tamen.

ARGVMENTVM.

De Meſſala damnato. de C. Marcello Conſule deſignato M. Claudio abſoluto. Dolabella. xv. viro creato Lentulo repulſo condemnato Seruio tribuno plebis deſignato Curione petente eius locum. De Comitiis prætoriis, & ſuis ædilitiis quid actum ſit in Senatu. Quem in Cæſarem Pompeius animum oſtenderit. De ſyngrapha Sitiana. De pantheris. De morte regis Alexandrini ſcribit.

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. 4

INVIDEO tibi tam multa quotidie, quæ mirere iſtò *c* perferuntur. Primùm illud, abſolutum ✳ Meſſalam: deinde eundem condemnatum C

✳ cognomē eſt à Meſſana capta.

Marcellum, cõſulem factum: M. * Claudium à repulſa *e* cõdemnatum 1 *f* poſtulatũ à Galliis duobus: P. Dolabellam quindecim virum factum. Hoc tibi nõ inuideo, caruiſſe te pulcherrimo ſpectaculo, & Lentuli. *g* Cruris repulſi vultum non vidiſſe. At qua ſpe, quàm certa opinione deſcẽderat? quàm ipſo diffidente Dolabella? *h* & Hercules, niſi noſtri equites acutiùs vidiſſent, * penè concedente aduerſario ſuperaſſet. Illud te non arbitror miratum, Seruium, tribunum pleb. deſignatum, condemnatum: cuius locum C. Curio petiit, ſanè quàm *i* multis incutit, qui eum facilitatémque eius non norunt, magnũ metũ. Sed, vt ſpero, & volo, &, vt ſe fert ipſe *k* bonos, & ſenatũ malet. 2 totus, vt nunc eſt, hic *l* ſcaturit. Huius autem voluntatis initium, & cauſa eſt, quod cum non mediocriter Cæſar, qui ſolet infimorum hominum amicitias ſibi qualibet impenſa adiungere, valde contemſit. Qua in re mihi videtur illud per qu venuſtè * cecidiſſe: quod à reliquis quoque vſque eò eſt animaduerſum, vt Curio, qui nihil conſilio facit, ratione *m* & inſidiis vſus videretur in euitandis *n* eorum conſiliis qui ſe intenderãt aduerſarios *o* in eius tribunatu: 3 *p* Lælios, & Antonios, & id genus valenteis dico. Has ego tibi literas eo maiore miſi interuallo, quòd comitiorum dilationes occupatiorem me habebant, & exſpectare in dies exitum cogebant, vt, confectis omnibus te facerem certiorem. Ad Kalendas Sextileis vſq; exſpectaui. Prætoris moræ quædam inciderunt. Mea porrò comitia, quẽ euentum ſint habitura, neſcio: opinionem quidem, quod ad Hirrum attinet, incredibilem ædiliũ pl. comitiis, nacta ſunt. 4 Nam † M. Cœlium *q* Vinicianum mentio illa fatua quam deriſeramus olim, & promulgatio de dictatore, ſubito deiecit, & deiectum magno clamore inſecuta eſt. 5 Inde Hirrum *r* cuncti iam non faciendũ flagitare. Spero, te celeriter, & de nobis quod ſperaſti, & de

illo

al. Clodiũ,
e quo de
clar. orat.
c ep. 9.
L. à Gallis
al. à Galliis
duobus.
g al. Suræ.
h v.c. & me
hercule.
L. prope.
L. incutit
multis, q.
k al. bonos
ſeruatos
malet. non
pl.
l L. ſenatu-
rit. al. ſenti-
ſcit.

* al. cediſſe.
al. cecinilſe.

m L. & con-
ſiliis vſus.
&c.
n L. eorum
inſidiis, qui.
o L. in eius
tribunatũ.
p L. Lollios.

q L. Vinicia
nũ. al. Vinci
nianum. al.
Ticinianũ.
vide Vrſinũ.
r L. Cuncti
iam ad non
faciẽdũ fla-
gitare.

illo quod vix ſperare auſus es, auditurum. De republ. iam noui quidquam exſpectare deſieramus. Sed cùm ſenatus habitus eſſet ad Apollinis, *s* ad XI. Kal. Sext. & referretur de ſtipendio Cn. Pompeij: mentio facta eſt de legione ea, quam expenſam tulit C. Cæſari Pompeius, *6* quo numero eſſet, *t* quo appeteretur: cùm ex ∵ Gallia * coactus eſſet dicere Pompeius ſe legionem abducturum, ſed non ſtatim ſub mentionem, & conuiciũ obtrectatorum. Inde *u* interrogatus de ſucceſſione C. Cæſaris: de qua, hoc eſt, de prouinciis, placitum eſt, vt quàm primùm ad vrbem reuerteretur Cn. Pompeius: *x* coram eo de ſucceſſione prouinciarum ageretur. Nam Ariminum ad exercitum Pompeius erat iturus: & ſtatim iit. puto idib. Sextil. de ea re *y* factum iri. profectò aut tranſigetur aliquid, aut turpiter intercedetur. Nam in diſputando coniecit illam vocẽ Cn. Põpeius, Omneis oportere ſenatui dicto audienteis eſſe. Ego tamen ſic nihil exſpecto, quomodo Paullum conſulem deſignatum primum ſentẽtiam dicentem. Sæpius te admoneo de ſyngrapha Sitiana: cupio enim te intelligere, eam rem ad me valde pertinere.* Item de Pãtheris, vt Cybiratas arceſſas, curéſque, mihi vt vehantur. Præterea nuntiatum nobis, & pro certo iam habetur, regem Alexandrinum mortuum: quid mihi ſuadeas, quomodo regnum illud ſeſe habeat, quis procuret, diligenter mihi *z* perſcribas. Kalendis Sextil. Vale.

s L. a. d. XI. kalend.

t L. quo appellaretur.

* cum Pompeius eſſet in Gallia, coactus eſt dicere Pompeium, &c.

* al. conatus.

v interrogatus eſt de

x L. vt coram eo de ſucc.

y L. actum iri.

* de Pantheris adde ep. ſupràep. 2. 6. & 9. & 2. ep. II.

z al. perſcribas velim.

ARGVMENTVM.

De prouinciis Ciceronis. De ſucceſſionibus prouinciarum. Quo hæc die ſcripta ſit non conſtat: ſuperiorẽ tamen videtur paucis diebus conſecuta.

M. COELIVS CICERONI, S. D. 5

QVAM tu cura ſis, quòd pacem prouinciæ tuæ, finitimarúmque regionum attinet, neſcio: ego quidem vehementer animi pendeo.

ſt ei Ciceronis filiã poſſe collocari: Pompeium valde pro Appio laborare: conſulum eſſe ſummam negligentiam: Ciuitatem eſſe otioſam: Bibulum parũ feliciter in Syria pugnaſſe: Curionem ab optimatibus ad Cæſaris partes tranſiſſe. De Dolabella integrũ eſſe ſeruandum. De Pantheris. Paulo & Marcello Coss. Reſpondit li.2. ep.13.

M. COELIVS CICERONI, S. D. 6

NON dubito, quin perlatum ad te ſit, Appiũ à ✝ Dolabella reum factum: ſanè quàm nõ ea, *d* qua exiſtimaueram, ✝ inuidia. Neque enim ſtultè Appius: qui ſimulatque Dolabella acceſſit ad tribunal, introierat in vrbem, triumphiq; poſtulationem abiecerat. Quo facto ✝ retudit ſermones, pratiórq; viſus eſt, quàm ſperauerat accuſator. Is nunc in te maximam ſpẽ habet. Scio tibi eum non eſſe odio. quã velis eum obligare, in tua manu eſt: cum quo ſimultates ſi tibi non fuiſſent, liberius tibi de tota re eſſet. 1 Nunc ſi ad illam ſummam ✝ ſeueritatem legitimum ius exegeris: cauendum tibi erit, ne parum ſimpliciter, & candidè poſuiſſe inimicitias videaris. In hanc partem porrò tutum tibi erit, ſi quid volueris, *e* gratificari. nemo enim neceſſitudine & amicitia te deterritum ab officio dicet. Illud mihi occurrit, quòd inter ✝ poſtulationem, & nominis delationem, vxor à Dolabella diſceſſit. Quid mihi diſcedens mandaris, memini, quid ego tibi ſcripſerim, te non arbitror oblitum. Non eſt iam tempus plura narrandi. Vnũ illud monere te poſſum *f* ſi res tibi non diſplicebit, tamen hoc tempore nihil de tua voluntate oſtendas, & expectes, quẽadmodum exeat ex hac cauſa, 2 ne qua ✝ inuidioſum tibi ſit, ſi emanarit: porrò, ſignificatio vlla ſi interceſſerit clarius quàm deceat, aut expediat, fiat. *g* Neque ille tacere eam rem poterit, quæ ſuæ ſpei tam opportuna acciderit, quæque in negotio conficiendo tanto illuſtrior erit: cùm preſertim is ſit, qui, ſi pernicioſum ſciret eſſe,

✝ li.3.ep. 10.
d L. quam exiſtim.
✝ maieſtatis & ambitis.
✝ prætoris ſ. qui præerat iudiciis.
✝ al. retulit.
✝ al. veritatem.
e L. ei gratif.
✝ Poſtulabat primũ accuſator, vt accurato liceret, hoc impetrato, nomen rei deferebat. Poſtremò accuſabat.
f for. vt ſi res tibi.
✝ al. deniq;
g L. Neque enim ille t.

loqui de hac re, vix tamen ſe contineret. Pompeius dicitur valde pro Appio laborare, vt etiam putent alterutrum de filiis ad te miſſurum. Hic nos omnes abſoluimus: †& * hercules * cōfecta *h* omnia, fœda, & inhoneſta ſunt. Conſules autem habemus ſumma diligentia: adhuc ſenatuſconſultum niſi de * feriis Latinis, nullum facere potuerunt. Curioni noſtro tribunatus conglaciat. Sed dici non poteſt, quomodo hîc omnia iaceant. Niſi ego cum * tabernariis, & aquariis pugnarē, * veternus ciuitatem occupaſſet. Si Parthi vos nihil calfaciunt, nos hîc frigore frigeſcimus. Tamē quoquo modo hîc omnia iaceāt, potuit ſine Parthis. Bibulus in Amano neſcio quid cohorticularum amiſit. Hoc ſic nuntiatum eſt. Quòd tibi ſuprà ſcripſi, Curionem frigêre: iam calet, nā feruentiſſimè concerpitur. 4. belliſſimè enim, quia de intercalando non obtinuerat, trāsfûgit ad populum, & pro Cæſare * loqui cœpit. † legémq; * Viariam non diſſimilem Agrariȩ Rulli, & Alimentariā, *quas iubet ædileis metiri, iactauit, hoc nōdum fecerat, cùm priorem epiſtolæ partem ſcripſi. Amabo te, ſi quid, quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in * gratiam. De Dolabella *k* integrū tibi reſerues, ſuadeo: & huic rei, de qua loquor, & dignitati tuæ, æquitatiſque opinioni, *l* te hoc ita facere expedit. Turpe tibi erit 5 *m* pantherarum greges me non habere. Vale.

ARGVMENTVM.

Scribit ſe præſentem Ciceronem cupere. De Cornificiȷ & Oriſtellæ nuptiis. De Paullæ diuortio. De Ocella adulterio.

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. 7

QVAM cito tu *n* iſtinc decedere cupias neſcio: ergo quidem eò magis, quo adhuc felicius rē geſſiſti.

* Hercules. * al. cōſtituta. al. conficta. al. conſepta omnia fœdera. al. conſcripta al. conſcepta. al. confecta iudicia fœda omnia & inhoneſta sūt al. cōcepta. Vrſ. coempta omni fœdere.
h L. omnia fœdè, & inhoneſtè ſunt. Vide Varr. 5. de ling. Lat. Liuiū, Diony. Halyc. Plut.
* Aquarū publicarum cura ad ædiles curules pertinebat. Vide Pront. in li. 1. de Aquæduct.
* Veternus morbus ex ignauia cō tractus.
i al. leuiſſimè enim. &c. al. leniſſimè enim &c.
* id eſt, de die Cæſaris cauſa producendi. Vide Diony. l. 40. * Lex viaria erat de muniendis viis. Vide App. li. 2. de bello ciuili. Pantag. viuariā. alij vinariā. Lip. vineariā 1. Hæc. 8. * al. qua Pant. queis iubet. * al. gratia. k L. integrā tibi rē ſerues ſuadeo. l prouocabulū, te, abeſt ab omnib. ferè v. c. m L. Pāt. Græ. me nō. h. vid. ſu. ep. 4. n q. l. v. iſt.

geſſiſti. Dum iſtic eris, de belli Parthici periculo cruciabor, ne hunc riſum meũ metus o aliquip perturbent Breuiores has litteras properanti publicanorũ tabellatio ſubitò dedi: tuo liberto pluribus verbis ſcriptas pridie dederam. Res autẽ nouæ nullæ ſane acciderunt, niſi hæc vis tibi ſcribi, quæ certè vis. Cornificius adoleſcens Oreſtillæ filiam ſibi deſpondit. Paulla Valeria, ſoror Triarij q diuortium ſine cauſa, quo die vir è prouincia venturus erat fecit. † Nuptura eſt D. Bruto r nondũ r retulerat. Multa in hoc genere incredibilia, tè abſente, acciderunt. Seruius Ocella nemini perſuaſiſſet ſe mœchum eſſe, niſi triduo bis deprehenſus eſſet. Quæres, vbi? † vbi hercule ego minime * vellem. relinquo tibi quod ab aliis quçras, neque enim diſplicet mihi imperatorem ſingulos s percontari, cum qua ſit aliquis t deprehenſus. Vale.

o al. aliquis. p L. perturbet. q al. deuortium. r Pantag. mundum retulerat. al. nondum res ſuas retulerat. * Vrſ. nollem. s l. percunctari. t L. deprẽſus. v al. Etſi multa de rep. quæ tibi ſcr. x L. Rufum mel. y L. tuliſſe. Quçris, qua in cauſa M. Tuccium. *Daneſius, iuraſſe, quòd. * De lege Plautia, vel, vt aliis placet, Plãcia, vide Ciceronẽ pro Milone. Iuſtin. de vſu cap. z v. c. reus nemo a libr. v. accidiſſet. al. deceſſiſſet.

ARGVMENTVM.

De M. Seruilio & M. Tuccio accuſatis. De ſenatuſconſulto. De Pompeio Cæſare, Curione. De Panthera iterum. De ſyngraphia Sittiana. De liberto Philone & Diogene Græco.

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. 8

v ETsi de republ. quæ tibi ſcribam, habeo: tamen nihil, quo magis gauiſurum te putẽ, habeo, quàm hoc. Scito, C. Sempronium x Rufum, mel, ac delicias tuas, † calumniam maximo plauſu y tuliſſe, quòd is in cauſa M. Tucciũ, accuſatorem ſuum poſt ludos Romanos, reũ lege * Plotia de vi fecit. hoc conſilio, quod videbat, ſi extraordinarius z nemo reus a acceſſiſſet, ſibi hoc anno cauſam eſſe dicendã. Dubium porro illi non erat, quid futurum eſſet. Nemini hoc deferre munuſculum maluit, quàm ſuo accuſatori. Itaque ſine vllo ſubſcriptore deſcendit, & Tuccium reum fecit. At ego, ſimulatque audiui, inuocatus ad

ſubſel

ſubſellia rei *b* accurro: ſurgo, neque verbum de re facio. Totum Sempronium vſque eò perago, vt Veſtorium quoque interponam, & illam fabulam narrem, quemadmodum tibi pro beneficio dederit, † *c* ſi quid in iniuriis ſuis eſſet quo Veſtorius teneretur. Hæc quoque magna nunc contentio forum tenet. M. Seruilius poſtquam, vt cœperat, omnibus in rebus turbarat, nec quod non venderet, quidquam reliquerat: maxima nobis traditus erat inuidia: neque Laterenſis prætor, poſtulante Pauſania nobis patronis, QVO EA PECVNIA PERVENISSET, recipere voluit. Quòd Pilius, neceſſarius Attici noſtri de repetundis eum poſtulauit: magna illico fama ſurrexit: & de damnatione feruenter *d* loqui eſt cœptũ. Quo vento proiicitur Appius minor, vt *e* implicet pecuniã ex bonis paternis perueniſſe ad Seruiliũ, *f* pręuaricationiſq; cauſa ✶ diceret depoſitũ LXS. LXXXI. Admiraris amentiam, quid ſi actiones ſtultiſſimas, quid ſi *g* nefarias patris confeſsiones audiſſes? Mittit in conſiliũ eoſdẽ illos, qui *h* liteis æſtimarant, iudices. Cùm æquo numero ſententiæ fuiſſent, Laterenſis leges ignorãs, pronunciauit, *i* quid ſinguli ordines iudicaſſent. † I & ad extremum, *k* ait, *l* vt ſolet *m* REFERAM. Poſtquã diſceſsit, & pro abſoluto Seruilius haberi *n* cœptus, legiſq; vnũ & cẽteſimũ caput legit, in quo ita erat: QVOD EORVM IVDICVM MAIOR PARS IVDICARIT, ID IVS RATVM ESTO: in tabulas abſolutũ non retulit ordinũ iudicia perſcripſit. poſtulante rurſus Appio, cum L. Lollio tranſegit, & ſe relaturum dixit. Sic nunc neque abſolutus, neque damnatus Seruilius, de repetundis ſaucius Pilio tradetur. Nam de diuinatione Appius cum calumniam iuraſſet, contendere auſus non eſt, Pilióque ceſsit: & ipſe de pecuniis repetundis à Seruiliis eſt poſtulatus & præterea de vi reus à quodam emiſſario ſuo, ✶ Titio factus eſt. Rectè hoc par habet

b al. occurro.
c L. ſi quid iuris ſui eſſet, vt eo Veſtorius veretur. al. ſi quid in iurib. ſuis, eſſet quod Veſtorius teneret. Pãtag. quod eſſet, vt Veſtorius teneretur.
d q.v.c. loqui cœptũ. Quo.
e indicet pec. al. imputet.
f al. diuinationiſque cauſa d.
✶ Pantag. deieret.
g L. nefarias de patre conf.
h L. litem.
i L. quod ſing.
k v.c. vt ſolent. Vrſ. abſolutum.
l ait, abeſt à v.c.
m L. non referã. al. non redigam. & ita v.c.
n L. cœptus eſt.
✶ L. 10. ep. 12.

habet. Quod ad remp. pertinet, omnino multis diebus expectatione Galliarum actum nihil eſt. Aliquando tamen ſæpe re o dilata, & grauiter acta, & planè perſpecta Cn. Pompeij voluntate in eam partem vt eum decedere poſt Kalendas Martias placeret: ſenatuſconſultum, quod tibi miſi, factũ eſt, auctoritatéſque * perſcriptæ. *S. C* p *auctoritates. Pridie Kalendas Octobreis in æde Apollinis ſcribendo affuerunt, L. Domitius. Cn. Filius, Ahenobarbus, Q. Cæcilius, Q. F. Metellus, Pius Scipio, L. Iulius, Luci F. Pont.. Annalis, C. Septimius, T. F. Quirina, C. Luceius, C. F. Pub. Hirrus, C. Scribonius, C. F. Pop. Curio, L. Atteius, L. F. Annal. Capito, Marc. Oppius, M. fil. Terentina. Quod M. Marcellus Conſul, V. F. de prouinciis conſularibus 3 D. E. R. I. C. vti L. Paulus, C. Marcellus conſules, cùm magiſtratũ iniſſent, q ad kalendas Martias, quæ in ſuo magiſtratu futuræ eſſent, de conſularibus prouinciis ad ſenatũ referrent, néue quid priùs r ex kalendis Martijs, néue quid coniunctim de ea referretur à cõſulibus, vtique eius rei cauſa per dies comitialeis ſenatum haberent, S. C. C. facerent, &c, cùm de ea re ad ſenatũ referretur à Coss. eorũ, qui in CC. iudicibus eſſent. ſex adducere liceret. Si quid de ea re ad populum: plebémve lato opus eſſet, vt Ser. Sulpicius, M. Marcellus Coss. prætores, tribunique plebis, quibus eorũ videretur, ad populum, plebémve ferrent quod u non tuliſſent, vti, s quicunque deinceps eſſent, ad populum plebémque ferrent, S. C. A. Prid kalend. Octobr. in æde Apollinis, ſcribendo affuerunt, L. Domitius, Cn. F. Ahenobarbus, Q. Cæcilius, Quint. F. Metellus, Pius Scipio, L. Iulius, L. F. Pont. Annalis, C. Septimius, T. F. Quirina: C. Scribonius, C. F. Pop. Curio, L. Ateius, L. F. An. Capito, M. Oppius, M. F. Terentina. Quod M. Marcell. COS. V. F. de prouinciis, D. E. R. I. C. ſenatum exiſtimare neminem eorum, qui poteſtatẽ habent intercedẽdi impediendi, morã afferre oportere, quo minùs de repub. quàm primùm ad ſenatum referri, ſenatúſque conſultum fieri poſſit, qui impedierit, eum ſenatũ: exiſtimare contra rempub. feciſſe. Si quis huic*

ſena

o al. relata.

* De dupli-ci præſcriptione, vide Feſtũ in Numera ſenatum. & Cicero 5. Fam. ep. 2 & 3. de Oratore.

p L. auctoritas. Dicebantur auctoritates nomina Senatorum, quę ſcribẽdo Senatuſcõſulto interfuerunt, quorum & nomina S. C. perſcribebantur.

q. fort. a. d. II.

r fort. ex a. d. II. Kalẽd Mart.

s L. quicũque deincepsesſent, ferrent.

t L. exiſtimaturum.

clementer! Quid ſi filius meus fuſtem mihi impingere volet? His vocibus, vt exiſtimarent homines Pompeio cum Cæſare eſſe negotium, effecit. Itaque iam, vt video, alterutram ad conditionem deſcendere vult Cæſar, vt aut maneat, neque hoc anno ſui ratio habeatur: aut ſi deſignari poterit, decedat. * Curioſè contra eum totũ parat. quid aſſequi poſſit, neſcio. illud video, benè ſentientem, etſi nihil effecerit, cadere non poſſe. * Me tractat liberaliter, & mihi ſuo munere negotium impoſuit. Nam ſi mihi non dediſſet eas, quæ ad ludos ei aduectæ erant Africanæ, potuit ſuperſederi. Nunc, quando dare neceſſe eſt, velim tibi curæ ſit, quod a te ſemper petij, vt aliquid iſtinc * beſtiarum habeamus. a Sitianamque ſyngraphã tibi commendo. Libertum Philonem iſtuc miſi, & Diogenem Græcum, quibus mandata, & litteras ad te dedi. eos tibi & rem, de qua miſi, velim curæ habeas. nam, quàm vehementer ad me pertineat: in iis, quas tibi illi reddent, literis deſcripſi. Vale.

* L. Cerioſè.

* Lamb. Me tractat liberaliter Curio, &c.

* Pantheras intelligit. Vide ep. ſequẽti. a q.v.c. Sitianã quoque ſyngrapham.

ARGVMENTVM.

Hirrum repulſam eſſe paſſum, ſe ædilem deſignatum, de prouinciis nihil actũ. Pantheras petit: Fetidium commendat. De Pompeij & Scipionis in Cæſarem animo Calidum in ſua defenſione frigidũ appellat.

COELIVS M. CICERONI, S. D. 9

SIc tu, inquis, Hirrum tractaſti: Immo, ſi ſcias, quàm facilè, quàm ne, cõtentionis quidẽ b minima fuerit, pudeat te, auſum illum vnquam eſſe incedere tanquam tuum competitorem. Poſt repulſam verò riſus facit: ciuem bonum ludit, & contra Cæſarẽ ſententias dicit: exſpectationẽ corripit. c Curionẽ prorſus non mediocriter obiurgatus, hac repulſa ſe mutauit. Præterea qui numquã in foro apparuerit, non multùm in iudiciis verſatus ſit, † d agit cauſam liberaliter: ſed raro poſt meridiem. De prouinciis quod tibi ſcripſeram idibus

b fort. res fuerit.

c L. obiurgat ſcilicet hac repulſa ſe mutauit. al. obiurgat is hac repulſa.

d L. agit cauſas liberaleis: ſed r. & ita v.c. Pant. liberalius.

idibus Sextil. actum iri, interpellat iudicium Marcelli, conſulis * deſignari in Kalendas reiecta cauſa eſt, ne frequentiam quidem efficere potuerant. Has literas *e* ad IIII. Non. Septēbr. dedi, cùm ad eam diem ne *f* profligatum quidem quidquā *g* eſſet. Vt video, cauſa hæc integra in proximum annū transferetur: &, quantū diuino, relinquendus tibi erit, qui prouinciam obtineat. Nam non *h* expedietur ſucceſſio, quando Galliæ, quæ habent interceſſorem, in eandē conditionem, *i* quam ceteræ prouinciæ, vocantur. Hoc mihi nō eſt dubium *k* quo tibi magis ſcripſi, vt ad hunc euentū te parares. Ferè literis omnibus tibi * de pantheris ſcripſi. turpe tibi erit, Patiſchū Curioni *l* decem miſiſſe, te non multis partibus plureis: quas ipſas Curio mihi, & alias Africanas decem donauit: ne putes illum tantùm prædia ruſtica dare ſcire. Tu, ſi modò memoria *m* tenueris, & Cibyratas arceſſieris, itémq; in Pamphyliā literas miſeris (nam ibi plureis capi aiunt) quod voles efficies. Hoc vehemētius laboro, nūc, quod ſeorſum à collega puto mihi omnia paranda. Amabo te, † * impera tibi: hoc cura: Soles libenter, vt ego, maiorem partem nihil curare. In hoc negotio nulla tua, niſi loquendi, cura eſt, hoc eſt, imperandi, & mandandi. Nam ſimulatque erunt captæ: qui alant eas, & deportent, habes eos, quos ad Sitianam ſyngrapham miſi. Puto etiam, ſi vllam ſpem mihi literis oſtēderis, me iſtò miſſurū alios † Marcum *n* Fetidium, equitem Romanum, amici mei filium, bonum, & ſtrenuum adoleſcentem, qui ad ſuum negotium iſtuc venit, tibi commendo: & te rogo, vt eum in tuorum numero habeas. † Agros, quos fructuarios *o* habent *p* ciuitates, vult tuo beneficio, quod tibi facile, & honeſtum factu eſt, immuneis eſſe. gratos & bonos viros tibi obligaris. Nolo te putare * † Fauoniū * à columnariis *q* perterritum eſſe: † optimus quiſque *r* eum nihili fecit.

* al. deſignatio, vnde mox in Kal. reiecta eſt, vt etiā in multis libris deeſt vox cauſa.
e L. a. d. IIII.
f L. promulgatumque.
g al. erat.
h q. v. c. expeditur.
i L. quàm.
k fort. quod tibi eo magis ſcr.
* ſuprà ep. 4. in fine.
l q. v. c. decem pāthe ras miſ.
m L. teneres.
* al. impera tibi hoc curæ.
n Feridiū. al. Fafidium.
o v. c. habet.
p al. Cibyratæ. Pant. Cibyratis.
* Vr. Faonium.
* al. colonariis malè. vt. Ped. de Diuinat. & pro Cluēt.
q L. preteritum: opt. *r* L. eum non fec.

fecit. † Pompeius tuus apertè Cæſarem ✳ vetat prouinciam tenere cum exercitu,& conſulem eſſe.tamen hanc ſentẽtiam dixit, nullum hoc tempore ſenatuſconſultum faciendum. Scipio hanc, vt Kalendis Martiis de prouinciis Galliis,neu quid coniunctim referretur.Contriſtauit hæc ſententia Balbum Cornelium:& ſcio,eum ſ conqueſtum eſſe cum Scipione. t Calidius in defenſione ſua fuit diſertiſſimus , ✳ in accuſatione v ſatis frigidus. Vale.

* Vrſi. moleſtè fert Cæſare & prouinciã tenere cum exercitu,& conſulatũ petiturum eſſe.
s L.queſtũ.
t L.Canidi° cum accuſaretur à duobus Gallis ep.4.
* cùm accuſaret Q.Gallium defendẽteCicerone.v.de Claris.
v al. ſanè frigidus.

ARGVMENTVM.

De Parthis quid C.Caſſius,quid Deiotarus ſcripſerint. De rebus vrbanis quæ putat actũ iri anno ſequenti. De ſuo in Ciceronem officio.

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. 10

SANE quàm literis C.Caſſij & Deiotari, ſumus commoti. Nam Caſſius cis ✳ Euphratem copias Parthorum eſſe ſcripſit: Deiotarus, x profectas per Cõmagenẽ in prouinciã noſtrã Ego quidem præcipuum metũ,quod ad te attinebat , habui,qui ſcirem,✳ quàm paratus ab exercitu eſſes, nequod hic tumultus dignitati tuæ periculum afferret. Nam de vita, ſi paratior ab exercitu eſſes, timuiſſẽ.nũc hæc exiguitas copiarũ,receſſum,non dimicationẽ mihi tuã præſagiebat.Hoc quomodo acciperent homines ,quàm probabilis neceſſitas futura eſſet,vereor etiam nunc:neque priùs deſinã formidare, quàm tetigiſſe te Italiam audiero. Sed de Parthorũ tranſitu nuntij varios ſermones excitarunt Alius enim , Pompeium mittendum: alius,ab vrbe non remouendum : alius, Cæſarem cum ſuo exercitu:alius,conſules : nemo tamen ex ſenatuſconſulto priuatos. Conſules autem , quia verentur,ne illud ſenatuſconſultum fiat, vt ✳ paludati exeant , aut contumelioſè , præter eos, ad alium res transferatur , omnino ſenatum haberi nolunt : vſque eò , vt parum diligentes in rep.

* terminus imperij Romani.
x q.v.c.eſſe profectas p.
* al.imparatus.vel hoc paratus.
* vide l. 15. ep.17.

rep. videantur: ſed honeſtè, ſiue negligentia, ſiue inertia eſt, ſiue ille, quem propoſui, metus latet ſub hac temperantiæ exiſtimatione, nolle prouinciam. A te literæ non venerunt: &, niſi Deiotari ſubſecutæ eſſent, in eam opinionem Caſſius venerat, quæ diripuiſſet ipſe, vt viderentur ab hoſte vaſtata, finxiſſe bellum, & Arabas in prouinciam immiſiſſe, eóſque Parthos eſſe, ſenatui renuntiaſſe. Quare tibi ſuadeo, quicunque eſt iſtic ſtatus rerum, diligenter, & cautè perſcribas, ne aut velificatus alicui dicaris: aut aliquid, quod referret ſcire, *a* reticuiſſe. Nunc exitus eſt anni. nam ego has literas *b* ad XIIII. Kal. Decemb. ſcripſi. Planè nihil video ante Kal. Januar. agi poſſe. Noſti Marcellum, quàm tardus, & parum efficax ſit: *c* itémque Seruium, quàm cunctator. Cuiuſmodi putas hos eſſe? aut qui id, quod *d* nolint, conficere poſſe, qui quæ cupiunt, tamen ita frigidè agunt, vt nolle exiſtimentur? Nouis magiſtratibus autem, ſi Parthicum bellum erit, hæc cauſa primos menſes occupabit. Sin autem aut non erit iſtic bellum, aut tantum erit, vt vos, aut ſucceſſores paruis additis copiis ſuſtinere poſſint: Curionem video ſe dupliciter* iactaturum: primùm, vt aliquid Cæſari adimat: *e* inde aliquid Pompeio tribuat, quoduis, quamlibet tenue munuſculum. Paullus porò nō humanè de prouincia loquitur. huius cupiditati occurſurus eſt Furnius noſter. plureis ſuſpicari non poſſum. Hæc noui. alia, quæ poſſunt accidere, non cerno. multa tempus afferre, & præparata multa ſcio. ſed intra fineis hos, quæcumque acciderint, vertentur. *f* Illud addo, actiones C. Curionis,* de agro Campano: de quo negant Cæſarem laborare, ſed Pompeium * valde velle, ne vacuus aduenienti Cæſari pateat. Quod ad tuum deceſſum attinet, illud tibi non poſſum polliceri, me curaturum, vt tibi ſuccedatur: illud certè præſtabo, *g* ne quid amplius prorogetur. Tui conſilij eſt, ſi tempus, ſi ſenatus coget, ſi honeſtè à nobis

a q. v. c. conticuiſſe. nō pl.
b Lāb. a. d. XIIII.
c q. v. c. itē Seruius quā contator. vide Lib. 2. ep. 15.
d al. nolūt.
*inito ſcilicet magiſtratu.
e L. deinde vt.
f L. illud addo, ad actiones C. Curionis de agro Campano.
* vt ſ. diuidere. ut. vide 1. ep. 9.
* al. valde nolle. al. valide, ne vacuus.
g al. ne ampl. pr.

bis recuſari non poterit, veliſne perſeuerare: mei officij eſt, meminiſſe, qua obteſtatione decedens mihi, ne paterer fieri, mandaris. Vale.

ARGVMENTVM.

De ſupplicationibus Curioni decretis. De repub. narrat contentiones inter Pompeium & Curionem, de ſucceſſore Cæſari mittendo. Mittit commentarium rerum vrbanarum. Sit ianum negotium commendat.

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. II

NON diu ſed acriter nos tuæ *ſupplicationes torſerunt. incideramus enim in difficilem nodum. Nam Curio tui cupidiſſimus, cui omnibus rationibus *h* comitiales eripiebantur, negabat ſe vllo modo pati poſſe, decerni ſupplicationes, *i* ne, ſi quid furore Paulli ademtum eſſet boni, ſua culpa videretur amiſiſſe: & præuaricator cauſæ publicæ exiſtimaretur. Itaque ad pactionem deſcendimus: & confirmarunt conſules, ſe his ſupplicationibus in hunc annum non vſuros. Planè, quod vtriſque conſulibus gratias agas, eſt: Paullo magis certè. Nam Marcellus ſic reſpondit ei *k* ſpē in iſtis ſupplicationibus non habere: Paullus, ſe omnino in hunc annum non edicturum. Renuntiatum nobis erat, Hirrum diutius dicturum: prendimus eum. non modò non fecit, I ſed, cùm *l* de hoſtibus ageretur, & poſſet rem impedire ſi * vt numerarentur, *m* poſtularet, tacuit. Tantùm Catoni aſſenſus eſt, qui de te *n* tam locutus honorificè, *o* non decreuerat ſupplicationes. Tertius ad hos Fauonius acceſſit. Quare pro cuiuſque natura, & inſtituto, gratiæ ſunt agendæ. his, quòd tantùm voluntatem oſtenderunt: pro ſententia, cùm impedire poſſent, non pugnarùnt: Curioni verò, quòd de ſuarum actionum curſu tua cauſa deflexit. Nam Furnius, & Lentulus, vt debuerunt, quaſi eorum res eſſet, vnà nobiſcum cir-

* vid. 2. e. 15.
h al. contiones.
i L. ne quod furore Paulli ademtum eſſet boni. al. ne quod furore Paulli ſi ademtus eſſet boni. al. ne quod fauore Paulli adeptus eſſet boni &c.
k al. ſe ſpē in iſtis ſ.
l v. c. de hoſtijs.
* al. numer⁹ daretur.
m q. v. c. poſtulaſſet.
n al. tam honorificè locutus. al. iā locut⁹ hon.
o al. non decreuerat.

cumierunt, & laborarunt. Balbi quoque Cornelij operam,& ſedulitatem laudare poſſum. Nam cum Curione vehementer locutus eſt:& eum, ſi aliter feciſſet, iniuriam Cæſari facturum dixit: tum eius fidem in ſuſpicionem *p* adduxit. † Decrerant qui iniquè tranſigi volebant, Domitij, Scipiones, quibus hac re ad interceſſionem auocandam interpellantibus, venuſtiſſimè Curio reſpondit, ſe eo libentius non intercedere quòd quoſdam, qui decernerent, videret confici nolle. Quod ad remp. attinet, in vnam cauſam omnis contentio coniecta eſt, *q* de prouincijs: in quam adhuc incubuiſſe cum ſenatu Pompeius videtur, vt Cęſar ante idus Nouembreis decedat. Curio omnia potiùs ſubire conſtituit, quàm id pati. ceteras ſuas abiecit actiones. Noſtri porrò, quos tu bene noſti, ad extremũ certamen rem deducere non audent. † *r* Scena rei totius hæc. Pompeius tanquam Cæſarem non impugnet, ſed, quod illi æquum putet, conſtituat, ait Curionem quærere diſcordias. Valde autem non vult, & planè timet Cæſarem conſulem deſignari priùs quàm exercitum & prouinciam tradiderit. Accipitur ſatis malè à Curione: & totus eius ſecundus conſulatus exagitatur. Hoc tibi dico: ſi omnibus rebus prement Curionem, Cæſar defendetur.* interceſſorem ſi (quod videntur) reformidabunt: Cæſar, quoad volet, manebit. Quam quiſque ſententiam dixerit, in commentario eſt rerum vrbanarum: è quo tu, quæ digna ſunt, ſelige. multa tranſi. in primis ludorum exploſiones, & funerum, *r* & ceterarum ineptiarum. plura habet* inutilia. Denique malo in hanc partem *s* errare, vt quæ non deſideras, audias, quàm quidquam, quod opus eſt, prætermittatur. *t* Tibi curæ fuiſſe de Sitiano negotio, gaudeo. Sed, quando ſuſpicaris, minùs certa fide eos tibi viſos: * tamquam procurator, ſic * agas, rogo. Vale.

p L. abduxit. Nec deerant, quidẽ qui id nunquam qui iniquè tranſigi voleb. fort. qui nũquam tranſigi volebant. Pant. ſed erãt qui iniquè, nec deerãt qui id numquã tranſigi volebant.

q al. de prouincijs, in quã, adhuc incub.

r al. Summa rei. Vrſ. ſũma totius rei hæc.

* L. ſi interceſſorem.

r q. v. c. & ineptiarũ, ceterarũ pl.

* L. vtilia.

s fort. peccare.

t al. Tibi curæ fuiſſe Sitianum negotiũ, gaudeo.

* al. quàm.

* al. agros.

ARGVMENTVM.

Quæritur de Appij Claudij, qui cum L. Piſone Cenſurans.

ram gerebat, non ingrato ſolùm animo, ſed grauiſſima etiam iniuria, quem cum inimicum ſibi eſſe, accuſationémque cogitare comperiſſet, anteuertit ipſe, eumq́; lege Scantinia poſtulauit.

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. 12

PVDET me tibi confiteri, & queri de Appij, hominis ingratiſſimi, iniuriis, qui me odiſſe, quia magna mihi *v* debeat beneficia, cœpit: &, cũ homo auarus, vt ea ſolueret, ſibi imperare non poſſet, occultum bellum mihi indixit: ita occultum tamen, vt multi mihi renuntiarent, & ipſe facilè animaduerterem, malè eum de me cogitare. Poſteaquàm verò comperi eum *x* collegium tentaſſe: deinde aperte cum quibuſdam locutum: cum L. Domitio, vt nunc eſt, mihi inimiciſſimo *y* homine, deliberare: velle hoc munuſculum deferre. Cn. Pompeio. *z* ipſum reprehenderem, & ab eo deprecarer iniuriam, quem vitam mihi debere putarem, impetrare à me non potui. Quid ergo eſt? *a* Tum quidẽ cum aliquot amicis, qui teſtes erant meorum in illum meritorum, locutus ſum. poſteaquàm illum, ne, cui ſatiſfaceret quidem, me dignum habere ſenſi, malui collegæ eius, homini alieniſſimo, mihíque propter amicitiam tuam, non æquiſſimo, me obligare, quàm illius ſimiæ vultum ſubire. Id poſtquàm *b* reſciit, *c* excanduit, & me cauſam inimicitiarum quærere clamitauit: quaſi, quòd mihi in pecunia minùs ſatisfeciſſet, per hanc ſpeciem ſimultatis eũ conſectarer. † Poſteà non deſtitit I arceſſere *d* palàm Seruium accuſatorem, inire cum Domitio conſilia: quibus cùm parum procederet, vt vlla lege mihi ponerent accuſatorem: compellari ea lege me voluerunt, qua dicere non poterant. In ſolentiſſimi homines *e* ſummis Circenſibus ludis meis poſtulandum me lege * Scantinia curant.

Pp 3 Vix

v L. debebat benef.
x a. collegã.
y vox, homine, abeſt à q.v.c.
z L. ipſum vt reprehẽderem.
a fort. Tum tamẽ cum.
* al. tamen quaſi aliquid amicis. al. quaſi aliquot amicis.
b al. reſciuit.
c al. incanduit. *al. ſcinduit. al. canduit.
d L. Polam Seruium accuſ. al. Polã Seruilium. Pola cognomen erat Seruiorũ.
e q.v.c. non habent vocẽ, ſummis.
* hac lege vindicabatur turpiſſimum crimẽ de quo in l. cùm vir nubit in fœminã in Cod. de adulterijs. Huius meminit. 3. Phil. infrà ep. 14. Sueton. in Domitiano, Iuuena. Satyr. 2. eam à Scantinio, cui Cl. Marcellus diem dixit, quòd filium ſuum de ſtupro appellaſſet, latam fuiſſe putat Auſonius. vide Plutarc. in Marcell. Val. l. 6. c. 1.

Vix hoc erat *f* Pola elocutus, cùm ego Appium cenſorem eadem lege poſtulaui. Quod melius caderet, nihil vidi. Nam ſic eſt à populo, & non infimo quoque approbatum, vt maiorem Appio dolorem fama, quàm poſtulatio, attulerit. Præterea cœpi ſacellum, in domo quod eſt, ab eo petere. Conturbat me mora ſerui huius, qui tibi literas attulit. Nam acceptis prioribus literis, amplius quadraginta dies manſit. Quid tibi ſcribam, neſcio. ſcis Domitio diem timori eſſe. Expecto te valde, & quàm primùm videre cupio. A te peto, vt meas iniurias *g* perinde doleas, vt me exiſtimas & dolere, *h* & tuas vlciſci ſolere. Vale.

f L. prælocutus.
g L. proinde.
h L. & vlciſci tuas ſolere.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Dolabellam Ciceroni generum adſcitum eſſe. De Curionis Tribuni plebis interceßione. De prouincijs quid actum ſit exponit. Hortenſij Oratoris interitum ſignificat. Reſpondet huic epiſtolæ Cicero lib. 2. ep. 15.

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. 13

GRATVLOR tibi *i* affinitate* viri medius fidius optimi. Nam hoc ego de illo exiſtimo. Cetera porrò, quibus adhuc ille ſibi parum vtilis fuit, & ætate iam ſunt decurſa, & conſuetudine, atque auctoritate tua, *k* & pudore Tulliæ, ſi qua reſtabunt, confido celeriter *l* ſublatum iri. Non eſt enim pugnax in vitiis, neq; hebes ad id, quod melius ſit, intelligendum. Deinde (quod maximũ eſt) ego illum valde amo. Vides, Cicero, Curionẽ noſtrum lautum interceſſionis de prouinciis exitum habuiſſe. Nam cùm de interceſſione referretur, quæ relatio fiebat ex S. C. primáque M. Marcelli ſententia pronunciata eſſet, qui agendum cũ tribunis plebis cenſebat:* frequens ſenatus in alia omnia iit. †1 *m* Stomacho eſt, ſcilicet Pompeius Magnus, nunc ita languenti, vt vix id, quod ſibi placeat, reperiat. Tranſierant illuc, 2 * vt ratio eſſet eius habenda, qui neque exercitum, neq; prouincias

i L. affinitatem.
* id eſt, Dolabellæ.
k al. & prudẽtia T.
l v. c. ſublaturi.
* id eſt, diſſentire, ita lib. 1. ep. 2. & l. 10. ep. 12. Hirtius. 8. de bello Gallico. Feſtus in qui hoc cenſetis illuc tráſite.
m L. Stomacho eſt Magnus nunc ita lang. al. Stomacho eſt Cn. Pompeio.
* al. vt ratio ne eſſet eius. al. vt nec ratio eſſet eius.

uincias tradere vellet.† Quemadmodum hocPō-peius laturus ſit,cùm cognoſcat, * quidnam reip. futurum ſit,ſi aut non poſſit, aut non curet, vos ſenes diuites videritis.Qu. Hortenſius, cùm has literas ſcripſi,animam agebat. Vale.

* aut quidnam reip. futurum ſit non curet, vt ſenes diuites videritis.

ARGVMENTVM.

De L.Domitij Ahenobarbi repulſa in auguratu. De Saturnino ab Cn.Domitio Caluino in iudicium vocato. De Pompeij Cæſariſque diſcordia. De Appij ridicula in emendandis moribus ciuitatis diligētia.

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. 14

TANTI non fuit Arſacen capere, *n* Seleuciam expugnare, vt earum rerum, quæ hîc geſtæ ſunt,ſpectaculo careres.nūquam tibi oculi doluiſſent,ſi in repulſa Domitij vultum vidiſſes. magna illa comitia fuerunt, & planè ſtudia ex partium ſenſu apparuerunt:perpauci neceſſitudinem ſecuti officium præſtiterunt. Itaque mihi eſt Domitius inimiciſſimus, vt ne familiarem *o* quidem ſuum,quem noſti,tam oderit, quàm me: atque eo magis, quòd per iniuriam ſibi putat ereptum, cuius ego auctor fuerim. Nunc furit, tam gauiſos homines ſuum dolorem, vnúmque me ſtudioſiorem. Antonij.1 Nam Cn. Saturninum * adoleſcētem,ipſe Cn. Domitius reum fecit,ſanè quàm * à ſuperiore vita inuidioſum. quod iudicium nunc in exſpectatione eſt, etiam in bona ſpe poſt Sext. Peducæi abſolutionem. De ſumma rep. ſæpe tibi ſcripſi, me etiamnum pacem non videre: & quo propiùs ea contentio,*p* quàm fieri neceſſe eſt,accedit,eò clariùs id periculum apparet.Propoſitum hoc eſt,de quo, qui rerum potiuntur, ſunt dimicaturi:quòd Cn. Pompeius conſtituit non pati C. Cæſarem conſulem aliter fieri,niſi exercitum, & prouincias tradiderit: Cæſari autem perſuaſum eſt,ſe ſaluum eſſe non poſſe, ſi ab exercitu receſſerit. Fert illam tamen conditionem,vt ambo exercitus tradant. Sic illi iam amores, *q* & inuidio-

n I. Seleuceam exp. al. & Seleuc. exp.

o q.v.c. quidem ſuum quemquam tam od.

* al. adoleſcens.

* al.ſuperiore à vita.

p q.v.c.quā videri neceſſe eſt.nō pl.

q q. v. c. & ingens coniunct.

dioſa coniunctio,non ad occultam récidit*obtrectationem,ſed ad bellum* erumpit:neque mearũ rerum quid conſilij capiam,reperio: neque dubito,quin te quoque hæc deliberatio ſit perturbatura. Nam mihi cum hominibus his & gratia eſt, & neceſſitudo.r tamen tantùm cauſam illam,non homines odi.Illud te non arbitror fugere, QVIN HOMINES *in diſſenſione domeſtica debeant,quamdiu ciuiliter ſine armis s certetur,honeſtiorem ſequi partẽ: vbi ad bellum, & caſtra ventum ſit, firmiorem & id melius ſtatuere,quod tutius ſit.* In hac diſcordia video Cn.Pompeium,ſenatum,quíque res iudicant, ſecum habiturum:ad Cæſarem omneis, qui cum timore,aut mala ſpe viuant acceſſuros:exercitum conferendum non eſſe.†omnino ſatis ſpatij ſit ad conſiderandas vtriuſque copias, t & ad eligendã partem v tutiorem. Propè oblitus ſum,quod maximè fuit ſcribendum.Scis Appium cenſorem hîc oſtenta facere?*de ſignis,& tabulis,*de agri modo, de ære alieno acerrimè agere? Perſuaſum eſt ei,cenſuram,lomentum, aut x nitrum eſſe. errare mihi videtur. y Nam ſordeis eluere volens, venas ſibi omneis, & viſcera & aperit. Curre per deos, atque homines, & quàm primùm hæc riſum veni:legis Scantiniæ iudicium apud Druſum fieri: Appium de tabulis,& ſignis agere.crede mihi, eſt properandum. * Curio noſter ſapienter id quod remiſit de ſtipendio Pompeij, feciſſe exiſtimatur. Ad ſummam, quæris, quid putem futurum. Si alteruter eorum ad Parthicum bellum non eat, video magnas impendere diſcordias: quas ferrum, & vis z iudicabit. vterque animo & copiis eſt paratus.a Si ſine tuo periculo fieri poſſet, magnum, & iucundum tibi fortuna ſpectaculum b parabat. Vale.

ARGVMENTVM.

Prima epiſtolæ pars Cæſarem laudat, Pompeium vituperat:orto enim ciuili bello non honeſtiorẽ,ſed tutiorem partem elegit Cœlius. Subiungit de ſui conuenien

* vide 2.Philippic.
* al. erupit.
r al. tum tãtùm.
s al. cernatur.
t q.v.c.& eligendas parteis.Propè,&c.
v vox,tutiorem, non ineſt in v.c.
* id eſt, de impenſis in tabulas & ſigna moderandis.
* id eſt, de agri poſſeſſione moderanda.
x l. vitrum eſſe.
y L. Nã dũ ſordeis eluere vult, ven. q v. c. Nam ſordeis eluere vult,venas, &c.
* intẽdebat enimCurione ſenatuſconſultum fieret de ſtipendio Põpeij legionibus perſoluendo.
z al. vindicabit. non pl.al.vindicauit.
a L. Si ſine ſummo periculo fieri poſ. b al.parabit. non pl.

ueniendi Ciceronis cupiditate. De itinere ad Alpes De Domitio Cæſaris hoſpite interfecto. Scripta eſt hæc epiſtola anno ſequenti poſt ſuperiores, Lentulo & Marcello Coss.

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. 15

ECQVANDO tu hominem ineptiorem, quàm tuum Cn. Pompeium vidiſti, qui tantas turbas, qui tam nugax eſſet, commorit? Ecquem autem Cæſare noſtro acriorem in rebus gerendis: eodem in victoria temperatiorem, aut legiſti, aut audiſti? Quid eſt? nunc tibi noſtri milites, qui duriſſimis, & frigidiſſimis locis, teterrima hyeme, bellum ambulando confecerunt, malis orbicularis eſſe paſti videntur? *d* Quid iam, inquis, glorioſum? Immò, ſi ſcias quàm ſollicitus ſim, tum hanc meã gloriam, quæ ad me nihil pertinet, derideas. quæ tibi exponere, niſi coràm, non poſſum: 1 *idque celeriter fore ſpero. 2 Nam* me, cùm expuliſſet ex Italia Pompeium, conſtituit ad vrbem vocare. id quod iam exiſtimo confectum *e*, niſi maluit Pompeium Brundiſij circunſedere. Peream, ſi minima cauſa eſt properandi iſtò mihi, *f* quòd te videre, & omnia intima *g* conferre diſcupio: habeo autem quàm multa? Hui vereor (quod ſolet fieri) ne, cùm te videro, omnia obliuiſcar. Sed tamen quódnam ob ſcelus iter mihi neceſſarium retrò ad Alpeis verſus incidit? * Adeò quòd * Intimelij in armis ſunt, neque de magna cauſa. Bellienus, verna Demetrij qui ibi cum præſidio erat, 3 Domitium quendã, nobilem* illic Cæſaris hoſpitem, à cõtraria factione nummis acceptis, comprehendit, & ſtrangulauit. ciuitas ad arma iit. eò nunc cũ quatuor cohortibus mihi per niueis eundũ eſt. Vſquequaque, inquis, ſe Domitij *h* malè habent. Vellem quidem *i* Venere prognatus tantum animi habuiſſet in veſtro Domitio, 4 *k* quantum ipſe ſenatus in hoc habuit. Ciceroni F. S. D. Vale.

c num tibi.
d Quid? iá, inquis, glorioſè?
* id quod.
* al. cùm Cęſar expuliſſet.
e q. v. c. al. niſi maluit Pompeius: Brũdiſij circumſederi. P. & ita L.
f L. niſi q̃ te videre.
g L. tecùm conf.
* L. Ideo quòd.
* vide Pli. l. 3. c. 5.
* quidam l. vet. illi vt Terent. in Phormione & Lucretius l. 1. Illi cũ videant, &c.
h al. malè dant.
i L. Verna propugnaturus.
k L. quantũ Pſecade natus in hoc h.
* al. quantũ ipſe cadenatus.

ARGVMENTVM.

Suadet Ciceroni quid facto opus ſit Pompeio ex Italia pulſo,

pulſo,vt vel Cæſari ſe coniungat, vel vt ei ſe dedat. Huic epiſtolæ reſpondet Cicero l.2.ep. 16. Repetitur autem & inculcatur hæc eadem 10. ad Atticum ep.11.

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. 16

I L. Exanimatus tuis literis, quibus te nih. n.tr. c. oſt. neq. id q. eſſ. perſc. neq. non tamen q. eſſ. q.cog. aperuiſti : has ill.

l EXANIMATVS ſum tuis literis: quibus te nihil,niſi triſte cogitare oſtendiſti : neque id quid eſſet,perſcripſiſti : neque non tamen , quale eſſet,quod cogitares,aperuiſti. Has illico ad te literas ſcripſi. Per fortunas tuas , Cicero, per liberos,te oro,& obſecro , ne quid grauius de ſalute, & incolumitate tua conſulas. Nam deos , hominéſque,amicitiámque noſtram teſtificor, me neq; temere tibi prædixiſſe , neque temere monuiſſe: ſed,poſtquàm Cæſarem conuenerim,ſententiámque eius,qualis futura eſſet,parta victoria,cognouerim, te certiorem feciſſe. Si exiſtimas eandem rationem fore Cæſari in dimittendis aduerſarijs, & conditionibus ferendis , erras. Nihil niſi atrox, & ſæuum cogitat , atque etiam loquitur. Iratus ſenatui exiit:his interceſſionibus planè incitatus eſt.non mehercule,erit deprecationi locus. Quare ſi tibi tu , ſi filius vnicus,ſi domus , ſi ſpes tuæ reliquæ tibi 1 * caræ ſunt : ſi aliquid apud te nos, ſi vir optimus , gener tuus valet:eorum fortunas non debes velle conturbare , vt eam cauſam , in cuius victoria ſalus noſtra eſt, aut odiſſe , aut relinquere cogamur, aut impiam cupiditatem contra ſalutem tuam habeamus. Denique illud cogita:quod offenſæ fuerit in iſta cunctatione,te prius ſubiiſſe. nunc te contra victorem facere , quem dubiis rebus lædere noluiſti : & ad eos fugatos accedere , quos reſiſtenteis ſequi nolueris , ſummæ ſtultitiæ eſt. Vide, ne , dum pudet te parum optimatem eſſe , parum diligenter, quid optimum ſit , eligas. Quòd ſi totum tibi perſuadere non poſſum:ſaltem,dum , quid de Hiſpanis aga-

al.curæ.

mus,

mus, ſcitur, exſpecta: quas tibi nũtio aduentu Cæſaris fore noſtras. Quam iſti ſpem habeant, amiſſis Hiſpanijs, neſcio. Quod porrò tuum conſilium ſit ad deſperatos accedere, non medius fidius reperio. Hoc, quod tu non dicendo mihi ſignificaſti, Cæſar audierat: ac, ſimulatque, *m* aue, mihi dixit, ſtatim quid de te audiſſet, expoſuit. negaui me ſcire: ſed tamen ab eo petij, vt ad te literas mitteret, quibus maximè ad remanendum commoueri poſſes. Me ſecum in Hiſpaniam ducit. Nam, niſi ita faceret ego priùs, quàm ad vrbem accederem, vbicumque eſſes. ad te percurriſſem, & hoc à te præſens contendiſſem, atque omni vi te retinuiſſem. Etiam atque etiam, mi Cicero, cogita, ne te, tuóſque omneis funditus euertas: ne te, ſciens, prudénſque eò *n* dimittas, vnde exitum vides nullum eſſe. Quòd ſi te aut voces *o* optimatum commouent, aut nonnullorum hominum inſolentiam, & iactationem ferre non potes: eligas* cenſeo aliquod oppidum, vacuum à bello, dum hæc decernuntur: *p* iam erunt confecta. Id ſi feceris, te ſapienter feciſſe iudicabo, & Cæſarem non offendes. Vale.

m v.c. haue. Aue eſt ſalutatio matutina.

n L. demittas.

o L. optimatium.

* vide l. 2. ep. 16.

p L. quæ cũ confeceris: & ego.

ARGVMENTVM.

Conqueritur ſe Curionis amore & Appij odio ab optima mẽte deſciuiſſe, Cæſariſq; partes potius quàm Pompeij ſecutum eſſe: eiúſque mutationis culpam in fortunam quoque confert. Quæ effecerit vt in Hiſpania eſſet, quo tempore Cicero ad Pompeium in Græciam profectus eſt. Leuiter etiam, quòd amici officium neglexerit, Ciceronem accuſat.

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. 17

ERGO me potiùs in Hiſpania *q* fuiſſe tũm, quàm Formijs, cùm tu profectus es ad Pompeium? † quod vtinam * aut non in iſta parte Appius Claudius, aut non in hac C. Curio: *r* cuius amicitia me paulatim in hanc perditam cauſam impoſuit. nam mihi ſentio bonam mentem i iracundia *, & amore ablatam.* Tum

q al. fuiſſe, quàm Formiis, tum, cùm tu.

* Pantag. aut non Appius.

r L. C. Curio fuiſſet.

* Riuius iracundiæ tumore ablatam, malè.

*Manu. Tu, tu.

tu

tu porrò, cum ad te proficiſcens noctu Ariminum veniſſem, dum mihi pacis mandata das ad Cæſarem, & mirificum ciuem agis, amici officium neglexiſti, neque * mihi conſuluiſti. Neque hæc dico, quòd diffidam huic cauſæ: ſed, crede mihi, perire ſatius eſt, quàm hos videre. Quòd ſi timor veſtræ crudelitatis non eſſet, eiecti iam pridem hinc eſſemus. Nam hîc nunc, præter fœneratores paucos, nec homo, nec ordo quiſquam eſt, * niſi Pompeianus. Equidem iam effeci, z vt maximè plebs, &, qui antea noſter fuit, populus, veſter eſſet. Cur hoc, inquis? immò s reliqua expecta. Vos inuitos vincere coëgero. irritaui in * me Catonem. Vos dormitis: z * nec hæc adhuc mihi videmini intelligere, quà nos pateamus, & quà ſimus imbecilli. Atque hoc nullius præmij ſpe t facio: ſed, quod apud me plurimùm ſolet valere, doloris, atque v indignitatis cauſa. Quid iſtic facitis? prœlium exſpectatis, quod firmiſſimum eſt? Veſtras copias non noui noſtri valde depugnare, & facilè algere, & eſurire * conſueuerunt. Vale.

* Man. mi conſuluiſti.

* alij, niſi es Pompeianus.

s Láb. reliquias exſpectant. Vos

* vet. l. Arũtenum me Catonem.

* al. nec adhuc.

t L. faciam. & ita v. c.

v al. indignationis.

* al. conſuerunt.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD Familiareis, Liber IX. Ad M. Terentium Varronem.

ARGVMENTVM.

Varronis aduentum expetit, quòd in eius potiſſimùm conſuetudine, ſpem doloris leniendi quem capiebat è rerum publicarum interitu, repoſuerit. Scripta Cęſare III. & Lepido Conſulatum gerentibus.

M. T. C. M. TERENTIO VARRONI, S. D.

EX IIS literis, quas Atticus x à te miſſas mihi legit, quid ageres, & vbi eſſes, cognoui: quando autem te viſuri eſſemus, nihil ſanè ex eiſdem literis potui ſuſpicari. In ſpem tamẽ venio,

x L. à te ad ſe miſſ.

venio, appropinquare y tuum aduentum: qui mihi vtinam ſolatio ſit: etſi tot, tantiſque rebus vrgemur, vt nullam alleuationem quiſquam non ſtultiſſimus ſperare debeat: ſed tamen aut tu potes me, aut ego te fortaſſe aliqua re iuuare. Scito enim me poſteaquàm in vrbem venerim, rediſſe cum veteribus amicis, id eſt, cum libris noſtris in gratiam. etſi non idcirco eorum vſum dimiſerã, quòd iis z ſuccenſerem: ſed quòd eorum me ſuppudebat. Videbar enim mihi, cùm me in res turbulentiſſimas infideliſſimis ſociis demiſiſſem, præceptis illorum non ſatis paruiſſe. Ignoſcunt mihi, & reuocant in conſuetudinem priſtinam: téq;, quòd in ea permanſeris, ſapientiorem, quàm me, dicunt fuiſſe. Quamobrem, quando placatis his vtor: videor ſperare debere, ſi te viderim, & ea, quæ premant, & ea, quæ impendeant, me facilè tranſiturum. Quamobrem ſiue in Tuſculano, a ſiue in Cumano adeſſe tibi placebit, ſiue (quod minimè velim) Romæ: dummodò ſimul ſimus, perficiam profectò, vt id vtrique noſtrûm commodiſſimum eſſe * videatur. Vale.

y q.v.c. aduentũ tuũ: q.

z q.v.c. ſuſcenſerem.

a L. ſiue in Cumano ad te pl. al. ſiue in Cuma no apud te pl.

* al. videbitur. al. iudicetur. al. diiudicetur. al. diuidetur.

ARGVMENTVM.

Retentæ diutius epiſtolæ cauſam exponit: ſuadet, quod ſibi quoque ſtatutum affirmat, vt hominum frequẽtiam vitet, dum gratulatio, quæ propter Africanæ victoriæ nuncium fiebat, deferueſcat: cauſam affert cur in vrbe maneat, ſuúmque quoquo modo iuuandæ reip. deſiderium declarat. Scripta eodẽ anno.

CICERO VARRONI, S. D. 2.

CANINIVS b idem tuus, & idem noſter cùm ad me c nuper veſperi veniſſet, & ſe poſtridie manè ad te iturum eſſe dixiſſet: dixi ei, me daturũ aliquid manè, &, vt peteret, rogaui. Conſcripſi epiſtolam noctu: nec ille ad me rediit oblitum credidi. d Attamen eam ipſam epiſtolam miſiſſem per meos, niſi audiſſem ex eodem, poſtridie te manè è Tuſculano exiturũ. e At ibi repentè, paucis poſt dic-

b v.c. idem, & idẽ noſt.

c L. perueſperi veniſſ.

d fort. Ac tamen.

e L. At tibi repentè, p.

diebus, cùm minimè exſpectarem: venit ad me Caninius manè: *f* proficiſci ad te ſtatim dixit. etſi erat ἕωλος illa epiſtola, præſertim *g* tantis poſtea nouis rebus allatis tamen perire meam lucubrationem nolui. & eam ipſam Caninio dedi: ſed cum eo & homine docto, & amantiſſimo tui, locutus ea ſum, quæ pertuliſſe illum ad te exiſtimo. Tibi autem idem conſilij do, quod mihimet ipſi: *vt vitemus oculos hominum, ſi linguas minùs facilè * poſſumus.* Qui enim victoria ſe efferunt, quaſi victos, nos intuentur. Qui autem victos eſſe noſtros moleſtè ferunt, nos dolent viuere. Quę res fortaſſe, cur, cùm hæc in vrbe ſint, non abſim, quẽadmodum tu. Tu enim ipſe, qui & me, & alios prudentia vincis, omnia, credo, vidiſti. nihil omnino te fefellit. *h* *Quis eſt tam Lynceus*, qui in tantis tenebris nihil offendat? nuſquam incurrat? Ac mihi quidem iampridem venit in mentem, bellum eſſe aliquò exire, vt ea, quæ agebantur hîc, quæq; dicebantur, nec viderem, nec audirem. *i* Sed *i* calũniabar ipſe. putabam qui obuiam mihi veniſſet, vt cuique commodum eſſet, ſuſpicaturum, aut dicturum, etiamſi non ſuſpicaretur. Hic aut metuit, & ea re fugit: aut aliquid cogitat, & habet nauem paratã. Denique, leuiſſime qui ſuſpicaretur, & qui fortaſſe me nouiſſet optimè: putaret me idcirco diſcedere, quòd quoſdam homines oculi mei ferre non poſſent. Hæc ego ſuſpicans adhuc Romæ maneo: & tamen λεληθότως * conſuetudo diuturna callum iam obduxit ſtomacho meo. Habes rationem mei conſilij. *k* Tibi igitur *l* hæc: cenſeo latendum tantiſper ibidem, dum deferueſcit * hæc gratulatio, & ſimul dum audiamus, quemadmodum negotium confectum ſit: confectum enim eſſe exiſtimo. Magni autem intererit, qui fuerit victoris animus, qui exitus rerum. quamquam quò me coniectura ducat, habeo: ſed exſpecto tamen. Te verò nolo, niſi ipſe rumor iam raucus erit factus: ad Baias venire. Erit enim

nobis

f al. proficiſci ſe ad te ſt.
g al. tot. & tantis p.
* q.v.c. poſſimus.
h L. Quamuis quis eſt.
i v.c. calumpniabar, & c mendoſè. al. calũniabar ipſe me.
* al. ſenſim.
k al. Tibi autem hæc cẽſeo: latend.
l al. hoc.
* ob res à Cæſare contra Scipionem Pompeij generum, & Iubam Mauritaniæ regem geſtas.

nobis honeſtius, etiam cùm hinc diſceſſerimus, videri veniſſe in illa loca ploratum potiùs, quàm natatum. Sed hæc tu meliùs: modò ſtet nobis illud, vnà viuere in ſtudijs noſtris: à quibus antea delectationem modò petebamus, nunc verò etiã ſalutem: non deeſſe, ſi quis adhibere volet, non modò vt architectos, verùm etiam vt fabros, ad ædificandam remp. & potiùs libenter accurrere: ſin nemo vtetur opera, tamen & ſcribere, & legere πολιτείας: & ſi minùs in curia, atque in foro: at in literis, & libris, vt doctiſſimi veteres fecerunt, *m* nauare reip. & de moribus, ac legibus quærere. Mihi hæc videntur. Tu, quid ſis *n* acturus, &, quid tibi placeat, pergratum erit, ſi ad me ſcripſeris. Vale.

m L. nauare operam r. al. nauarã Reip.

n L. facturus ad te.

ARGVMENTVM.

Cupit ſe Varroni præſentem.

CICERO VARRONI, S. D. 3

ETSI, quid ſcriberem, non habebam: tamen *o* amico ad te eunti, nõ potui nihil dare. Quid ergo potiſſimùm ſcribam? quod velle te puto, citò me ad te eſſe venturum. Etſi vide, quæſo, ſatiſne rectum ſit, nos, hoc tanto incendio ciuitatis, in iſtis locis eſſe. Dabimus ſermonem iis, qui neſciũt, nobis, quocumque in loco ſimus, eundem cultũ, eundem victum eſſe. Quid refert? tamen in ſermonem incidemus. Valde id, credo, laborandum eſt, ne, cùm omnes in omni genere & ſcelerũm, & flagitiorum voluntentur, noſtra nobiſcũ, aut inter nos ceſſatio vituperetur. Ego verò, neglecta barbarorũ inſcitia, te perſequar. Quamuis enim hæc ſint miſera, quæ ſunt miſerrima, tamen artes noſtræ neſcio quo modo nunc vberiores fructus ferre videntur, quàm olim ferebant: ſiue quia nulla nunc in re alia acquieſcimus, ſiue quod grauitas morbi facit, *p* vt medicinæ egeamus, eaq; nunc appareat: cuius vim non ſentiebamus, cùm valebamus. Sed quid ego hęc ad te, cuius domi naſcũtur? γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας. nihil ſcilicet, niſi vt reſcribẽs aliquid, me expectares, ſic igitur facies, Vale.

o al. Canio ad te.

p fort. vt medicina egeamus.

AR-

ficat. Belli ciuilis culpam Pompeio potius quam Cæſari tribuit. Varronis otium laudat. Eodem anno.

CICERO VARRONI, S. D. 6

CANINIVS noſt r me tuis verbis admonuit, vt ſcriberem ad te, ſi quid eſſet quod putarem te ſcire oportere. *b* Eſt igitur aduentus in exſpectatione: neque tu id ignoras. Sed tamē, cùm ille ſcripſiſſet, vt opinor, † ſe in ✳ Alſienſe venturum: ſcripſerunt ad eum ſui, ne id faceret: multos ei moleſtos fore, ipſúmque multis, *c* in Pomptinum videri commodius eum exire poſſe. Id ego non intelligebam, quid intereſſet. Sed tamen Hirtius mihi dixit & ſe ad eum, & Balbum. & Oppium ſcripſiſſe, vt ita faceret, homines, vt cognoui, amanteis tui. Hoc ego idcirco noſſe te volui, vt ſcires, hoſpitium tibi vbi parares, vel potiùs *d* vbi vtrique. quid enim ille facturus, incertum eſt: & ſimul oſtentaui, me iſtis eſſe familiarem, & conſiliis eorum intereſſe. Quod ego cur nolim, nihil video. NON ENIM *eſt idē ferre*, I *ſi* ✳ *quid ferendum eſt: & probare, ſi quid probandum non eſt.* Etſi, quid non probē *f* quidē neſcio, præter initia rerum. Nã hæc in voluntate fuerunt. Vidi enim (nã tu aberas) noſtros ✳ amicos cupere bellũ: ✳ hunc autem non tam cupere, quàm non timere. Ergo hæc, conſilij fuerunt: reliqua neceſſaria. Vincere autem aut hos, aut illos neceſſe eſt. Scio te ſemper mecum in luctu fuiſſe, cùm videremus, *g* quàm illud ingens malũ alterutrius exercitus ex ducum interitu: tum verò ✳ EXTREMVM *malorum omnium eſſe ciuilis belli victoriam:* quã quidē ego etiã illorum timebã, ad quos veneramus. ✳ Crudeliter enim otioſis minabantur: erátq; iis & tua inuiſa voluntas, & mea oratio. Nunc verò, ſi eſſent noſtri potiti, valde intemperantes fuiſsēt. Erant enim nobis perirati, quaſi quidquã de noſtra ſalute decreuiſſemus, quod non idem illis cēſuiſſemus: aut quaſi vtilius reip. fuerit, eos etiã ad

b L. Eſt igitur aduentus Cæſaris exſp.
✳ Alſium idē quod Cæſare. vid. Pli. l.3.c.5.
c al. Oſtiam videri L. in Oſtienſe vi.
d L. vtrubi. al. vtrobiq;.
e q.v.c. oſtētaui tibi me
✳ Lamb. ferendũ non eſt.
f al. equidē neſcio.
✳ Pompeiũ intelligit.
✳ Cæſarem.
g L. cum.
✳ vide ſup. l. 4. ep. 9.
✳ vide lib. 4. ep. 14. lib. 8. ep. vlt. Att. li. 11. epiſt. 6. Cæſ. li. 1. de bello ciuili.

h q.v.c. quã vel emori.
i q.v.c. Sed hoc vid.
k q.v.c. duxerim.
* hæc verba, actis & voluptatibus, nõ ſunt in quibuſdã libris.
l. al. inſtar victoriæ puto.

beſtiarum auxilium confugere, *h* quàm vel mori, vel cum ſpe, ſi non optima, at aliqua tamen viuere. At in perturbata rep. viuimus. Quis negat? *i* Sed hæc viderint ij qui nulla ſibi ſubſidia ad omnes vitæ ſtatus parauerunt. huc enim vt venirem, ſuperior longiùs, quàm volui, fluxit oratio. Cùm enim te ſemper magnum hominem *k* duxi: tum quòd his tẽpeſtatibus es propè ſolus in portu: fructúſque doctrinæ percipis eos, qui maximi ſunt, vt ea conſideres, eáque tractes, quorum & vſus, & delectatio eſt à omnibus iſtorum & * actis, & voluptatibus anteponenda. Equidem hos tuos Tuſculanenſeis dies *l* inſtar eſſe vitæ puto: libentérque omnibus omneis opes conceſſerim, vt mihi liceat, vi nulla interpellante, iſto modo viuere. Quod nos quoque imitamur, vt poſſumus, & in noſtris ſtudiis libentiſſimè conquieſcimus. QVIS ENIM hoc non dederit nobis, vt, cùm opera noſtra patria ſiue non poſſit vti, ſiue nolit, ad eam vitam reuertamur, quam multi docti homines, fortaſſe non rectè, ſed tamen multi etiam reipub. præponendam putauerunt? Quæ igitur ſtudia, magnorum hominum ſententia, vacationem habent etiam publici muneris, iis concedente rep. cur non abutamur? Sed plus facio, quàm Caninius mandauit. Is enim ſi quid ego ſcirem, rogarat, quod tu neſcires. ego tibi ea narro, quæ tu melius ſcis, quàm ipſe qui narro. Faciam ergo illud, quod rogatus ſum, vt eorũ, quæ tẽporis huius ſint, quæ tua intereſſe audiero, ne quid ignores. Vale.

ARGVMENTVM.

Monet vt ab vrbe diſcedat. De Cæſaris ex Africano bello redeuntis itinere varios rumores nuntiat. Eodem anno.

CICERO VARRONI, S. D. 7

COENABAM apud Seium, cum vtrique noſtrũ redditæ ſunt à te literæ. Mihi verò iam maturũ videtur. Nam quòd antea te calumniatus ſũ, indicabo malitiam meam. Volebam propè alicu-

bi *m* eſſe, ſi quid bonæ ſalutis, σύν τε δύ' ἐρχομένω. nunc: *n* quando confecta ſunt omnia, 2 dubitandum non eſt, quin ✱ equis velis. Nam vt audiui de L. Cæſare F. mecum ipſe, ✱ QVID MIHI FACIET PATRI? Itaque *o* nō deſino apud iſtos, qui nunc dominantur, cœnitare. Quid faciam? tēpori ſeruiendum eſt. 3 Sed ridicula ✱ miſſa, præſertim cum ſit, nihil quod rideamus. ✱ AFRICA TERRIBILI TREMIT HORRIDA TERRA TVMVLTV. Itáque nullum eſt ἀπροσποιητικόν, quod non verear. Sed quod quæris quando, quà, quò, nihil adhuc ſcimus. Iſtuc ipſum de Baiis, nonnulli dubitant, an per Sardiniam veniat. Illud enim adhuc prædium ſuum non inſpexit, nec vllum habet deterius, ſed tamen non contemnit. Ego omnino magis arbitror per Siciliam: vel iam ſciemus. aduentat enim Dolabella. † eum ✱ puto magiſtrū ✱ fore, Πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων. Sed tamen, ſi ſciam, quid tum conſtitueris, meum conſilium accommodabo potiſſimum ad tuum. Quare exſpecto tuas literas. Vale.

m fort. eſſes. al. eſſe.
* ſumptum ex Homero Iliad. 10. vide Att. l. 9. ep. 4.
n q. v. c. quo niā al. quā.
* Antea equis viris.
* ex Andria Terentij.
o q. v. c. non deſiſto.
* Lamb. miſſa faciamus
* verſus ſūt Ennij. vide Feſtum in Metonymia.
al. ei reo pu to magiſtrū fore.
* id eeſt, docebit me quemadmodum Cæſaris Gratiam recuperem.

ARGVMENTVM.

Petit promiſſos ſibi à Varrone libros de lingua Latina: ad eundē quatuor Quæſtionū Academicarū libros mittit. Cupit præſentē Varronē. Gratulatur de domo empta. Cæſare quartū Cōſule ſine Collega.

CICERO VARRONI, S. D. 8

ETſi munus flagitare, quamuis quis oſtenderit, ne populus quidem ſolet, niſi cōcitatus: tamen ego exſpectatione promiſſi tui moueor, vt admoneam te, non vt flagitem. *p* Miſi autē ad te quatuor admonitores nōnimis verecundos. Noſti enim profectò os *q* eius adoleſcētioris Academiæ. Ex ea igitur media excitatos miſi: qui metuo, ne te forte flagitent: ego autem mandaui vt rogarēt. ✱ Expectabam omninò iamdiu, méque ſuſtinebā, ne ad te prius ipſe quid ſcriberē, quàm aliquid accepiſſem, vt poſſem te remunerari quàm ſimillimo munere. Sed cum tu *r* tardius faceres,

p q. v. c. Miſi enim.
q L. huius adol.
* Libro de lingua Lati na. 13. Att. ep. 12.
r al. id tardiùs.

id eſt,vt ego interpretor, diligentiùs : teneri non potui,quin coniunctionem ſtudiorum, amoríſque noſtri,quo poſſem literarum genere, declararem. Feci igitur ſermonem inter nos habitum in Cumano, cũ eſſet vna Pomponius.tibi dedi parteis. *s* Antiochianas quas à re probari intellexiſſe mihi videbar:mihi ſum ſi Philonis. Puto fore, vt cùm legeris mirêre, id nos locutos eſſe inter nos, quod numquam locuti ſumus. ſed noſti morem Dialogorum. Poſthac autem mi Varro, quamplurima, ſi videbitur: & de nobis,& inter nos: ſerò fortaſſe:ſed ſuperiorum temporũ fortuna reipubl. cauſam ſuſtineat: Hæc ipſi præſtare debemus. Atque vtinam quietis temporibus,atq; aliquo ſi nõ bono, at ſaltem certo ſtatu ciuitatis, hæc inter nos ſtudia exercere poſſemus. Quamquam tũ quidem vel aliæ quæpiam rationes,honeſtas nobis & curas,& actiones darent : nunc autem quid eſt: ſine his cùr viuere velimus ? Mihi verò cùm his ipſis vix: his autem detractis,ne vix quidem. Sed hæc coram, & ſæpius. Migrationẽ, *r* & emptionem *t* feliciter euenire volò,tuúmque in ea re cõſilium probo. Cura vt valeas.

s L. Antiochinas. hoc eſt,Antiochi Aſcalonetæ Philoſophi Academici, de quo Plut. in Lucullo, &Cicero in Bruto.

r in domũ nuper emptam.

t L. tibi feliciter.

ARGVMENTVM.

Suadet Ciceroni gener Dolabella,vt ſe vel cum Cæſare coniungat,vel in otium referat. Cæſare iterum & Seruilio Coſſ. Idẽ ſcripſit Cœlius li.8.ep.16.

DOLABELLA CICERONI, S. D. 9

SI vales,gaudeo: *u* & ipſe valeo, & Tullia noſtra rectè valet. Terentia minùs bellè habuit: ſed certũ ſcio iã cõualuiſſe eã. Præterea rectiſſimè ſunt apud te omnia. *x* Et ſi nullo tempore in ſuſpicionem tibi debui venire, *y* partium cauſa potiùs,quàm tua,tibi ſuadere,vt te aut cum Cæſare, nobiſcúmque coniungeres,aut certè in otium referres: præcipuè nunc iam inclinata victoria, ne poſſum quidem in nullam aliam incidere opinionem,niſi in eam in qua ſcilicet tua de re tibi ſuadere videar,quod piè tacere non poſſum. Tu au-

u q.v.c.ego valeo, & Tull.

x al.Si nullo.

y fort. me partium c.

te,mi Cicero, ſic hæc accipies,vt ſiue probabuntur tibi,ſiue non probabuntur,ab optimo certè animo, ac deditiſsimo tibi & cogitata & ſcripta eſſe iudices. Animaduertis Cn. Pompeium nec nominis ſui,nec rerum geſtarum gloria, nec etiã regum, aut nationum clientelis, quas oſtentare crebrò ſolebat,eſſe tutum, & hoc etiam quod infimo cuique contigit, illi non poſſe contingere, vt honeſtè effugere poſſit, pulſo Italia, amiſſis * Hiſpaniis, capto exercitu veterano. z circumuallato nunc denique: quod neſcio, an vlli vmquã noſtro acciderit imperatori. Quamobrem, quid aut ille ſperare poſſit,aut tu animum aduerte pro tua prudentia. Sic enim facillimè,quod tibi vtiliſſimum erit, conſilij capies. Illud autem à te peto, vt,ſi iam ille *a* euitauerit hoc periculum, & ſe abdiderit in claſſem,tu tuis rebus conſulas: & aliquando tibi potiùs,quàm cuiuis,ſis amicus. Satisfactum eſt iam à te vel officio, vel familiaritati: ſatisfactum etiam partibus, & ei reip. quam tu probabas. reliquum eſt *b* vbi nunc eſt reſpublica ibi ſimus potius, quàm dum illam veterem ſequimur, ſimus in nulla. Quare velim, *c* mihi iucundiſſime Cicero, ſi fortè Pompeius pulſus his quoque locis,rurſus,alias regiones petere cogatur,vt tute vel Athenas, vel in quamuis quietam recipias ciuitatem. Quod ſi eris facturus,velim mihi ſcribas,vt ego, ſi vllo modo potero,ad te aduolem. Quæcumque de tua dignitate ab imperatore erunt impetranda, qua eſt humanitate Cæſar, facillimum erit ab eo tibi ipſi impetrare: & meas tamen preces apud eum non minimum auctoritatis habituras puto. Erit tuæ quoque fidei, & humanitatis curare,vt is tabellarius,quem ad te miſi,reuerti poſſit ad me: & à te mihi literas referat. Vale.

* Lamb. Hiſpanis.
z L. an nulli vmq.
a L. vitanerit.
b L. vt vbi nunc eſt r.
c L. mi iucundiſsime.

ARGVMENTVM.

Quaſi per iocum ſcribit inter Niceam & Vidium ſe eſſe iudicem conſtitutum, Sullæque mortem ſignificat.

i *cat.* Cæſare quartùm Conſule ſine Collega.

CICERO DOLABELLAE, S. D. 10

NON ſum auſus Saluio noſtro nihil ad te literarum dare: nec mehercule habebam, quid ſcriberem, niſi te à me mirabiliter amari: de quo etiam nihil ſcribente me, te non dubitare, certò ſcio. Omninò mihi magis literæ ſunt expectandæ à te, quàm à me tibi. Nihil enim Romæ geritur, quod te putem ſcire curare: niſi fortè ſcire vis, me inter ⁎ Niciam noſtrum, & Vidium, iudicem eſſe. Profert alter (vt opinor) duobus verſiculis expěſum Niciæ: *d* alter Ariſtarchus hos ὀβελίζει. Ego, tanquam criticus antiquus iudicaturus ſum, vtrū ſint τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι. Puto te nunc dicere: Oblitúſne es igitur fungorum illorū, quos apud Niciam? & ingentium *e* culinarum † cū Sophia ⁎ Septimiæ? Quid ergo? *f* adeón' tu mihi excuſſam ſeueritatē veterē putas, vt ne in foro quidem reliquiæ priſtinæ frontis appareant? ſed tamen ſuauiſſimum συμβιώτην noſtrum, præſtabo integellum: nec committā, vt, ſi ego eum condemnaro, tu reſtituas, ne habeat Plancus Burſa apud quem literas diſcat. Sed quid ago? cū mihi ſit incertum, tranquillóne ſis animo, an, vt in bello, in aliqua maiuſcula cura: negotióve verſere, lâbor longius. Cùm igitur mihi erit exploratum, te libenter eſſe riſurum, ſcribā ad te pluribus. Te tamen hoc ſcire volo, vehementer populum ſollicitum fuiſſe de P. Syllæ morte, antè quàm certum *g* ſciret. Nunc quærere deſierunt, quomodo perierit. ſatis putant, ſe ſcire, quod ſciunt. Ego, *h* cetero quin animo æquo fero, vnum vereor, ne haſta ⁎ Cæſaris refrixerit. Vale.

⁎ hic eſt Niceas grāmaticus de quo Suet. in lib. de grāmaticis. ad At. lib. 13. ep. vl. Dolabellæ familiaris.
d fort. alter, tanquam. At Ariſtarchi quoque meminit. l. 3. ep. 11.
e L. Gallinarum al. cochlearum, al. galarum, cularū, Tullarum, vel ſterculorū:
⁎ antea Septimia.
f q.v.c. tun' adeo mihi exc. al. an adeò mihi.
g q.v.c. ſcieris, & ita L. & Ant. Aug. alij ſcierit.
h L. certa qui animo, &c. L. cetera qui animo.
⁎ ad quam Pompeianorum bona venerant.

ARGVMENTVM.

Scribit de morte Tulliæ, cuius præſentem Dolabellam, & ſuos obtrectatores ab eo reſutari. Eodem anno.

CICERO DOLABELLAE SVO, S. D. 11

VEL meo ipſius interitu mallě literas meas deſiderares, quàm eo caſu, quo ſum grauiſſimè af-

afflictus: quem ferrem certè moderatiùs, ſi te haberem. Nam & oratio tua prudēs, & amor erga me ſingularis, multū leuaret. Sed quoniam breui tēpore, vt opinio noſtra eſt, te ſum viſurus, ita me affectum offendes, vt multum à te poſſim iuuari: *i* non quò ita ſim fractus, vt aut hominem me eſſe oblitus ſim, aut fortunæ ſuccūbendū putē: ſed tamē ∵ hilaritas illa noſtra, & ſuauitas, quæ te præter ceteros delectabat, erepta mihi *k* omnis eſt. Firmitatē tamen & cōſtantiā, ſi modò fuit aliquando in nobis, eandē cognoſces, quā reliquiſti. Quod ſcribis prœlia te mea cauſa ſuſtinere: nō tā id laboro, vt ſi qui mihi obtrectēt, à te refutētur: quā intelligi cupio, quòd certè intelligitur, me à te amari. quod vt facias, te etiā, atq; etiam rogo. Ignoſcáſq; breuitati mearum literarū. nā & celeriter vnà futuros nos arbitror, & nondū ſatis confirmatus ſum ad ſcribendum Vale.

i al. non quod.
∵ idem 12. Att. ep. 39.
k L. nihil omninò eſt.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Dolabellæ de repētina Baiarum ſalubritate. Orationem pro Deiotaro rege ad Cæſarem habitam mittit. Eodem anno.

CICERO DOLABELLAE S. D. 12

GRATVLOR Baiis noſtris: ſi quidem, vt ſcribis, ſalubres repētè factę ſunt: niſi fortè te amāt, & tibi aſſentantur: & tādiu, dū tu ades, ſunt oblitę ſui. Quod quidē ſi ita eſt, minimè miror, cœlū etiā, & terras vim ſuā, ſi tibi ita conueniat, *l* dimittere. Oratiunculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebā mecum, quod non putaram. Itaque eā tibi miſi. *m* velim ſic legas, vt cauſam tenuem, & inopem, nec ſcriptione magnopere dignam. † Sed ego hoſpiti veteri, & amico munuſculū mittere volui *n* leuidenſæ, craſſo filo, cuiuſmodi ipſius ſolent eſſe munera Tu velim animo ſapienti, fortiq; ſis: vt tua moderatio, & grauitas, aliorum infamet iniuriam. Vale.

l L. remittere.
m Lamb. quā velim.
n L. leuidēſe. al lenidēſe. Vrſi. leui & craſſo filo. Pantag. leuidente. expuncto verbo volui.

ARGVMENTVM.

Rogat Dolabellam, vt Suberino & Planio reditum

in patriam à Cæſare impetret, eóſq́; ita excuſat, vt oſtendat caſu quodam & neceſsitate coactos, Pompeij partes in Hiſpania ſecutos eſſe. Eodem anno, confecto Hiſpanienſi bello, cùm tamen nondum Cæſar in Italiam reuertiſſet.

CICERO DOLABELLAE, S. D. 13

o L. Suberinius. CAIVS o Suberinus Galenus, & meus eſt familiaris, & Leptæ noſtri familiariſſimi pernéneceſſarius. is cùm vitandi belli cauſa profectus eſſet in Hiſpaniam cum M. Varrone ante bellum, vt in ea prouincia eſſet, in qua nemo noſtrûm, poſt Afranium ſuperatum, bellum vllum fore putarat: incidit in ea ipſa mala, quæ ſummo ſtudio vitauerat. Oppreſſus eſt enim bello repentino: quod bellum commotum v à Scapula, ita poſtea confirmatum eſt à Pompeio. vt nulla ratione ſe ab illa miſeria eripere poſſet. Eadem cauſa ferè eſt. M. Planij hæredis, qui eſt itẽ Calenus Leptæ noſtri familiariſſimus Hoſce igitur ambos tibi commendo, vt maiore cura, ſtudio, ſollicitudine animi commendare non poſsim. Volo ipſorũ cauſa méque in eo vehementer & amicitia mouet, & humanitas. Lepta verò cùm ita laboret, vt eius fortunæ videantur in diſcrimen venire: non poſſum ego non aut proximè, atque ille, aut etiã æquè laborare. Quapropter, etſi ſæpe expertus ſum, quantum me amares: tamen ſic velim p tibi perſuadeas, id me, in hac re maximè iudicaturum. Peto igitur à te, vel, ſi pateris, oro, vt homines miſeros, & fortuna, quã vitare nemo poteſt, magis, quã culpa, calamitoſos conſerues incolumeis: veliſque per te, me hoc muneris cùm ipſis amicis hominibus, tum municipio Caleno, qui cum mihi magna neceſſitudo eſt, tum Leptæ, quem omnibus antepono, dare. Quod dicturus ſum, puto equidẽ non valde ad rem pertinere, ſed tamen nihil obeſt dicere. res familiaris alteri eorum valde exigua eſt, alteri vix equeſtris. ✳ Quapropter quando his Cæſar vitam ſua liberalitate conceſsit, nec eſt, quod

v Dio. l. 43.

p al. perſuadeas tibi.

Horat. li. 1. epiſtolarũ, ep. 1.

quod iis prӕterea magnopere poſsit adimi: reditum, ſi me tantum amas, quantum certè amas, hominibus confice. In quo nihil eſt, prӕter viã longam quam idcirco non fugiunt, vt & viuant cum ſuis, & moriantur domi. Quod vt enitare, contendáſque, vel potiùs vt perficias (poſſe enim te, mihi perſuaſi) vehementer te etiam atq; etiam rogo. Vale.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Dolabellӕ, quia columnam & aram Cӕſari mortuo, tanquam Deo erectã, euerterat. Hominésque peſſimè cõtra ciuitatis libertatem animatos, ſupplicio affecerat. Scripta M. Antonio & Dolabella Coſſ. paulò poſt Cӕſaris necem.

CICERO DOLABELLAE CONSVLI, S. D. 14

ETSI contentus eram, mi Dolabella, tua gloria, ſatiſque ex ea magnam lӕtitiam voluptatémque capiebam: tamen non poſſum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quòd vulgò hominum opinio ſocium me adſcribat tuis laudibus. Neminem conueni (cõuenio autẽ quotidie plurimos: ſunt enim permulti optimi viri qui *q* valetudinis cauſa in hӕc loca conueniant: q v.c. valitudinis. prӕterea ex municipiis frequẽtes neceſſarij mei) quin omnes, cùm te ſummis laudibus ad cœlum extulerunt, mihi continuò maximas gratias agãt. Negant enim ſe dubitare, quin tu meis prӕceptis, & conſiliis obtemperans, prӕſtantiſſimũ te ciuem, & ſingularem conſulem prӕbeas. Quibus ego, quamquam veriſsimè poſſum reſpondere, te, quӕ facias, tuo iudicio, & tua ſponte facere, nec cuiuſquam egere conſilio: tamen neque planè aſſentior, ne imminuam laudem tuam, ſi omnis à meis conſiliis profecta videatur: neque valde nego. Sum enim auidior etiam quàm ſatis eſt, gloriӕ. Eſt tamen non alienum à dignitate tua, quod ipſi Agamemnoni, regum regi, fuit honeſtum, *habere aliquem in conſiliis capiundis Neſtorem:* mihi verò glorioſum, te iuuenem conſulem florere lau-

dibus, quaſi alumnum diſciplinæ meæ. L. quidē Cæſar cùm ad eum ægrotum Neapolim veniſſem, quamquam erat oppreſſus totius corporis doloribus, tamen antè, quàm me planè ſalutauit, O mi Cicero, inquit, r gratulor tibi, cùm tantum vales apud Dolabellam, quantum ſi ego apud ſororis filium valerem, s iam ſalui eſſe poſſemus. Dolabellæ verò tuo & ∵ gratulor, & gratias ago: quem quidem poſt te conſulem, ſolum poſſumus verè conſulem dicere. Deinde multa de facto, ac de re geſta: tum nihil magnificentius, nihil præclariùs actum vnquam, nihil reipubl. ſalutariùs. Atque hæc vna vox omnium eſt. A te autem peto, vt me hanc quaſi falſam hæreditatem alienæ gloriæ ſinas cernere: méque aliqua ex parte in ſocietatem tuarum laudum venire patiare: quamquam, mi Dolabella (hæc enim iocatus ſum) libentiùs omneis meas, ſi modo ſint aliquæ meæ laudes, ad te transfuderim, quàm aliquam partem exhauſerim ex tuis. Nam cùm te ſemper tātum dilexerim, quantum tu intelligere potuiſti: tū t his tuis factis ſic incenſus ſum, vt nihil vnquam in amore fuerit amentius. NIHIL EST *enim* (mihi crede) *virtute famoſius, nihil pulchrius, nihil amabilius.* Semper amaui (vt ſcis) M. Brutum, propter eius ſummum ingenium, ſuauiſsimos mores, ſingularem probitatem, atque conſtantiam: tamen ∵ idibus Martiis tantum acceſsit ad amorem, vt mirarer, locum fuiſſe augendi in eo, quod mihi iampridem cumulatum u etiam videbatur. Quis erat, qui duraret ad eum amorem, quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere? tantum acceſſit, vt mihi nunc denique amare videar, antea dilexiſſe. Quare quid eſt, quod ego te horter, vt dignitati, & gloriæ ſeruias? proponā tibi claros viros quod facere ſolent, qui hortantur? neminem habeo clariorem, quàm teipſum: te imitēre oportet: tecum ipſe certes. x nec licet quidem tibi iam tā-

r gratulor tibi, quod t.

s q.v.c.tum ſalui.

∵ ob rectè facta primū gratulari, deinde gratias agere ſolebant veteres, vi.l.2. ep.6.

t aL. tuis inf.

∵ quo die Brutus Cæſarem interemit.

v L. eſſe vi.

x L. ne licet quidem.

tis rebus geſtis, non tui ſimilem eſſe. Quod cùm ita ſit, hortatio non eſt neceſſaria, gratulatione magis vtendum eſt. Cōtigit enim tibi quod haud ſcio an nemini vt ſumma ſeueritas animaduerſionis non modò non inuidioſa, ſed etiam popularis eſſet, & cùm bonis omnibus, tum infimo cuique gratiſsima. Hoc ſi tibi fortuna quadam contigiſſet, gratularer felicitati tuæ: ſed contigit magnitudine y cùm animi tum etiam ingenij atque cōſilij. Legi enim concionem tuam. nihil illa ſapiētiùs. ita pedetentim, & gradatim tum acceſſus à te ad cauſam facti, tū receſſus, vt res ipſa z maturitatem tibi animaduertendi omnium conceſſu daret. Liberaſti igitur & vrbem periculo, & ciuitatem metu: neque ſolùm ad tempus maximam vtilitatem attuliſti, ſed etiam a ad exemplum. Quo facto intelligere debes, in te repoſitam eſſe rempub. tibique nō modo tuendos, ſed etiam ornandos eſſe illos viros, à quibus initium libertatis profectum eſt. Sed his de rebus coràm plura propediem, vt ſpero. Tu quando remp. nóſque conſeruas, fac vt diligentiſsimè teipſum, mi Dolabella cuſtodias. Vale.

y q. v. c. tum animi.

z al. auctoritatem.

a L. ad exemplum facti intel.

ARGVMENTVM.

Duabus epiſtolis Pæti reſpondet: priori iure ſe eius valetudine perturbatum, cuius & amorem in ſe, & ingenij feſtiuitatem plurimi faciat: poſteriori nihil referre vtrum Romæ ſit, an Neapoli, cùm Romæ vnius nutu regantur omnia. Scripta Cæſare III. & Lepido Conſulibus. Antequam Cæſar iret in Hiſpaniam contra Pompeij liberos.

M. C. PAPIRIO PAETO, S. D.

DVABVS tuis epiſtolis reſpondebo: vni, quam triduo antè acceperam à Zetho: alteri, quam attulerat Phileros tabellarius. Ex prioribus tuis literis intellexi † pergratam tibi eſſe b curam meam valetudinis tuæ: quam tibi perſpectam eſſe gaudeo. Sed, mihi crede, non per-

b L. ſententiā meā, & curā valetudinis tuę, animúmque erga te meū quā tibi p. al. ſententiā meam, & animū meū circa curā valetudinis pergratā, tibi meam de perturbatione valetudinis tuæ examinationē, & amorē erga te meum tibi perſpectum eſſe gaudeo.

c I. vt eſt re apſe, abſens.

perinde, c vt eſt re ipſa, ex literis perſpicere potuiſti. Nam cùm à ſatis multis (non enim poſſum aliter dicere) & coli me videã, & diligi: nemo eſt illorum omnium mihi te iucundior. Nam quòd me amas: quòd id & iampridem, & conſtanter facis: eſt id quidẽ magnum, atque haud ſcio an maximum: ſed tibi cõmune cum multis quòd tu ipſe tam amãdus es, támque dulcis: d támque in omni genere iucundus, id eſt propriè tuum. Accedũt non Attici, ſed ſalſiores, quàm illi Atticorum, Romani veteres, atque vrbani ſales. Ego autem (exiſtimes licèt quod lubet) mirificè capior facetiis, maximè noſtratibus, præſertim cùm eas videam primùm oblitas Latio, tum, cùm in vrbem noſtram eſt infuſa peregrinitas, nunc verò etiam Bracchatis & Tranſalpinis nationibus, vt nullum veteris lepôris veſtigium appareat. Itaque te cùm video, omneis mihi e granios, omneis Lucilios f (verè vt dicam) Craſſos quoq;, & Lælios videre videor. Moriar, ſi, præter te, quemquam reliquũ habeo, in quo poſſim imaginem antiquæ & vernaculæ feſtiuitatis agnoſcere. Ad hos lepôres cùm amor erga me tantus accedat, miraris, me tanta perturbatione g valetudinis tuæ, tam grauiter exanimatum fuiſſe? Quòd autem altera epiſtola purgas te, non diſſuaſorem mihi emptionis Neapolitanæ fuiſſe, ſed auctorem commorationis vrbanæ: néque ego aliter accepi, intellexi tamen idem, quod his intelligo literis, non exiſtimaſſe te, mihi licere, id quod ego arbitrabar, res has non omnino quidem, ſed magnam partem relinquere. Catulum mihi narras, & illa tempora. Quid ſimiles? ne mihi quidem ipſi tunc placebat diutius abeſſe ab reip. cuſtodia. ſedebamus enim in puppi, clauúmque tenebamus. nunc autem vix eſt in ſentina locus. An minùs multa ſenatuſconſulta futura putas, ſi ego ſim Neapoli? Romæ cùm ſum, & vrgeo forum ſenatuſconſulta ſcribuntur apud amatorem tuum, familiarem meum:

d al. atq; in omni gen.

e L. Gracchos. vide 2. de Or. de Clar. pro Plan. Gell. l. 4. c. 17.

f I. (& vt verè dicã)

g v. c. valitudinis.

meum. Et qidem cùm in mentem venit, ı *h* ponor ad ſcribendum: & antè audio ſenatuſconſultum in Armeniam, & Syriam eſſe perlatum, quod in meam ſententiam, factum eſſe dicatur, quàm omninò mẽtionem vllam de ea re eſſe factam. Atq; hoc nolim me iocari putes. Nam mihi ſcito iam, à regibus vltimis allatas eſſe literas, quibus, mihi gratias agant, quòd ſe mea ſententia reges appellauerim: quos ego non modo reges appellatos, ſed omnino natos neſciebam. Quid ergo eſt? tamen quamdiu hìc erit noſter hic ⁖ præfectus moribus, parebo auctoritati tuæ: cùm vero abierit, ad fungos me tuos conferam. Domum ſi habebo, *i* in denos dies, ſingulos ⁖ ſumtuariæ legis conferam. *k* Sin minùs inuenero, quod placeat: decreui habitare apud te. Scio enim me nihil gratius tibi facere poſſe. Domum Syllanam deſperabam iam, vt tibi proximè ſcripſi: ſed tamen non abieci. Tu velim, vt ſcribis, cum fabris eam perſpicias. Si enim nihil eſt in parietibus, aut in tecto vitij, cetera mihi probabuntur. Vale.

h L. ponor aſſuiſſe ſcribendo. &c.

⁖ id eſt, Cæſar, quem Senatus in triennium moribus præfecerat. Dion. l. 43.

i q. v. c. in denos dies, ſingulos ſumptuariæ legis dies cont.

⁖ ſumptuaria lex à Cæſare poſt bellũ Africanum lata, auctore Dion. l. 43. meminit & Cicero hic ep. vlt. At. 13. epiſt. 7. Ep. l. 7. ep. 26. & Gel. l. 2. c. 24.

k q. v. c. Sin. autẽ min.

ARGVMENTVM.

Nihil à ſe prætermiſſum, vt Cæſarianorũ beneuolentiã ſibi cõciliaret Neque boni ciuis, neq; ſapientis hominis officiũ à ſe deſiderari poſſe. Poſtremò iocis Pæti reſpondet. Cæſare III. & Lepido Coss.

M. C. PAPIRIO PAETO, S. D. 16

DELECTAVERVNT me literæ tuæ: in quibus primùm amaui amorem tuum, qui te ad ſcribendum incitauit, verentem, ne Silius ſuo nuntio aliquid mihi ſollicitudinis attuliſſet, de quo *l* & tu mihi antea ſcripſeras, bis quidem eodem exẽplo: facilè vt intelligerem, te eſſe commotum: & ego tibi accuratè reſcripſeram, vt quoquo modo in tali re, atq; tẽpore aut liberarem te iſta cura, aut certè leuarem. Sed *m* quando proximis quoque literis oſtendis, quantæ *n* curæ tibi ſit ea res: ſic,

l L. etiam tu mihi.

m q. v. c. quoniam.

n q. v. c. tibi curæ.

ſic mi Pæte, habeto: quidquid arte fieri potuerit (non enim iam ſatis eſt conſilio pugnare, artificium quoddã excogitãdum eſt) ſed tamen quidquid elaborari, aut effici potuerit, ad iſtorum *o* beneuolentiam conciliandam, & colligendam, ſummo ſtudio me conſecutum eſſe: nec fruſtra, vt arbitror. ſic enim color, ſic obſeruor ab omnibus his, qui à Cæſare diliguntur, vt ab eis me amari putem. NAM ETSI NON FACILE DIIVDICATVR AMOR VERVS, *& fictus, niſi aliquod incidat eiuſmodi tempus, vt * quaſi aurum igne, ſic p beneuolentia fidelis periculo aliquo perſpici poſſit*: cetera ſunt ſigna communia: *q* ſed ego vno vtor argumento, quamobrem me ex animo, veréque arbitror diligi, quòd & noſtra fortuna ea eſt, & illorũ vt ſimulandi cauſa non ſit. De * illo autem, quẽ penes eſt omnis poteſtas, nihil video, quod timeam: niſi quòd omnia ſunt incerta, cum à iure diſceſſum eſt: nec præſtari quidquam poteſt, quale *r* futurum ſit, quod poſitum eſt in alterius voluntate, ne dicam libidine. Sed tamen eius ipſius nulla re à me offenſus eſt animus. Eſt enim adhibita in ea re ipſa ſumma à nobis moderatio. Vt enim olim arbitrabar eſſe meum liberè loqui, cuius opera eſſet in ciuitate libertas: ſic, ea nunc amiſſa, nihil loqui, quod offendat, aut illius, aut eorum, qui ab illo diliguntur, voluntatem. Effugere autem ſi velim nonnullorum *s* acutè, *t* aut facetè dictorum offenſionem, fama ingenij mihi eſt abiicienda: quod ſi poſſem, non recuſarẽ. Sed tamen ipſe Cæſar habet peracre iudicium: &, vt Seruius, frater tuus, quem literatiſſimum fuiſſe iudico, facilè diceret, hic verſus Plauti non eſt, hic eſt, quòd tritas haberet aureis notandis generibus poëtarum, & conſuetudine legendi. ſic audio Cæſarem, cùm volumina iam confecerit ἀποφθεγμάτων, vel per ſe, ſi quid afferatur ad eum pro meo, quod meum non ſit, reiicere ſolere: quod eo nunc magis facit, quia viuunt mecum ferè quo-

o v.c. beniuolentiam.

* Iſocrates ad Dominicum.

p v.c. beniuolentia.

q I. tamen ego vno.

* id eſt, Cæſare.

r q.v.c. futurum ſit id, quod.

s q.v.c. aut acutè.

t l. aut facilè d.

tidie illius familiares. Incidunt autẽ in ſermone vario multa, quæ fortaſſe illis cùm dixi, nec illiterata, nec inſulſa eſſe videantur. Hæc ad illum cũ reliquis actis perferuntur, ita enim ipſe mandauit. Sic fit, vt, ſi quid præterea de me audiat, non audiendum putet. Quamobrem Oenomao tuo nihil vtor: etſi poſuiſti loco verſus *u* Accianos. Sed quæ eſt inuidia? aut quid nunc mihi inuideri poteſt? Verùm fac eſſe omnia. Sic video * philoſophis placuiſſe, iis, qui mihi ſoli videntur vim virtutis tenere, NIHIL ESSE SAPIENTIS PRAESTARE *niſi culpam*: qua videor mihi dupliciter carere: & quòd ea ſenſerim, quæ rectiſſima fuerunt: & quòd, cùm viderem præſidij non ſatis eſſe ad ea obtinenda, viribus certandum cum valentioribus non putarim. Ergo in officio boni ciuis, certè non ſum reprehendendus. Reliquum eſt, ne quid ſtultè, ne quid temere dicam, faciámve contra potenteis. Id quoque puto eſſe ſapientis, cetera verò, quid quiſque me dixiſſe dicat: aut quomodo ille accipiat: aut qua fide mecum viuant ij, qui me aſſiduè colunt, & obſeruant, præſtare non poſſum. Ita fit, vt *x* ſuperiorum conſiliorum conſcientia, & præſentis temporis moderatione me conſoler, & illam Accij ſimilitudinem non modò iam ad inuidiam, ſed ad fortunam transferam: QVAM EXISTIMO LEVEM, *y & imbecillem, ab animo firmo, & graui, tanquã fluctum à ſaxo frangi oportere.* Etenim cùm plena ſint monumenta Græcorum, quemadmodum ſapientiſſimi viri regna tulerint vel Athenis, vel Syracuſis: cùm, ſeruientibus ſuis ciuitatibus, fuerint ipſi quodammodo liberi: ego me non putem tueri meum ſtatum ſic poſſe, vt neque offendam animum cuiuſquam, nec frangam dignitatem meam? Nunc venio ad iocationes tuas, quando tu ſecundum Oenomaum *z* Accij, non, vt olim ſolebat, † Atellanum: ſed, vt nunc fit, animum introduxiſti. ‡ Quem tu mihi *a* Popilium,

u al. Attianos.
* Stoicis.
x q. v. c. & conſiliorũ ſuperiorum conſc.
y L. & imbecillam.
z l. Attij.
a L. Pompilium. al. Polypum.

lium, quem *b* denarium narras? quàm tyrotarichi patinam? facilitate mea iſta ferebantur anteà: nunc mutata res eſt. Hirtium ego, & Dolabellam dicēdi diſcipulos habeo, cœnandi magiſtros. Puto enim te audiſſe (ſi fortè ad vos omnia perferuntur) illos apud me declamitare, me apud eos cœnitare. *Tu autem, quod mihi bonam copiam c eiures*, nihil eſt: tum enim, cùm rem *d* habebas, quæſtiunculis te faciebā attentiorem. nūc, cùm tam æquo animo bona perdas, non eo ſis cōſilio, vt cùm me hoſpitio recipias, æſtimationem te aliquam putes accipere. *e* Etiam hæc leuior eſt plaga ab amico, quàm à debitore. Nec tamen eas cœnas quæro, vt magnæ reliquiæ fiant, quod erit, magnificum ſit, & lautum. Memini te mihi Phameæ cœnam narrare. * temperiùs fiat: cetera eodem modo. Quòd ſi perſeueras me ad matris tuæ cœnam *f* vocare, feram id quoque. Volo enim videre animum, qui mihi audeat iſta, quæ ſcribis, apponere, aut etiam polypum *g* Miniani Iouis ſimilem. Crede mihi, non audebis. Ante meum aduentum fama ad te de mea noua lautitia veniet: eam extimeſces. Neque eſt, quòd in promulſide ſpei ponas aliquid: quàm totam ſuſtuli. I Solebam enim antea * delectari oleis, & lucanicis tuis. Sed quid hæc loquimur? liceat modò iſtò venire. Tu verò (volo enim abſtergere animi tui metum) ad tyrotarichum antiquum redi. Ego tibi vnum ſumtum afferam, quòd balneum calfacias oportebit: cetera more noſtro. ſuperiora illa luſimus. De villa *h* Cæciliana & curaſti diligenter, & ſcripſiſti facetiſſimè. Itaque puto me prætermiſſurum: ſalis enim ſatis eſt, Sannionum parum. Vale.

b al.] thynnarium.

c L. iures. quid ſit eiurare, vide Varron. l. 6. de lingua Latina, Feſtum in Eiurat.

d L. augebas, quæſtiūculis teſt.

e L. Et, iam hæc.

* al. temporius.

f al. reuocare.

g L. Miniati, hoc eſt, minio depicti, vide Pl. l. 33. c. 7.

* al. delibitari al. dehilitari. al. delimitari. Turneb. 6. adu. dilibitare, pro famem diminuere, ſumendum eſſe putat.

h L. Seliciana.

ARGVMENTVM.

Manauerat rumor, velle Cæſarem ſuis militibus municipia quædam diuidere, veritus eſt Pætus ne ea diuiſio ad ſuos agros perueniret, idque querenti Cicero reſpondet. Eodem anno.

M. T. C.

M. T. C. L. PAPIRIO PAETO,
S. D. 17

i NVM tu homo ridiculus es, qui cùm Balbus noſter apud te fuerit, ex me quæras quid de iſtis municipijs, & agris futurum putem? quaſi aut ego quidquam ſciam, quod iſte neſciat: aut, ſi quid aliquando ſcio, non ex iſto ſoleam ſcire. *k* Immò verò, ſi me amas tu fac, vt ſciam, quid de nobis futurum ſit. Habuiſti enim in tua poteſtate, ex quo vel ex ſobrio, vel certè ex ebrio ſcire poſſes Sed ego iſta, mi Pæte, non quæro: primùm quia de lucro propè iam quadriennium viuimus. ſi aut hoc lucrum eſt, aut hæc vita, ſuperſtitem reip. viuere: deinde, quòd ſcire quoque mihi videor, quid futurum ſit. fiet enim quodcumq; volent, qui valebunt: valebunt autem ſemper arma. *l* Nobis igitur ſatis eſſe debet, quidquid conceditur. hoc ſi quis pati non potuit, mori debuit. Veientem quidem agrum, & Capenatem metiuntur. hic non longè abeſt à Tuſculano. Nihil tamen timeo: fruor, dum licet: opto, vt ſemper liceat. Si id minùs contigerit: tamen, quando ego vir fortis, idémque philoſophus, viuere pulcherrimum duxi, non poſſum eum non diligere, cuius beneficio id conſecutus ſum. qui ſi cupiat eſſe remp qualem fortaſſe & ille vult, & omnes optare debemus, quid faciat tamen, non habet: ita ſe cum multis colligauit. Sed longiùs progredior. ſcribo enim ad te. Hoc tamen ſcito, *m* non modò non me, qui conſilijs non interſum, ſed ne ipſum quidem principem ſcire, quid futurum ſit. Nos enim illi ſeruimus: *n* ipſe temporibus. ita nec ille, quid tempora poſtulatura ſint: nec nos, quid ille cogitet, ſcire poſſumus. Hæc tibi anteà non reſcripſi, *o* non quò ceſſator eſſe ſolerem, præſertim in literis: ſed cùm explorati nihil haberem, nec tibi ſollicitudinem ex dubitatione mea, nec ſpem ex affirmatione afferre volui. Illud tamen adſcribam, quod eſt veriſſimum, me his temporibus ad-

i L. Non tu homo rid. & ita v.c.

k L. Immò, ſi me.

l q. v. c. ſatis igitur nobis eſſe debet, quidquid c.

m L. non modo me, qui.

n q. v. c. ille temp.

o al. non quòd.

p L. de periculo. huc *p* de iſto periculo nihil audiſſe. Tu tamen pro tua ſapientia debebis optare optima, cogitare difficillima, ferre quæcumque erunt. Vale.

ARGVMENTVM.

Exponit quibus adductus rationibus familiares ſuos quaſi aperto ludo in eloquentia cœperit exercere: nonnulla per iocum addit de cœnarum lætitia. Eodem anno, reuertente Cæſare ex Africa.

CICERO S. D. L. PAPIRIO PAETO. 18

CVm eſſem otioſus in Tuſculano, propterea quòd diſcipulos obuiam *q* miſeram, vt iidem me quàm maximè conciliarent familiari ſuo: accepi tuas literas, pleniſſimas ſuauitatis: ex quibus intellexi probari tibi *r* meum conſiliũ. quòd, vt * Dionyſius tyrannus, cùm Syracuſis expulſus eſſet, Corinthi dicitur ludũ aperuiſſe: ſic ego ſublatis iudiciis, amiſſo regno forenſi, ludum quaſi habere cœperim. Quid quæris? me quoque delectat cõſilium. multa enim conſequor: primùm, id quod maximè nunc opus eſt, munio me ad hæc tempora. Id cuiuſmodi ſit, neſcio. tantum video, nullius adhuc conſilia me huic anteponere: niſi fortè mori melius fuit in lectulo. fateor: ſed non accidit. in acie non fui. Ceteri quidem, Pompeius, Lentulus tuus, Scipio, Afranius fœdè perierunt. At Cato præclarè. Iam iſtud quidem cùm volemus, licebit. demus modò operam, ne tam neceſſe nobis ſit, quàm illi fuit: id quod agimus. Ergo hoc primum. Sequitur illud. Ipſe melior fio. Primùm *s* valetudine quam, intermiſſis exercitationibus, amiſeram: deinde ipſa illa, ſi qua fuit in me facultas orationis, niſi me ad has exercitationes retuliſſem, exaruiſſet. Extremum illud eſt, quod tu neſcio an primum putes. plureis iam pauones confeci, quàm tu pullos columbinos. Tu iſtic te *t* Atteriano iure delectato: ego me hic Hirtiano. Veni igitur, ſi vires, & diſce iam *v* προλεγομένας, quas quæris: etſi ſus Mineruam. Sed * quando, vt video, æſtimationes tuas vendere non potes, neque ollam denario-

q L. Cæſari miſeram.

r q.v.c. conſilium meũ.

* vide Iuſtinum li. 13.

s v.c. valitudine.

t L. Hateria no.

v alij, λεγόμενα, quæ q.

ai. quoniam. al. quomodo.

riorum implere, Romam tibi remigrandum eſt. Satius eſt hic cruditate, quàm iſtic fame. Video te bona perdidiſſe: ſpero idem iſtuc familiareis tuos. Actum igitur de te eſt, niſi prouides. Potes mulo iſto, quem tibi reliquum dicis eſſe, quando *x* cantherium comediſti, Romam peruehi. Sella tibi erit in ludo, tanquam hypodidaſcalo proxima. eam puluinus ſequetur. Vale.

x L. canterium. Canterius eſt equus caſtratus.

ARGVMENTVM.

De Balbo excepto à Pæto, à ſe verò excipiendo. Eodem anno.

M. C. PAPIRIO PAETO, S. D. 19

TAMEN à malitia non diſcedis, *y* tenuiculo apparatu ſignificas Balbum fuiſſe contentum. hoc videris dicere, *cùm reges tam ſint continentes, multò magis conſulareis eſſe oportere.* neſcis me ab illo omnia exſpiſcatum. *z* rectà enim à porta domum meam veniſſe. neque hoc admiror, quòd non ad tuam potiùs: ſed illud, quòd nec ad ſuam. Ego autem *a* tribus primis verbis, Quid noſter Pætus? at ille adiurans, Nuſquam ſe vmquam libentiùs. Hoc ſi verbis aſſecutus es, aureis ad te afferam non minùs elegantes. ſin autem obſonio: peto à te, ne pluris eſſe *balbos, quàm diſertos putes. Me quotidie aliud ex alio impedit. Sed, ſi me expediero, vt in iſta loca venire poſſim, non committam, vt te ſerò à me certiorem factum putes. Vale.

y v.c. tenuiculo. al. tenuiſſimo.

z L. rectà eum à p. & ita v. c.

a q.v.c. primis tribus verbis.

* Ludit in ambiguo Balbi nomine.

ARGVMENTVM.

Iocatur, & ſe Epicureum factum ait, rationemq; vitæ exponens, narrat ſe matutinas horas ſalutationi tribuere, deinde literis vti Reliquum tempus in reficiendo corpore conſumere. Eodem anno.

M. C. PAPIRIO PAETO, S. D. 20

DVPLICITER delectatus ſum tuis literis, & quòd ipſe riſi, & quòd te intellexi iam poſſe ridere. Me autem à te, vt * ſcurram velitem malis oneratum eſſe, non moleſtè tuli. Illud doleo, in iſta loca venire me, vt conſti-

*vid. Lipſ. 3. Antiquitat.

tueram, non potuiſſe. habuiſſes enim non hoſpitẽ, ſed contubernalem. At quem virum? non eum, 1 quem tu *b* es ſolitus promulſide conficere. Integram famem ad ouum affero. *c* Ita ad aſſum *d* vitellinum opera perducitur. Illa mea, quæ ſolebas antea laudare, ô hominem facilem! ô hoſpitem non grauem! abierunt. Nam omnem noſtram de rep. curam, cogitationem de dicenda in ſenatu ſententia, commentationem cauſarum, abiecimus. 2 In Epicuri nos aduerſarij noſtri * caſtra coniecimus: nec tamen ad hanc inſolentiam: ſed ad illam tuam lauticiam, veterem dico, cùm *e* in ſumtus habebas. etſi nunquam plura prædia habuiſti. Proinde te para. cum homine edaci tibi res eſt, & qui iam aliquid intelligat.* ὀψιμαθεῖς autẽ homines, ſcis quàm inſolentes ſint. dediſcendæ tibi ſunt ſportellæ, & * artolagani tui Nos iam 3 *f* ex areis tantum habemus, vt *g* Verrium tuum, & Camillum, qua mũditia homines? qua elegantia? vocare ſæpius audeamus. Sed vide audaciam. etiam Hirtio cœnam dedi ſine pauone, tamen in ea cœna cocus meus præter ius ferueñs, nihil potuit imitari. Hæc igitur eſt nunc vita noſtra. Manè ſalutamus domi & bonos viros multos, ſed triſteis: & hos latos victores: qui me quidem perofficioſè, & peramanter obſeruant. Vbi ſalutatio defluxit, literis me inuoluo, aut ſcribo, aut lego. Veniunt etiam qui me audiunt, quaſi doctum hominem, quia paulò ſum *h* quam ipſi, doctior. Inde corpori omne tempus datur. Patriam eluxi iam & grauiùs, & diutiùs, quàm vlla mater *i* vnicum filium. Sed cura ſi me amas, vt valeas: ne ego, te iacente, bona tua *k* comedam. Statui enim tibi ne ægroto quidem parcere. Vale.

b L. ſolitus es.
c L. Itaque vſque ad.
d al. vitulinum.
* al. caſſa- ra.
* al. caſſara.
e al. in ſum ſum.
* id eſt ſerò diſcentes.
* panis genus. vide Plin. l. 8. c. 2 & Athenæũ, lib. 3.
f fort. ex arcis. quidã ver. ſcript. artis, & arcis.
g al. Vetriũ Flaccũ, ſed vide Macro. 3. Satur. & Feſtum.
h al. quàm illi.
i ἀγαπητόν.
k L. comedim.

ARGVMENTVM.

Irriſerat ſeipſum Pætus, qui fulmina verborum Ciceronis imitaretur, cùm ea conſequi minimè poſſet. Deinde negauerat Papirium quemquam fuiſſe Patricium. Vtrumque refutat Cicero. Incertus epiſtolæ annus:

annus: Manutio tamen omnes ad Pætum poſt pugnam Pharſalicam ſcriptæ videntur, pleræque poſt Africanam Cæſaris victoriam.

M. C. PAPIRIO PAETO, S. D. 21

AIN' tandem? inſanire tibi videris, quòd imitere verborum meorum vt ſcribis, fulmina? tũ inſanires, ſi conſequi non poſſes. cùm verò etiam vincas, me priùs irrideas, quàm te oportet. Quare nihil tibi opus eſt illud à * Trabea, ſed potiùs *l* ἀπόφτεγμα meum. Verumtamen quid tibi ego videor in epiſtolis? nónne plebeio ſermone agere tecum? nec enim ſemper eodem modo. Quid enim ſimile habet epiſtola aut iudicio, aut concioni? quin ipſa iudicia non ſolemus omnia tractare vno modo. Priuatas cauſas, & eas tenueis, agimus ſubtiliùs: capitis, aut famæ, ſcilicet ornatiùs. epiſtolas verò, quotidianis verbis texere ſolemus. Sed tamen, mi Pæte, quí tibi venit in mentem negare Papirium quemquam vmquam, niſi plebeiũ fuiſſe? fuerunt enim Patricij minorum gentiũ, quorum princeps L. Papirius Mugillanus, qui Conſul cum L. Sempronio Atratino fuit, cùm anteà Cenſor cum eodem fuiſſet, annis poſt Romam conditam CCCXII. Sed tum Papiſij dicebamini. Poſt hunc, XIII. fuerunt ſella curuli ante L. Papirium Craſſum, qui *m* primus Papiſius eſt vocari deſitus. Is dictator cum L. Papirio Curſore, magiſtro equitum, factus eſt, annis poſt Romam conditam CCCCXV. & quadriennio poſt Conſul cum † C. Duillio. Hunc ſecutus eſt Curſor, homo valde honoratus: deinde *n* L. Maſſo Aedilitius: inde multi Maſſones: quorum quidem tu omnium Patriciorũ imagines habeas, volo. Deinde Carbones, & Turdi inſequuntur. Hi plebeij fuerunt: quos contemnas, cenſeo. Nam præter hunc Cn. Carbonem, quẽ Damaſippus occidit, ciuis è rep. Carbonum nemo fuit. Cognouimus Cn. Carbonem & eius fratrem ſcurram. quid his improbius? de hoc amico meo, Rubriæ filio, nihil dico. Tres illi fratres

*citatur trabear. de Fin. 4. Tuſ. Gell. l. 15. c. 24.

l L. ἀπόφτεγμα.

m al. primũ.

n L. Maſſo Aedilitius. inde multi Maſones.

fuêre, P. C. M. Carbones. Publius, Flacco accuſante, o condemnatus: fugit Marcus ex Sicilia: Caius, accuſante L. Craſſo, cantharidas ſumſiſſe dicitur. is tribunus pleb. ſeditioſus: & P. Africano vim attuliſſe exiſtimatus eſt. Hoc verò, qui Lilybæi à Pompeio noſtro interfectus eſt, improbior nemo, meo iudicio, fuit. Iam pater eius accuſatus à M. Antonio, ſutorio atramento abſolutus putatur. Quare ad patritios cẽſeo reuertare: plebeij quàm fuerint importuni, vides. Vale.

o L. condẽnatus eſt.

ARGVMENTVM.

Ita familiariter iocatus erat Pætus, vt obſcœnum verbum non vitaret: vnde ſumſit occaſionem Cicero exponendæ Stoicorum ſententiæ de loquendi licentia, quo facto damnat ſcholã Stoicã Annus incertus.

M. T. C. L. PAPIRIO PAETO, S. D. 22

I AMO verecundiam, p vel potiùs libertatem loquendi, atque hoc Zenoni placuit, homini mehercule acuto: etſi Academiæ noſtræ cum eo magna rixa eſt. Sed, vt dico, placet Stoicis ſuo quamque rem nomine appellare. Sic enim diſſerunt, Nihil eſſe obſcœnũ, nihil turpe dictu. Nam, ſi quod ſit in obſcœnitate flagitium, id aut in re eſſe, aut in verbo: nihil eſſe tertium. In re non eſt. Itaque non modò in comœdijs res ipſa narratur: vt ille in Demiuigo, Modò (fortè noſti canticum: meminiſti Roſciũ) ita me deſtituit nudum. Totus eſt ſermo verbis tectus, re impudentior: ſed etiam in tragœdiis. quid eſt enim illud? *Quæ mulier vna? quid, inquam, eſt?* † *Vſurpata duplex cubile?* Quid illud? *Phærei hic cubile inire eſt auſus.* Quid eſt, *Virginem me quondam inuitam per vim violat?* Iupiter bone, violat? atqui idem ſignificat: ſed alterum nemo tuliſſet. Vides igitur, cùm eadem res ſit, quia verba non ſint, nihil videri turpe. Ergo in re non eſt: multò minùs in verbis. Si enim quod verbo ſignificatur, id turpe non eſt, verbum, quod ſignificat, turpe eſſe non poteſt. *Anum* appellas aliquo nomine: cur non ſuo potiùs? Si turpe eſt, ne alieno.

p L. tu potiùs libert.

qui

quidem:ſi non eſt,ſuo potiùs. Caudam antiqui penem vocabant : ex quo eſt propter ſimilitudinem q peniculus. At hodie *penis* eſt in obſcœnis. At verò Piſo ille r frugi in Annalibus ſuis queritur,adoleſcenteis peni deditos eſſe. Quod tu in epiſtola appellas ſuo nomine, ille tectiùs penem. ſed iam multis factum eſt tam obſcœnum, quàm id verbum,quo tu vſus es. Quid,quod vulgò dicitur, Cũ nos te volumus *conuenire*,num obſcœnum eſt? Memini, in ſenatu diſertum conſularem ita eloqui. Hanc culpam maiorẽ, an illam dicam? potuit obſcœnius? non,inquis.non enim ita ſenſit. Nõ ergo in verbo eſt docui autem in re non eſſe. nuſquam igitur eſt. *Liberis dare operam*, quàm honeſtè dicitur? etiam patres rogant filios. eius operæ nomen non audent dicere. Socratem fidibus docuit nobiliſſimus fidicen. Is *Connus* vocitatus eſt. num id obſcœnum putas? Cùm loquimur terni, nihil flagitij dicimus.at cùm bini, obſcœnum eſt. Græcis quidem,inquies.nihil eſt ergo s in verbo, quando & ego Græco ſcio:& tamen tibi dico,bini : idque tu facias, quaſi ego Græcè non Latinè dixerim. *Ruta & menta*,rectè vtrumque. Volo mentam puſillam ita appellare,vt rutulam:non licet. Sella tectoriola dicis,dic ergo etiam pauimento iſto modo,non potes: t vide igitur,nihil eſſe,niſi ineptias: turpitudinem nec in verbo eſſe, v nec in re : itaq; nuſquã eſſe. Ergo in verbis honeſtis obſcœna ponimus. Quid enim? x num honeſtum verbũ eſt y *diuiſio*? At ineſt obſcœnũ,cui reſpõdet intercapedonũ: hęc ergo obſcœna ſunt? Nos autem ridiculè. Si dicimus, ille patrẽ *ſtrangulauit*, honorẽ non præfamur. ſin de Aurelia aliquid aut Lollia: honos prę-fãdus eſt. Et quidẽ iã etiã nõ obſcœna verba, pro obſcœnis ſunt. *Batuit*,inquit, impudenter; z *depſit* multò impudentiùs, Atqui neutrũ eſt obſcœnum STVLTORVM *plena ſunt omnia*. *Teſtes*, verbum honeſtiſſimum in iudicio: alio loco,non nimis: at honeſti, Colei Lanuuini: Cliternini,nõ honeſti. Quid?

q L. peniculus.
r L. frugi.
s L. obſcœni in verbo.
t L. Videns igitur,nihil eſſe,niſi ineptias?
v L. nec in re? itaque nuſquã eſſe?
x L. non honeſtum.
y al. diuiſo.

L. res non modò honeſta? modò turpis? a L. ſuppellere flagitium eſt. al. ſuppellit.

ipſa* res modò honeſta, modò turpis? *a* ſuppetit, flagitium eſt. iam erit nudus in balneo, non reprehendes. Habes ſcholam Stoicam, ὁ σοφὸς εὐθυρρήμων ἔστι. quàm multa ex vno verbo tuo? Te aduerſus me omnia audere gratum eſt. Ego ſeruo, & ſeruabo (ſic enim aſſueui) Platonis verecundiam. Itaque tectis verbis ea ad te ſcripſi, quæ apertiſſimis agunt Stoici. Sed illi etiam *crepitus aiunt æquè liberos, ac ructus eſſe oportere.* b Honor eſt igitur. Kalendis Mart. Tu me diliges, & valebis. Vale.

b L. Honore igitur.

ARGVMENTVM.

Aduentum ſuum Pæto prenunciat, quamquam enim audierit eum pedibus laborare, putare tamen ſe ait cocum morbo articulari non laborare, quo minùs cenam poſſit parare. Cæſare III. & Lepido Coss.

M. C. PAPIRIO PAETO, S. P. D. 23

HERI veni in Cumanum: cras ad te fortaſſe. Se I cùm certum ſciam, faciam te paulò antè certiorē. Etſi M. Ceparius, cùm mihi in ſilua* Gallinaria obuiam veniſſet, quæſiſſemq́; quid ageres, dixit te in lecto eſſe, quòd ex pedibus laborares. Tuli ſcilicet moleſtè, vt debui: ſed tamen conſtitui ad te venire, vt & viderem te, & viſerem, & cenarem etiam. Non enim arbitror cocum etiam te * arthricum habere. Expecta igitur hoſpitem cùm minimè edacem, tum inimicum cenis ſumtuoſis. Vale.

* in mari Tuſc. vide Vitr. 3. de re Strab. li. 5.

* L. Artmiticum.

ARGVMENTVM.

Rufum à Pæto commendatum ait etiam atque etiam ſibi curæ fore: monet vt ad cœnas familiares redeat. Republica nihil ſibi carius ſcribit. Hirtio & Panſa Coss. poſt Cæſaris necem.

M. C. PAPIRIO PAETO, S. D. 24

RVFVM iſtum, amicum tuum, de quo iterum iam ad me ſcribis, adiuuarem, quantū poſſem, etiam ſi ab eo læſus eſſem, cùm te *c* tantopere viderem eius cauſa laborare. cùm verò & ex tuis literis, & ex illius ad me miſſis intelligam, & iudicē, magnæ curæ ei ſalutem meā fuiſſe: non poſſum ei

c q. v. c. magnopere.

non

non amicus eſſe,neq; ſolùm tua commendatione, quæ apud me vt debet,valet plurimùm.ſed etiam voluntate,ac iudicio meo. volo enim te ſcire, mi Pæte,initium mihi ſuſpicionis,& cautionis,& diligentiæ fuiſſe literas tuas:quibus literis congruentes fuerũt aliæ poſteà multorum. Nam & Aquini, & Fabrateriæ conſilia ſunt inita de me,quæ te video inaudiſſe:&,quaſi diuinarẽt, quàm his moleſtus eſſem futurus,nihil aliud egerunt, niſi me vt opprimerent. Quod ego non ſuſpicans, incautior fuiſſem,niſi à te admonitus eſſem. Quamobrẽ iſte tuus amicus apud me *d* commendatione nõ eget. Vtinam ea fortuna reip.ſit,vt ille me quàm gratiſſimum poſſit cognoſcere.Sed hæc hactenus. Te ad cenas itare deſiiſſe, moleſtè fero. Magna enim te delectatione,& voluptate priuaſti. Deinde etiam vereor(licet enim verum dicere) ne neſcio quid illud,quod ſolebas,dediſcas & obliuiſcare cenulas facere.Nam ſi tum,cùm habebas, quos imitarére, non multum proficiebas: quid nunc te facturum putem?Spurina quidem, cùm ei rem demonſtraſſem, & vitam tuam ſuperiorem expoſuiſſem:magnum periculum *e* ſummæ reip.demonſtrabat,niſi ad ſuperiorem conſuetudinem tũ, cùm Fauonius flaret,reuertiſſes.hoc tempore *f* ferri poſſe,ſi fortè tu frigus ferre non poſſes.Sed,mehercule, mi Pæte extra iocum,moneo te,quod pertinere ad beatè viuendum arbitror:*vt cum viris bonis, iucundis, amantibus tui viuas.*Nihil eſt aptius vitæ:nihil ad beatè viuendum accommodatius. Nec id ad voluptatem refero:ſed ad *g* communitatẽ vitæ, atq; victus,remiſſionémq; animorũ, quæ maximè ſermone efficitur familiari, qui eſt in conuiuijs dulciſſimus:vt ſapientiùs noſtri, quàm Græci: I illi συμπόσια aut σύνδειπνα,* id eſt, compotationes, aut concenationes:nos conuiuia: quòd tũ maximè ſimul viuitur. Vides,vt te philoſophando reuocare coner ad cenas? Cura, vt valeas. id foris cenitando facillimè conſequére. Sed caue, ſi me

d q.v.c.non eget commendatione.

e al.ſummę rei d.

f I. fieri poſ.

g al. comitatem. non pl.

* totũ hoc, id eſt,compotationes, aut concenationes: nos conuiuia. multis gloſſema videtur.

amas,exiſtimes, me, quòd iocoſiùs ſcribam, abieciſſe curam reip.Sic tibi,mi Pæte,perſuade,mẽſes, & noctes nihil aliud agere, nihil curare,niſi vt mei ciues ſalui,liberiq; ſint. Nullum locum prætermitto monendi,agendi.prouidendi.Hoc deniq; animo ſum,vt,ſi in hac cura,atque adminiſtratione vita mihi ponenda ſit,præclarè actum mecum putem.Etiam,atque etiam Vale.

ARGVMENTVM.

Præcepta militaria ſibi à Pæto miſſa tradit, & in ea iocatur. Commendat M. Fabium eum quem Cœlio lib.2 ep.14 commendauit. L.Paulo,& C.Marcello Coſs.

M.T.C. IMP. PAPIRIO PAETO, S.D. 25

SVMMVM me ducem literæ tuæ reddidere. planè neſciebam, te tam peritum eſſe rei militaris.*Pyrrhi te libros,&Cineæ video lectitaſſe.Itaque obtemperare cogito præceptis tuis:hoc amplius, nauicularum habere aliquid in ora maritima.contra equitem Parthũ negant vllam armaturam meliorem inueniri poſſe. Sed quid ludimus? neſcis,quocum imperatore tibi negotium ſit. Κύρου παιδείαν, quam contriueram legendo, totam in hoc*imperio explicaui.Sed iocabimur aliàs coràm,& vt ſpero, breui. Nunc ades ad imperandũ, vel ad parendum potiùs:ſic enim antiqui loquebantur. Cum M. Fabio (quod ſcire te arbitror) ſummus mihi eſt vſus:valdeq; eum diligo,cũ propter ſummam probitatem eius,ac ſingularem modeſtiam,tum quòd in his controuerſijs, quas habeo cum tuis cõbibonibus Epicureis,optima opera eius vti ſoleo.Is cùm ad me Laodiceam veniſſet, mecũmq; *h* eum ego eſſe vellem, repentè percuſſus eſt atrociſſimis literis, in quibus ſcriptum erat, fundum Herculanenſem à Q. Fabio, fratre, proſcriptum eſſe: qui fundus cum eo communis eſſet.Id M.Fabius pergrauiter tulit:exiſtimauitq;, fratrem ſuũ,hominem nõ ſapientem,impulſu inimicorum ſuorum eò progreſſum eſſe.Nunc, ſi,me

* vide Plutarchum & Aelianum.

* in Cilicia adminiſtranda.

h v. c. ego eum eſſe.

amas

amas, mi Pæte, negotium totum ſuſcipe: *i* & moleſtia Fabiũ libera. Auctoritate tua nobis opus eſt, & conſilio, & etiam gratia. Noli pati litigare fratres, & iudicijs turpibus conflictari. Matonem, & Pollionem inimicos habet Fabius. Quid multa? nõ mehercule tam perſcribere poſſum, quàm mihi gratum feceris, ſi otioſum Fabium reddideris. Id ille in te poſitum eſſe putat, mihiq; perſuadet. Vale.

ARGVMENTVM.

Deſcriptio & accuſatio cenæ hilarioris, accumbente præſertim Cytheride meretrice. Iiſdem Coſs.

M. C. PAPIRIO PAETO, S. D. 26

ACCVBVERAM hora* nona, cùm ad te harum exemplum in codicillis exaraui. Dices, vbi? *apud Volumnium Eutrapelum, & quidem ſupra me Atticus, infra Verrius, familiares tui. *l* Miraris tam exhilaratam eſſe *k* ſeueritatem noſtram? Quid ergo faciam? te conſulo, qui philoſophum audis. Angar? excruciémne me? quid aſſequar? Deinde quem ad finem? Viuas, inquis, in literis. An quidquam me aliud agere cenſes? *Haud poſſem viuere, niſi in literis viuerem* Sed eſt earum etiam non ſatietas, ſed quidam modus. A quibus cùm diſceſſi, etſi minimum mihi eſt in cena: quod tu vnum ζήτημα Dioni philoſopho poſuiſti: tamẽ quid potiùs faciam, priùs quàm me dormitum conferam, non reperio. audi reliqua. Infra Eutrapelum Cythéris accubit. In eo igitur, inquis, conuiuio Cicero ille? **quẽ expectabant? cuius ob os Graij ora obuertebant ſua?* Non, mehercule, ſuſpicatus ſum illã affore: ſed tamen ne Ariſtippus quidẽ ille Socratic⁹ erubuit, *m* cùm eſſet obiectũ, habere eum Laida. *n* *Habeo*, inquit, *Laidà: non habeor à Laide*. Græcè hoc meli⁹. tu, ſi voles, interpretabere. Me verò nihil iſtorũ ne iuuenẽ quidẽ mouit vnquam: nedũ ſenem. conuiuio delector. ibi loquor aliquid, quod in ſolũ, vt dicitur: * & gemitum, & in riſus maximos transfero An tu id meliùs, qui etiam philoſophũ irriſeris? Cùm ille, ſi quis quid quæreret, dixiſſet

i L. moleſtia.
* hac veteres cenabant, vnde Martial. Incipit inſtructos frangere nonathoros.
* Vide Lipſ. 3. Antiq.
k L. ſeruitutem. n. q. v. c. ſenectutem noſtr. mendoſè.
l al. aut poſſe me viuere, niſi, &c.
* verſus ſũt Ennij ex Tragœdia Telamone, quos citat etiam 3. Tuſc.
m L. cùm eſſet ei obiectum.
n ἔχω Λαΐδα οὐκ ἔχομαι Λαΐδι. vid. Gell. lib. 8. c. 15. Laërt. l. 3. c. 11. Laert. in Ariſtippo, Athenæum l. 12. & 13. Clement. Strom. 2.
* L. & gemitũ in riſus maximos tr.

o L. à me dixeris? p L. Varo te p. al. vero. q al. num vnum cæl. *al. innumerabiles. * al. tibi. alij, mihi. al. ad te. * al. infra. Intra legē nihil aliud, quàm, minore ſumptu quàm qui lege definitus eſt.

ſet, cenam te quærere o à manè dixeris. 2 Ille p Baro te putabat quæſiturum q vnum cælum eſſet, *an innumerabilia Quid ad te? At hercule cena numquid ad te? 3 *ibi præſertim Sic igitur viuitur: quotidie aliquid legitur, aut ſcribitur: deinde, ne amicis nihil tribuamus, epulamur, vnà non modò non contra legem, ſi vlla nunc lex eſt, 4 ſed etiam *intra legem, & quidem aliquantò: quare nihil eſt quòd aduentum noſtrum extimeſcas. Non multi cibi hoſpitem accipies, ſed multi ioci. Vale.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD Familiareis, Liber X. Ad Cn. Plancum, & alios.

ARGVMENTVM.

Inuehitur in Antonij immoderatam potentiam, Plācum Tranſalpinam Galliam adminiſtrantem hortatur. vt in remp. omni cogitatione ſtudioq́ incumbat. Agit gratias de Furnio honorificè tractato. Antonio & Dolabella Coss.

M. T. C. CN. PLANCO IMP. CONS. DESIG. S. D. 1

a L. afui. b L. medio.

ETa ABFVI proficiſcēs in Græciam: & poſteaquàm de b meo curſu reip. ſum voce reuocatus, numquam per M. Antoniū quietus fui: cuius tanta eſt non inſolentia (nam id quidem vulgare vitium eſt) ſed immanitas, non modò vt voce, ſed ne vultum quidem liberū poſſit ferre cuiuſquam. Itaque mihi * maxima cura eſt, c non de mea quidem vita, cui ſatisfeci vel *ætate, vel factis, vel (ſi quid etiam hoc ad rem pertinet) gloria: ſed me patria ſollicitat, in primiſque, mi Plance, expectatio conſulatus tui: quæ ita lōga eſt, vt optandum ſit, vt poſſimus ad id tēpus reip. ſpiritum ducere. Quæ poteſt enim ſpes eſſe in ea

*L. maxime curæ eſt. c L. nō mea quidem v. * iam natus erat annos ſexaginta duos.

rep.

reip.in qua hominis *d* impotẽtiſſimi, atque intẽpe rantiſſimi armis oppreſſa ſunt omnia? & in qua nec ſenatus,nec populus vim habet vllam?nec le ges vllæ ſunt,nec iudicia, nec omninò ſimulacrũ aliquod,aut veſtigium ciuitatis? *e* Sed quãdo acta omnia mitti ad te arbitrabar:nihil erat,quod ſingulis de rebus ſcriberem.Illud autem erat amoris mei, quem à tua pueritia ſuſceptum non ſeruaui ſolùm,ſed etiam auxi:monere te,atq;hortari, vt in remp.omni cogitatione, curaque incumberes. Quæ ſi ad tuum tempus perducitur,facilis gubernatio eſt.vt perducatur autem, magnæ tum diligentiæ eſt,tum etiam fortunæ.Sed & te aliquanto antè(vt ſpero)habebimus, &, præterquàm quòd reip. conſulere debemus, tamen tuæ dignitati ita fauemus,vt omne noſtrum conſilium,ſtudium,officium,operam,laborem,diligentiam,ad amplitudinem tuam conferamus.Ita facillimè& reip.quę mihi cariſſima eſt,& amicitiæ noſtræ, quam ſanctiſſimè nobis colendam puto, me intelligo ſatisfacturum.Furniũ noſtrum tantum à te fieri,quantùm ipſius humanitas, & dignitas poſtulat, nec miror,& gaudeo:téque hoc exiſtimare volo,quidquid in eum iudicij,officiiq; contuleris, id ita me accipere,vt in meipſum te putem contuliſſe.Vale.

d L. impuriſſimi.

e q. v. c.ſed quoniam.

ARGVMENTVM:

Excuſat ſe quòd in ſenatum non venerit, augendi illius honoris gratia.Officium autem ſuum in omnibus alijs pollicetur Iiſdem Coſs.

M. C. CN. PLANCO IMP.
CONS. DES. S. D. 2

MEVM ſtudium honori tuo pro neceſſitudine noſtra non defuiſſet, ſi aut tutò in ſenatum aut honeſtè venire potuiſſem.*Sed nec ſine periculo quiſquam liberè de repub.ſentiens verſari poteſt in ſumma impunitate * gladiorum: nec noſtræ dignitatis videtur eſſe,ibi ſententiam de rep. dicere, vbi me & melius,& propius audiant armati, quàm ſenatores.*

* militum Antonij.

res. Quapropter in priuatis rebus nullum neque officium, neque ſtudium meum deſiderabis: ne in publicis quidẽ, ſi quid erit, in quo me intereſſe neceſſe ſit, vnquã deero, ne cũ periculo quidẽ meo, dignitati tuæ. In iis autem rebus, quæ nihilo minùs, vt ego abſim, confici poſſunt, peto à te, vt me rationem habere velis & ſalutis, & dignitatis meæ. Vale.

ARGVMENTVM.

Veritus Cicero ne Plancus relicta reip. cauſa, cum Antonio ſe coniungeret, crebrò illum ad Rempub. tuendam adhortatur, eúmque ornat laudibus, veterémque neceſſitudinem commemorat. Hirtio & Panſa Coss.

M. T. C. CN. PLANCO IMP. CONS. DES. S. D. 3

CVM ipſum Furnium per ſe vidi libentiſſimè, tum hoc libentiùs, quòd illum audiens, te videbar audire. Nam & in re militari virtutem, & in adminiſtranda prouincia iuſtitiam, & in omni genere prudentiã mihi tuã expoſuit: & preterea mihi nõ ignotã in cõſuetudine, & familiaritate ſuauitatẽ tuã adiunxit: preterea ſummam erga ſe liberalitatẽ. Quæ omnia mihi iucunda, hoc extremũ etiã gratum fuit. Ego, Plance, neceſſitudinem conſtitutam habui cum domo veſtra, antè aliquantò, quã tu natus es: amorem autem erga te ab ineunte pueritia tua: confirmata iam ætate, familiaritatem cùm ſtudio meo, tum iudicio tuo conſtitutam. His de cauſis mirabiliter faueo dignitati tuæ: quàm mihi tecum ſtatuo eſſe communem. Omnia ſumma conſecutus es, * VIRTVTE DVCE, COMITE FORTVNA: eáque es adeptus adoleſcens, multis inuidentibus, quos ingenio, induſtriáque fregiſti. Nunc me, amantiſſimum tui, nemini concedentẽ, qui tibi vetuſtate neceſſitudinis potior poſſit eſſe, ſi audies, omnem tibi reliquæ vitæ dignitatem ex optimo reip. ſtatu acquires. Scis profectò (nihil

* ep. 5. & 20.

enim

enim te fugere potuit) fuiſſe quoddam tempus, cùm homines exiſtimarent, te nimis ſeruire temporibus: quod ego quoque exiſtimarem, ſi te ea, quæ patiebare, probaſſe etiam arbitrarer. Sed cũ intelligerem, quid ſentires, *f* prudenter te arbitrabar videre quid poſſes. Nunc alia ratio eſt, omniũ rerum tuum iudicium eſt, idq; liberum. Conſul es deſignatus, optima ætate, ſumma eloquentia, maxima orbitate reip. virorum talium. Incumbe, per deos immortaleis, in eam curam, & cogitationem, quæ tibi ſummam dignitatem, & gloriam afferat. Vnus autem eſt, hoc præſertim tempore, per tot annos reip. *h* deuexata. reip. bene gerendæ curſus ad gloriam. Hæc amore magis impulſus ſcribendã ad te putaui, quàm quòd arbitrarer te monitis, & præceptis meis egere. Sciebam enim, ex iiſdem te hæc haurire fontibus, ex quibus ipſe hauſerã. Quare modum faciam. Hoc tantum ſignificandũ putaui: vt potiùs amorem tibi oſtẽderem meũ, quàm oſtentarem prudentiam. Interà, quæ ad dignitatẽ tuam pertinere arbitrabor, ſtudioſè, diligentérque curabo. Vale.

f L. non habet pruden ter.

h L. diuexata.

ARGVMENTVM.

Reſpondet epiſtolæ ſuperiori, gratiáſque agit Ciceroni, quòd eum ad veriſsimæ gloriæ ſtudium ſit adhortatus, ſeq; in reipub. poteſtate totum fore pollicetur. Eodem anno.

PLANCVS CICERONI, S. D. 4

GRATISSIMAE mihi tuæ literæ fuerunt, quas ex Furnij ſermone te ſcripſiſſe animaduerti. Ego autem præteriti temporis excuſationem affero, quòd te profectum audieram: nec multò antè rediiſſe ſciui, quã ex epiſtola tua cognoui. Nullum enim in te officium, ne minimùm quidẽ, ſine maxima culpa videor poſſe prætermittere. in quo tuendo habeo cauſas plurimas vel paternæ neceſſitudinis, *h* vel meæ à pueritia obſeruantiæ, vel tui erga me mutui amoris. Quare, mi Cicero, quod mea, tuáque patitur ætas, perſuade tibi, te vnum eſſe

h L. vel meæ in te à puerit.

in quo ego colendo patriam mihi conſtituerim ſanctitatem. Omnia igitur tua conſilia mihi non magis prudentiæ plena,quæ ſumma eſt,videntur, quàm fidelitatis,quã ego ex mea conſcientia metior.Quare *i* ſi aut aliter ſentirem,certè admonitio tua me reprimere:aut, ſi dubitarem, hortatio impellere poſſet,vt id ſequerer,quod tu optimum putares.Nunc verò quid eſt,quod me in aliã partem trahere poſſit? Quæcunque in me bona ſunt, aut fortunæ beneficio tributa,aut meo labore parta,etſi à te propter amorem cariùs ſunt æſtimata: tamen vel inimiciſſimi iudicio tanta ſunt,vt,præter bonam famam,nihil deſiderare videãtur. Quare hoc vnum tibi perſuade:quantum viribus eniti,conſilio prouidere,auctoritateq́ mouere potuero, hoc omne reip.ſemper futurum.Non eſt ignotus mihi ſenſus tuus: neque,ſi facultas, optabilis mihi quidem,tui præſentis eſſet, vnquam à tuis conſiliis diſcreparem: nec nunc committam, vt vllum meum factum reprehendere iure poſſis. Sũ in exſpectatione omnium rerũ,quid in Gallia* citeriore,quid in vrbe* Ianuario menſe geratur, vt ſciam.Interim maximam hîc ſolicitudinem,curãque ſuſtineo,ne inter aliena vitia hæ gentes noſtra mala ſuam putent occaſionem. Quod ſi perſiade,vt ipſe mereor,mihi ſucceſſerit: certè & tibi, cui maximè cupio,& omnibus viris bonis ſatisfaciam.Fac valeas,méque mutuò diligas.Vale.

i fort. aut ſi aliter ſ.

k L. monere p.

* cui præerat D. Brutus & ipſe Conſul deſignatus Mutinæ in cluſus,obſidente Antonio.

* hoc menſe videtur ſcripta epiſtola.

l L. proinde.

ARGVMENTVM.

Hortatur Plancum ad tuendam rempub. gloria ſtimulis.Eodem anno.

CICERO PLANCO IMP. CONS. DESIGN. S. D. 5

BINAS à te accepi literas eodem exemplo: quòd ipſum argumento mihi fuit diligentiæ tuæ. Intellexi enim te laborare, vt ad me tuæ exſpectatiſſimæ literæ perferrentur. Ex quibus cepi fructum duplicem, mihíque in compara-

paratione difficilem ad iudicandum amorémne erga me tuum, an animum in remp. pluris æſtimandum putare m EST OMNINO *patriæ caritas, meo quidem iudicio, maxima: ſed amor*, m *voluptatiſque coniunctio plus certè habet ſuauitatis*. Itáque commemoratio tuæ paternæ neceſſitudinis, *n* beneuolentiæque eius, quam erga me à pueritia cõtuliſſes, ceterarúmque rerum, quæ ad eam ſententiã pertinebant, incredibilẽ mihi lætitiã *o* attulerat. Rurſus declaratio animi tui, quem haberes de rep. quémque habiturus eſſes, mihi erat iucundiſſima, eóque maior erat hęc lætitia, quòd ad illa ſuperiora accedebat. Itáque te non hortor ſolùm, mi Plance, ſed planè etiam oro, quod feci iis literis, quibus tu humaniſſimè reſpondiſti, vt tota mente, omníque animi impetu in remp. incumbas. Nihil eſt, quod tibi maiori fructui, gloriæque eſſe poſſit: NEC QVICQVAM EX OMNIBVS REBVS HVMANIS EST PRAECLARIVS, AVT PRAESTANTIVS, QVAM DE REP. BENE MERERI. Adhuc enim patitur tua ſumma humanitas, & ſapientia, me, quod ſentiam, liberè dicere. Fortuna ſuffragante videris res maximas conſecutus, quod quamquam ſine virtute non potuiſſes: tamen ex maxima parte, ea, quæ es adeptus, fortunæ, temporibúſque tribuuntur. His temporibus difficillimis reip. quidquid ſubueneris, id erit totum, & *p* proprium tuum. Incredibile eſt omnium ciuium latronibus exceptis, odium in Antoniũ. Magna ſpes in te, & in tuo exercitu magna exſpectatio. Cuius per Deos, gratiæ, gloriæque caue tempus amittas. Sic moneo, vt filium: ſic faueo, vt mihi: ſic hortor, vt & pro patria, & amiciſſimũ. Vale.

m L. voluntatíſque.
n v.c. beniuolentiæq;
o L. attulit.
p propriè tuum q.v.c. proprium & tuum.

ARGVMENTVM.

Improbat conſilium Planci: pacémque armis non paßione quærendam ait. Plancum verò ipſum vt ſe à ſocietate malorum ciuium aliquando ſeiungẽs, totũ transferat ad remp. propoſito Conſulis officio, ad-

 hor-

tatur. Eodem anno.

CICERO. PLANC. IMP. CONS. DES. S. D. 58

QVAE locutus eſt Furnius noſter de animo tuo in remp. ea gratiſſima fuerunt ſenatui, populóque R. probatiſſima: quæ autem *q* recitatæ ſunt literæ in ſenatu, nequaquam conſentire cum Furnij oratione viſæ ſunt. Pacis enim auctor eras, cũ ∵ collega tuus vir clariſſimus, à fœdiſſimis ∵ latronibus obſideretur : qui aut poſitis armis pacem petere debent : aut ſi pugnantes eam poſtulant, victoria pax, non pactione parienda eſt. Sed de pace literæ vel Lepidi, vel tuæ, q̃ ã in partem acceptæ ſint, ex viro optimo, fratre tuo, & ex C. Furnio poteris cognoſcere. Me autem impulit tui caritas, vt quamquã nec tibi ipſi cõſilium deeſſet, & fratris Furniique *r* beneuolentia fideliſque prudentia tibi præſto eſſet futura, vellem tamen meæ quoque auctoritatis, pro plurimis noſtris neceſſitudinibus, præceptum ad te aliquod peruenire. *s* Crede igitur mi Plance, omneis, quos adhuc gradus dignitatis conſecutus ſis (es autem adeptus ampliſſimos) eos honorum vocabula habituros, non dignitatis inſignia, niſi te cum libertate populi R. & cum ſenatus auctoritate coniunxeris. Seiunge te quæſo, aliquando ab iis, cum quibus te non tuum iudicium, ſed tẽporum vincula cõiunxerunt. Complureis in perturbatione reip. conſules dicti: quorum nemo cõſularis habitus, niſi qui animo extitit in rẽp. cõſulari. Talem igitur te eſſe oportet, qui primùm te ab impiorum ciuium, tui diſſimillimorum, ſocietate ſeiungas: deinde te ſenatui, boniſq; omnibus auctorem, principem, ducem præbeas : poſtremò, *vt pacem eſſe iudices non in armis poſitis, ſed in t abiecto armorum, & ſeruitutis metu.* Hæc ſi & ages, & ſenties, tum eris non modo conſul, & cõſularis, ſed magnus etiam conſul, & conſularis. ſin aliter, *u* tum in iſtis ampliſſimis nominibus honorum, non modò dignitas nulla erit, ſed erit

ſumma

q v. c. recitatæ literæ ſunt in ſ. & ita L.
∵ D. Brutus cum Planc. conſul deſignatus.
∵ M. Antonio eiúſque militibus.
r v. c. beniuolentia.
s q. v. c. Crede igitur mi hi mi Pl.
t fort. deiecto arm.
v forr. tua in iſtis.
x v. c. beniuolentia.

ſumma deformitas. Hæc, rmpulſus x beneuolentia; ſcripſi paulò ſeueriùs: quæ tu y in experiendo eã ratione, quæ te digna eſt, vera eſſe cognoſces. z Datum XIII. Kal. Aprilis. Vale.

y al. in expēdendo.
z v. c. D. XIII Kal.

ARGVMENTVM.

Breuitatem epiſtolæ excuſat, & cur ſuum in rempubl. ſtudium ſerius patefecerit. Commendat dignitatem ſuam. Eiſdem Conſulibus.

PLANCVS CICERONI, S. D. 7

PLVRA tibi de meis conſiliis ſcriberem, rationémque omnium ∵ rerum redderem verboſiùs, quò magis iudicares, omnia me reipublicæ præſtitiſſe, quæ & tua exhortatione excepi, & mea affirmatione tibi recepi (non minùs enim à te probari, quàm diligi ſemper volui: nec te magis in culpa defenſorem mihi paraui, quàm prædicatorem meritorum meorum eſſe volui) ſed breuiorem me duæ res faciunt: vna, quòd publicis literis omnia ſum perſecutus: altera, quòd M. Variſidium, equitem Rom. familiarem meum, a ad te ipſum tranſire iuſſi, ex quo omnia cognoſcere poſſes. Non medius fidius, mediocri dolore afficiebar, cùm alij occupare poſſeſsionem laudis viderentur: b ſed vſque mihi temperaui, dum c producerem eò rem, vt dignum aliquid & conſulatu meo, & veſtra exſpectatione efficerem. Quod ſpero, ſi me fortuna non fefellerit, me conſecutū eſſe: vt maximo præſidio reip. nos fuiſſe, & nunc ſentiãt homines, & in poſterũ memoria teneãt. A te peto, vt dignitati meæ ſuffrageris: & quarũ rerum ſpe ad laudẽ me vocaſti, harũ fructu in reliquũ facias alacriorẽ. Nõ minùs poſſe te, quã velle, exploratum mihi eſt. Fac valeas, méque mutuò diligas.

∵ Lamb. nõ habet vocẽ rerum.
a q. v. c. ipſũ ad te tranſ.
b fort. ſed vſque eò mihi t.
c L. perducerem.

ARGVMENTVM.

Defenſorem ſe libertatis reip. fore pollicetur, tametſi id ſerò fecerit, & cauſas habuerit. De exercitu ſuo, & reip. ſtatu ſignificat. Eodem anno.

CN. PLANC. IMP. CONS. DES. S. P. D. COSS. PR. TRIB. SEN. POP. PL. Q. R. 8

tueram, non potuiſſe. habuiſſes enim non hoſpitẽ, ſed contubernalem. At quem virum? non eum, 1 quem tu *b* es ſolitus promulſide conficere. Integram famem ad ouum affero. *c* Ita ad aſſum *d* vitellinum opera perducitur. Illa mea, quæ ſolebas antea laudare, ô hominem facilem! ô hoſpitem non grauem! abierunt. Nam omnem noſtram de rep. curam, cogitationem de dicenda in ſenatu ſententia, commentationem cauſarum, abiecimus. 2 In Epicuri nos aduerſarij noſtri * caſtra coniecimus: nec tamen ad hanc inſolentiam: ſed ad illam tuam lautitiam, veterem dico, cùm *e* in ſumtus habebas. etſi nunquam plura prædia habuiſti. Proinde te para. cum homine edaci tibi res eſt, & qui iam aliquid intelligat.* ὀψιμαθεῖς autẽ homines, ſcis quàm inſolentes ſint. dediſcendæ tibi ſunt ſportellæ, & * artolagani tui. Nos iam 3 *f* ex areis tantum habemus, vt *g* Verrium tuum, & Camillum, qua mũditia homines? qua elegantia? vocare ſæpius audeamus. Sed vide audaciam. etiam Hirtio cœnam dedi ſine pauone, tamen in ea cœna cocus meus præter ius feruẽs, nihil potuit imitari. Hæc igitur eſt nunc vita noſtra. Manè ſalutamus domi & bonos viros multos, ſed triſteis: & hos latos victores: qui me quidem perofficioſè, & peramanter obſeruant. Vbi ſalutatio defluxit, literis me inuoluo, aut ſcribo, aut lego. Veniunt etiam qui me audiunt, quaſi doctum hominem, quia paulò ſum *h* quam ipſi, doctior. Inde corpori omne tempus datur. Patriam eluxi iam & grauiùs, & diutiùs, quàm vlla mater *i* vnicum filium. Sed cura ſi me amas, vt valeas: ne ego, te iacente, bona tua *k* comedam. Statui enim tibi ne ægroto quidem parcere. Vale.

b L. ſolitus es.
c L. Itaque vſque ad.
d al. vitulinum.
* al. caſſara.
†
e al. in ſumtum.
* id eſt ſerò diſcentes.
* panis genus. vide Plin. l. 8. c. 2 & Athenæũ, lib. 3.
f fort. ex arcis. quidã vet. ſcript. areis, & arcis.
g al. Vetriũ Haccũ, ſed vide Macro. 1. Satur. & Feſtum.
h al. quàm illi.
i ἀγαπητόν.
k I. comedim.

ARGVMENTVM.

Irriſerat ſeipſum Pætus, qui fulmina verborum Ciceronis imitaretur, cùm ea conſequi minimè poſſet. Deinde negauerat Papirium quemquam fuiſſe Patricium. Vtrumq. refutat Cicero. Incertus epiſtolæ annus.

annus: Manutio tamen omnes ad Pætum poſt pugnam Pharſalicam ſcriptæ videntur, pleræque poſt Africanam Cæſaris victoriam.

M. C. PAPIRIO PAETO, S. D. 21

AIN' tandem? inſanire tibi videris, quòd imitere verborum meorum vt ſcribis, fulmina? tū inſanires, ſi conſequi non poſſes. cùm verò etiam vincas, me priùs irrideas, quàm te oportet. Quare nihil tibi opus eſt illud à * Trabea, ſed potiùs *l* ἀωόφτεγμα meum. Verumtamen quid tibi ego videor in epiſtolis? nónne plebeio ſermone agere tecum? nec enim ſemper eodem modo. Quid enim ſimile habet epiſtola aut iudicio, aut concioni? quin ipſa iudicia non ſolemus omnia tractare vno modo. Priuatas cauſas, & eas tenueis, agimus ſubtiliùs: capitis, aut famæ, ſcilicet ornatiùs. epiſtolas verò, quotidianis verbis texere ſolemus. Sed tamen, mi Pæte, quî tibi venit in mentem negare Papirium quemquam vmquam, niſi plebeiū fuiſſe? fuerunt enim Patricij minorum gentiū, quorum princeps L Papirius Mugillanus, qui Conſul cum L. Sempronio Atratino fuit, cùm anteà Cenſor cum eodem fuiſſet, annis poſt Romam conditam CCCXII. Sed tum Papiſij dicebamini. Poſt hunc, XIII. fuerunt ſella curuli ante L. Papirium Craſſum, qui *m* primus Papiſius eſt vocari deſitus. Is dictator cum L. Papirio Curſore, magiſtro equitum, factus eſt, annis poſt Romam conditam CCCCXV. & quadriennio poſt Conſul cum † C. Duillio. Hunc ſecutus eſt Curſor, homo valde honoratus: deinde *n* L. Maſſo Aedilitius: inde multi Maſſones: quorum quidem tu omnium Patriciorū imagines habeas, volo. Deinde Carbones, & Turdi inſequuntur. Hi plebeij fuerunt: quos contemnas, cenſeo. Nam præter hunc Cn. Carbonem quē Damaſippus occidit, ciuis è rep. Carbonum nemo fuit. Cognouimus Cn. Carbonem & eius fratrem ſcurram. quid his improbius? de hoc amico meo, Rubriæ filio, nihil dico. Tres illi fratres

*citatur trabear. de Fin. 4. Tuſ. Gell. l. 15. c. 24.

l L. ἀπόφθεγμα.

m al. primū.

n L. Maſo Aedilitius. inde multi Maſones.

fuêre, P. C. M. Carbones. Publius, Flacco accuſante, *o* condemnatus: fugit Marcus ex Sicilia: Caius, accuſante L. Craſſo, cantharidas ſumſiſſe dicitur. is tribunus pleb. ſeditioſus: & P. Africano vim attuliſſe exiſtimatus eſt. Hoc verò, qui Lilybæi à Pompeio noſtro interfectus eſt, improbior nemo, meo iudicio, fuit. Iam pater eius accuſatus à M. Antonio, ſutorio atramento abſolutus putatur. Quare ad patritios cēſeo reuertare: plebeij quàm fuerint importuni, vides. Vale.

o L. condẽnatus eſt.

ARGVMENTVM.

Ita familiariter iocatus erat Pætus, vt obſcœnum verbum non vitaret: vnde ſumſit occaſionem Cicero exponendæ Stoicorum ſententiæ de loquendi licentia, quo facto damnat ſcholã Stoicã Annus incertus.

M. T. C. L. PAPIRIO PAETO, S. D. 22

1 AMO verecundiam, *p* vel potiùs libertatem loquendi, atque hoc Zenoni placuit, homini mehercule acuto: etſi Academiæ noſtræ cum eo magna rixa eſt. Sed, vt dico, placet Stoicis ſuo quamque rem nomine appellare. Sic enim diſſerunt, Nihil eſſe obſcœnũ, nihil turpe dictu. Nam, ſi quod ſit in obſcœnitate flagitium, id aut in re eſſe, aut in verbo: nihil eſſe tertium. In re non eſt. Itaque non modò in comœdijs res ipſa narratur: vt ille in Demiuigo, Modò (fortè noſti canticum: meminiſti Roſcii) ita me deſtituit nudum. Totus eſt ſermo verbis tectus, re impudentior: ſed etiam in tragœdiis. quid eſt enim illud? *Quæ mulier vna?* *quid, inquam, eſt?* † *Vſurpata duplex cubile?* Quid illud? *Phærei hic cubile inire eſt auſus.* Quid eſt, *Virginem me quondam inuitam per vim violat?* Iupiter bone, violat? atqui idem ſignificat: ſed alterum nemo tuliſſet. Vides igitur, cùm eadem res ſit, quia verba non ſint, nihil videri turpe. Ergo in re non eſt: multò minùs in verbis. Si enim quod verbo ſignificatur, id turpe non eſt, verbum, quod ſignificat, turpe eſſe non poteſt. *Anum* appellas aliquo nomine: cur non ſuo potiùs? Si turpe eſt, ne alieno.

p L. tu potiùs libert.

qui

quidem: ſi non eſt, ſuo potiùs. Caudam antiqui penem vocabant: ex quo eſt propter ſimilitudinem q peniculus. At hodie *penis* eſt in obſcœnis. At verò Piſo ille r frugi in Annalibus ſuis queritur, adoleſcenteis peni deditos eſſe. Quod tu in epiſtola appellas ſuo nomine, ille tectiùs penem. ſed iam multis factum eſt tam obſcœnum, quàm id verbum, quo tu vſus es. Quid, quod vulgò dicitur, Cùm nos te volumus *conuenire*, num obſcœnum eſt? Memini, in ſenatu diſertum conſularem ita eloqui. Hanc culpam maiorē, an illam dicam? potuit obſcœnius? non, inquis. non enim ita ſenſit. Nō ergo in verbo eſt docui autem in re non eſſe. nuſquam igitur eſt. *Liberis dare operam*, quàm honeſtè dicitur? etiam patres rogant filios. eius operæ nomen non audent dicere. Socratem fidibus docuit nobiliſſimus fidicen. Is *Connus* vocitatus eſt. num id obſcœnum putas? Cùm loquimur terni, nihil flagitij dicimus. at cùm bini, obſcœnum eſt. Græcis quidem, inquies. nihil eſt ergo s in verbo, quando & ego Græco ſcio: & tamen tibi dico, bini: idque tu facias, quaſi ego Græcè non Latinè dixerim. *Ruta, & menta*, rectè vtrumque. Volo mentam puſillam ita appellare, vt rutulam: non licet. Sella tectoriola dicis, dic ergo etiam pauimento iſto modo, non potes: t vide igitur, nihil eſſe, niſi ineptias: turpitudinem nec in verbo eſſe, v nec in re: itaq; nuſquā eſſe. Ergo in verbis honeſtis obſcœna ponimus. Quid enim? x num honeſtum verbū eſt y *diuiſio*? At ineſt obſcœnū, cui reſpōdet intercapedonū: hęc ergo obſcœna ſunt? Nos autem ridiculè. Si dicimus, ille patrē *ſtrangulauit*, honorē non prætamur. ſin de Aurelia aliquid aut Lolliā: honos prçfādus eſt. Et quidē iā etiā nō obſcœna verba, pro obſcœnis ſunt. *Batuit*, inquit, impudenter; z *depſit* multò impudentiùs, Atqui neutrū eſt obſcœnum STVLTORVM *plena ſunt omnia*. *Teſtes*, verbum honeſtiſſimum in iudicio: alio loco, non nimis: at honeſti, Colei Lanuuini: Cliternini, nō honeſti. Quid?

q L. peniculus.
r L. frugi.
s L. obſcœni in verbo.
t L. Viden' igitur, nihil eſſe, niſi ineptias?
v L. nec in re? itaque nuſquā eſſe?
x L. non honeſtum.
y al. diuiſo.

L. res non modò honeſta? modò turpis? a L. ſuppelere flagitium eſt. al. ſuppellit.

ipſa* res modò honeſta, modò turpis? a ſuppetit, flagitium eſt. iam erit nudus in balneo, non reprehendes. Habes ſcholam Stoicam, ὁ σοφὸς εὐθυῤῥήμων ἐστι. quàm multa ex vno verbo tuo? Te aduerſus me omnia audere gratum eſt. Ego ſeruo, & ſeruabo (ſic enim aſſueui) Platonis verecundiam. Itaque tectis verbis ea ad te ſcripſi, quæ apertiſſimis agunt Stoici. Sed illi etiam *crepitus aiunt æquè liberos, ac ructus eſſe oportere*. b Honor eſt igitur. Kalendis Mart. Tu me diliges, & valebis. Vale.

b L. Honore igitur.

ARGVMENTVM.

Aluentum ſuum Pæto pręnunciat, quamquam enim audierit eum pedibus laborare, putare tamen ſe ait cocum morbo articulari non laborare, quo minùs cenam poſſit parare. Cęſare III. & Lepido Coss.

M. C. PAPIRIO PAETO, S. P. D. 23

HERI veni in Cumanum: cras ad te fortaſſe. Se l cùm certum ſciam, faciam te paulò antè certiorē. Etſi M. Ceparius, cùm mihi in ſilua* Gallinaria obuiam veniſſet, quæſiſſemq; quid ageres, dixit te in lecto eſſe, quòd ex pedibus laborares. Tuli ſcilicet moleſtè, vt debui: ſed tamen conſtitui ad te venire, vt & viderem te, & viſerem, & cenarem etiam. Non enim arbitror cocum etiam te * arthricum habere. Expecta igitur hoſpitem cùm minimè edacem, tum inimicum cenis ſumtuoſis. Vale.

* in mari Tuſc. vide Vitr. 3. de re Strab. li. 5.

* L. Artmiticum.

ARGVMENTVM.

Rufum à Pæto commendatum ait etiam atque etiam ſibi curæ fore: monet vt ad cœnas familiares redeat. Republica nihil ſibi carius ſcribit. Hirtio & Panſa Coss. poſt Cæſaris necem.

M. C. PAPIRIO PAETO, S. D. 24

RVFVM iſtum, amicum tuum, de quo iterum iam ad me ſcribis, adiuuarem, quantū poſſem, etiam ſi ab eo læſus eſſem, cùm te c tantopere viderem eius cauſa laborare. cùm verò & ex tuis literis, & ex illius ad me miſſis intelligam, & iudicē, magnæ curæ ei ſalutem meā fuiſſe: non poſſum ei non

c q. v. c. magnopere.

non amicus eſſe, neq; ſolùm tua commendatione, quæ apud me vt debet, valet pluri mùm, ſed etiam voluntate, ac iudicio meo. volo enim te ſcire, mi Pæte, initium mihi ſuſpicionis, & cautionis, & diligentiæ fuiſſe literas tuas: quibus literis congruentes fuerũt aliæ poſteà multorum. Nam & Aquini, & Fabrateriæ conſilia ſunt inita de me, quæ te video inaudiſſe: &, quaſi diuinarẽt, quàm his moleſtus eſſem futurus, nihil aliud egerunt, niſi me vt opprimerent. Quod ego non ſuſpicans, incautior fuiſſem, niſi à te admonitus eſſem. Quamobrẽ iſte tuus amicus apud me *d* commendatione nõ eget. Vtinam ea fortuna reip. ſit, vt ille me quàm gratiſſimum poſſit cognoſcere. Sed hæc hactenus. Te ad cenas itare deſiſſe, moleſtè fero. Magna enim te delectatione, & voluptate priuaſti. Deinde etiam vereor (licet enim verum dicere) ne neſcio quid illud, quod ſolebas, dediſcas & obliuiſcare cenulas facere. Nam ſi tum, cùm habebas, quos imitarére, non multum proficiebas: quid nunc te facturum putem? Spurina quidem, cùm ei rem demonſtraſſem, & vitam tuam ſuperiorem expoſuiſſem: magnum periculum *e* ſummæ reip. demonſtrabat, niſi ad ſuperiorem conſuetudinem tũ, cùm Fauonius flaret, reuertiſſes. hoc tempore *f* ferri poſſe, ſi fortè tu frigus ferre non poſſes. Sed, mehercule, mi Pæte extra iocum, moneo te, quod pertinere ad beatè viuendum arbitror: *vt cum viris bonis, iucundis, amantibus tui viuas.* Nihil eſt aptius vitæ: nihil ad beatè viuendum accommodatius. Nec id ad voluptatem refero: ſed ad *g* communitatẽ vitæ, atq; victus, remiſſionémq; animorũ, quæ maximè ſermone efficitur familiari, qui eſt in conuiuijs dulciſſimus: vt ſapientiùs noſtri, quàm Græci: I illi συμπόσια aut σύνδειπνα, *id eſt, compotationes, aut concenationes: nos conuiuia: quòd tũ maximè ſimul viuitur. Vides, vt te philoſophando reuocare coner ad cenas? Cura, vt valeas. id foris cenitando facillimè conſequére. Sed caue, ſi me

d q.v.c. non eget commendatione.

e al. ſummæ rei d.

f L. fieri poſ.

g al. comitatem. non pl.

* totũ hoc, id eſt, compotationes, aut concenationes: nos conuiuia. multis gloſſema videtur.

 amas,

amas,exiſtimes, me, quòd iocoſiùs ſcribam, abie-ciſſe curam reip.Sic tibi,mi Pæte,perſuade,mẽſes, & noɑeis nihil aliud agere , nihil curare,niſi vt mei ciues ſalui,liberiq; ſint. Nullum locum prætermitto monendi,agendi,prouidendi.Hoc deniq; animo ſum,vt,ſi in hac cura,atque adminiſtratione vita mihi ponenda ſit,præclarè aɑum mecum putem.Etiam,atque etiam Vale.

ARGVMENTVM.

Præcepta militaria ſibi à Pæto miſſa tradit, & in ea iocatur. Commendat M. Fabium eum quem Cœlio lib.2 ep.14 commendauit. L.Paulo,& C.Marcello Coss.

M.T.C.I MP. PAPIRIO PAETO, S.D. 25

SVMMVM me ducem literæ tuæ reddidere. planè neſciebam , te tam peritum eſſe rei militaris.*Pyrrhi te libros,&Cineæ video leɑitaſſe.Itaque obtemperare cogito præceptis tuis:hoc amplius, nauicularum habere aliquid in ora maritima.contra equitemParthũ negant vllam armaturam meliorem inueniri poſſe. Sed quid ludimus? neſcis,quocum imperatore tibi negotium ſit. Κύρου παιδείαν, quam contriueram legendo , totam in hoc*imperio explicaui.Sed iocabimur aliàs coràm,& vt ſpero, breui. Nunc ades ad imperandũ, vel ad parendum potiùs:ſic enim antiqui loquebantur. Cum M. Fabio (quod ſcire te arbitror) ſummus mihi eſt vſus:valdeq; eum diligo,cũ propter ſummam probitatem eius,ac ſingularem modeſtiam,tum quòd in his controuerſijs, quas habeo cum tuis cõbibonibus Epicureis,optima opera eius vti ſoleo.Is cùm ad me Laodicéam veniſſet, mecumq; *h* eum ego eſſe vellem, repentè perculſus eſt atrociſſimis literis , in quibus ſcriptum erat, fundum Herculanenſem à Q. Fabio, fratre, proſcriptum eſſe : qui fundus cum eo communis eſſet.IdM.Fabius pergrauiter tulit:exiſtimauitq;, fratrem ſuũ,hominem nõ ſapientem,impulſu inimicorum ſuorum eò progreſſum eſſe.Nunc, ſi,me

amas

* vide Plutarchum & Aelianum.

* in Cilicia adminiſtranda.

h v. c. ego eum eſſe.

amas, mi Pæte, negotium totum ſuſcipe: *i* & moleſtia Fabiũ libera. Auctoritate tua nobis opus eſt, & conſilio, & etiam gratia. Noli pati litigare fratres, & iudicijs turpibus conflictari. Matonem, & Pollionem inimicos habet Fabius. Quid multa? nõ mehercule tam perſcribere poſſum, quàm mihi gratum feceris, ſi otioſum Fabium reddideris. Id ille in te poſitum eſſe putat, mihiq; perſuadet. Vale.

ARGVMENTVM.

Deſcriptio & accuſatio cenæ hilarioris, accumbente præſertim Cytheride meretrice. Iiſdem Coſs.

M. C. PAPIRIO PAETO, S. D. 26

ACCVBVERAM hora * nona, cùm ad te harum exemplum in codicillis exaraui. Dices, vbi? * apud Volumnium Eutrapelum, & quidem ſupra me Atticus, infra Verrius, familiares tui. *l* Miraris tam exhilaratam eſſe *k* ſeueritatem noſtram? Quid ergo faciam? te conſulo, qui philoſophum audis. Angar? excruciémne me? quid aſſequar? Deinde quem ad finem? Viuas, inquis, in literis. An quidquam me aliud agere cenſes? *l* *Haud poſſem viuere, niſi in literis viuerem.* Sed eſt earum etiam non ſatietas, ſed quidam modus. A quibus cùm diſceſſi, etſi minimum mihi eſt in cena: quod tu vnum ζήτημα Dioni philoſopho poſuiſti: tamẽ quid potiùs faciam, priùs quàm me dormitum conferam, non reperio. audi reliqua. Infra Eutrapelum Cytheris accubit. In eo igitur, inquis, conuiuio Cicero ille? * *quẽ expectabant, cuius ob os Graij ora obuertebant ſua?* Non, mehercule, ſuſpicatus ſum illã affore: ſed tamen ne Ariſtippus quidẽ ille Socratic⁹ erubuit, *m* cùm eſſet obiectũ, habere eum Laida. *n* *Habeo*, inquit, *Laida: non habeor à Laide.* Græcè hoc meli⁹. tu, ſi voles, interpretabere. Me verò nihil iſtorũ ne iuuenẽ quidẽ mouit vnquam: nedũ ſenem. conuiuio delector. ibi loquor aliquid, quod in ſolũ, vt dicitur: * & gemitum, & in riſus maximos transfero An tu id meliùs, qui etiam philoſophũ irriſeris? Cùm ille, ſi quis quid quæreret, dixiſſet

i L. moleſtia.
* hac veteres cenabant, vnde Martial. Incipit inſtructos frangere nonathoros.
* Vide Lipſ. 3. Antiq.
k L. ſeruitutem. n. q. v. c. ſenectutem noſtr. mendoſè.
l al. aut poſſe me viuere, niſi, &c.
* verſus eſt Ennij ex Tragœdia Telamone, quos citat etiam 3. Tuſc.
m L. cùm eſſet ei obiectum.
n ἔχω Λαΐδα οὐκ ἔχομαι Λαΐδος. vid. Gell. lib. 8. c. 15. Laert. l. 3. c. 11. Laert. in Ariſtippo, Athenæum l. 12. & 13. Clement. Strom. 2.
* L. & gemitũ in riſus maximos &c.

rep. in qua hominis *d* impotētiſſimi, atque intēpe- d L. impurantiſſimi armis oppreſſa ſunt omnia? & in qua nec ſenatus, nec populus vim habet vllam? nec leges vllæ ſunt, nec iudicia, nec omninò ſimulacrū aliquod, aut veſtigium ciuitatis? *e* Sed quādo acta omnia mitti ad tē arbitrabar: nihil erat, quod ſingulis de rebus ſcriberem. Illud autem erat amoris mei, quem à tua pueritia ſuſceptum non ſeruaui ſolùm, ſed etiam auxi: monere te, atq; hortari, vt in remp. omni cogitatione, curaque incumberes. Quæ ſi ad tuum tempus perducitur, facilis gubernatio eſt. vt perducatur autem, magnæ tum diligentiæ eſt, tum etiam fortunæ. Sed & te aliquanto antè (vt ſpero) habebimus, &, præterquàm quòd reip. conſulere debemus, tamen tuæ dignitati ita fauemus, vt omne noſtrum conſilium, ſtudium, officium, operam, laborem, diligentiam, ad amplitudinem tuam conferamus. Ita facillimè & reip. quę mihi cariſſima eſt, & amicitiæ noſtræ, quam ſanctiſſimè nobis colendam puto, me intelligo ſatisfacturum. Furniū noſtrum tantum à te fieri, quantùm ipſius humanitas, & dignitas poſtulat, nec miror, & gaudeo: téque hoc exiſtimare volo, quidquid in eum iudicij, officijq; contuleris, id ita me accipere, vt in meipſum te putem contuliſſe. Vale.

d L. impudiciſſimi.

e q. v. c. ſed quoniam.

ARGVMENTVM:

Excuſat ſe quòd in ſenatum non venerit, augendi illius honoris gratia. Officium autem ſuum in omnibus alijs pollicetur Iiſdem Coſs.

M. C. CN. PLANCO IMP. CONS. DES. S. D. 2

MEVM ſtudium honori tuo pro neceſſitudine noſtra non defuiſſet, ſi aut tutò in ſenatum aut honeſtè venire potuiſſem. *Sed nec ſine periculo quiſquam liberè de repub. ſentiens verſari poteſt in ſumma impunitate * gladiorum: nec noſtræ dignitatis videtur eſſe, ibi ſententiam de rep. dicere, vbi me & melius, & propius audiant armati, quàm ſenatores.*

* militum Antonij.

res. Quapropter in priuatis rebus nullum neque officium, neque ſtudium meum deſiderabis: ne in publicis quidẽ, ſi quid erit, in quo me intereſſe neceſſe ſit, vnquã deero, ne cũ periculo quidẽ meo, dignitati tuæ. In iis autem rebus, quæ nihilo minùs, vt ego abſim, confici poſſunt, peto à te, vt me rationem habere velis & ſalutis, & dignitatis meæ. Vale.

ARGVMENTVM.

Veritus Cicero ne Plancus relicta reip. cauſa, cum Antonio ſe coniungeret, crebrò illum ad Rempub. tuendam adhortatur, eúmque ornat laudibus, veterémque neceſſitudinem commemorat. Hirtio & Panſa Coss.

M. T. C. CN. PLANCO IMP. CONS. DES. S. D. 3

CVM ipſum Furnium per ſe vidi libentiſſimè, tum hoc libentiùs, quòd illum audiens, te videbar audire. Nam & in re militari virtutem, & in adminiſtranda prouincia iuſtitiam, & in omni genere prudentiã mihi tuã expoſuit: & prçterea mihi nõ ignotã in cõſuetudine, & familiaritate ſuauitatẽ tuã adiunxit: prçterea ſummam erga ſe liberalitatẽ. Quæ omnia mihi iucunda, hoc extremũ etiã gratum fuit. Ego, Plance, neceſſitudinem conſtitutam habui cum domo veſtra, antè aliquantò, quã tu natus es: amorem autem erga te ab ineunte pueritia tua: confirmata iam ætate, familiaritatem cùm ſtudio meo, tum iudicio tuo conſtitutam. His de cauſis mirabiliter faueo dignitati tuæ: quàm mihi tecum ſtatuo eſſe communem. Omnia ſumma conſecutus es, * VIRTVTE DVCE, COMITE FORTVNA: eáque es adeptus adoleſcens, multis inuidentibus, quos ingenio, induſtriáque fregiſti. Nunc me, amantiſſimum tui, nemini concedentẽ, qui tibi vetuſtate neceſſitudinis potior poſſit eſſe, ſi audies, omnem tibi reliquæ vitæ dignitatem ex optimo reip. ſtatu acquires. Scis profectò (nihil enim

* ep 5. & 20.

enim te fugere potuit) fuiſſe quoddam tempus, cùm homines exiſtimarent, te nimis ſeruire temporibus: quod ego quoque exiſtimarem, ſi te ea, quæ patiebare, probaſſe etiam arbitrarer. Sed cũ intelligerem, quid ſentires, *f* prudenter te arbitrabar videre quid poſſes. Nunc alia ratio eſt, omniũ rerum tuum iudicium eſt, idq́; liberum. Conſul es deſignatus, optima ætate, ſumma eloquentia, maxima orbitate reip. virorum talium. Incumbe, per deos immortaleis, in eam curam, & cogitationem, quæ tibi ſummam dignitatem, & gloriam afferat. Vnus autem eſt, hoc præſertim tempore, per tot annos reip. *h* deuexata. reip. bene gerendæ curſus ad gloriam. Hæc amore magis impulſus ſcribendã ad te putaui, quàm quòd arbitrarer te monitis, & præceptis meis egere. Sciebam enim, ex iiſdem te hæc haurire fontibus, ex quibus ipſe hauſerã. Quare modum faciam. Hoc tantum ſignificandũ putaui: vt potiùs amorem tibi oſtẽderem meũ, quàm oſtentarem prudentiam. Interã, quæ ad dignitatẽ tuam pertinere arbitrabor, ſtudioſè, diligentérque curabo. Vale.

f L. non habet pruden ter.

h L. diuexata.

ARGVMENTVM.

Reſpondet epiſtolæ ſuperiori, gratiáſque agit Ciceroni, quòd eum ad veriſsimæ gloriæ ſtudium ſit adhortatus, ſeq́; in reipub. poteſtate totum fore pollicetur.
Eodem anno.

PLANCVS CICERONI, S. D. 4

GRATISSIMAE mihi tuæ literæ fuerunt, quas ex Furnij ſermone te ſcripſiſſe animaduerti. Ego autem præteriti temporis excuſationem affero, quòd te profectum audieram: nec multò antè rediiſſe ſciui, quã ex epiſtola tua cognoui. Nullum enim in te officium, ne minimùm quidẽ, ſine maxima culpa videor poſſe prætermittere. in quo tuendo habeo cauſas plurimas vel paternæ neceſſitudinis, *h* vel meæ à pueritia obſeruantiæ, vel tui erga me mutui amoris. Quare, mi Cicero, quod mea, tuáque patitur ætas, perſuade tibi, te vnum eſſe in

h L. vel meæ in te à puerit.

in quo ego colendo patriam mihi conſtituerim ſanctitatem. Omnia igitur tua conſilia mihi non magis prudentiæ plena,quæ ſumma eſt,videntur, quàm fidelitatis,quã ego ex mea conſcientia metior.Quare i ſi aut aliter ſentirem,certè admonitio tua me reprimere:aut, ſi dubitarem, hortatio impellere poſſet,vt id ſequerer,quod tu optimum putares.Nunc verò quid eſt,quod me in aliã partem trahere poſſit? Quæcunque in me bona ſunt, aut fortunæ beneficio tributa,aut meo labore parta,etſi à te propter amorem cariùs ſunt æſtimata: tamen vel inimiciſſimi iudicio tanta ſunt,vt,præter bonam famam,nihil deſiderare videãtur. Quare hoc vnum tibi perſuade:quantum viribus eniti,conſilio prouidere,auctoritatek mouere potuero, hoc omne reip.ſemper futurum.Non eſt ignotus mihi ſenſus tuus: neque,ſi facultas, optabilis mihi quidem,tui præſentis eſſet, vnquam à tuis conſiliis diſcreparem: nec nunc committam, vt vllum meum factum reprehendere iure poſſis. Sũ in exſpectatione omnium rerũ,quid in Gallia* citeriore,quid in vrbe* Ianuãrio menſe geratur, vt ſciam.Interim maximam hîc ſolicitudinem,curãque ſuſtineo,ne inter aliena vitia hæ gentes noſtra mala ſuam putent occaſionem. Quod ſi perſiade,vt ipſe mereor,mihi ſucceſſerit: certè & tibi, cui maximè cupio,& omnibus viris bonis ſatisfaciam.Fac valeas,méque mutuò diligas.Vale.

i fort. aut ſi aliter ſ.

k L. monere p.

* cui præerat D. Brutus & ipſe Conſul deſignatus Mutinæ in clauſus,obſidente Antonio.

* hoc menſe videtur ſcripta epiſtola.

l L. proinde.

ARGVMENTVM.

Hortatur Plancum ad tuendam rempub. gloriæ ſtimulis. Eodem anno.

CICERO PLANCO IMP. CONS. DESIGN. S. D. 5

BINAS à te accepi literas eodem exemplo: quòd ipſum argumento mihi fuit diligentiæ tuæ. Intellexi enim te laborare, vt ad me tuæ exſpectatiſſimæ literæ perferrentur. Ex quibus cepi fructum duplicem, mihíque in compara-

paratione difficilem ad iudicandum amorémne erga me tuum, an animum in remp. pluris æſtimandum putarem ESt OMNINO *patriæ caritas, meo quidem iudicio, maxima: ſed amor*, m *voluptatiſque coniunctio plus certè habet ſuauitatis*. Itáque commemoratio tuæ paternæ neceſſitudinis, *n* beneuolentiæque eius, quam erga me à pueritia cōtuliſſes, ceterarúmque rerum, quæ ad eam ſententiā pertinebant, incredibilē mihi lætitiā *o* attulerat. Rurſus declaratio animi tui, quem haberes de rep. quémque habiturus eſſes, mihi erat iucundiſſima, eóque maior erat hęc lætitia, quòd ad illa ſuperiora accedebat. Itáque te non hortor ſolùm, mi Plance, ſed planè etiam oro, quod feci iis literis, quibus tu humaniſſimè reſpondiſti, vt tota mente, omníque animi impetu in remp. incumbas. Nihil eſt, quod tibi maiori fructui, gloriæque eſſe poſſit: NEC QVICQVAM EX OMNIBVS REBVS HVMANIS EST PRAECLARIVS, AVT PRAESTANTIVS, QVAM DE REP. BENE MERERI. Adhuc enim patitur tua ſumma humanitas, & ſapientia, me, quod ſentiam, liberè dicere. Fortuna ſuffragante videris res maximas conſecutus, quod quamquam ſine virtute non potuiſſes: tamen ex maxima parte, ea, quæ es adeptus, fortunæ, temporibúſque tribuuntur. His temporibus difficillimis reip. quidquid ſubueneris, id erit totum, & *p* proprium tuum. Incredibile eſt omnium ciuium latronibus exceptis, odium in Antoniū. Magna ſpes in te, & in tuo exercitu magna exſpectatio. Cuius per Deos, gratiæ, gloriæque caue tempus amittas. Sic moneo, vt filium: ſic faueo, vt mihi: ſic hortor, vt & pro patria, & amiciſſimū. Vale.

m L. voluntatíſque.
n v.c. beniuolentiæq;
o L. attulit.
p propriè tuum q.v.c. proprium & tuum.

ARGVMENTVM.

Improbat conſilium Planci: pacémque armis non paſſione quærendam ait. Plancum verò ipſum vt ſe à ſocietate malorum ciuium aliquando ſeiungēs, totū transferat ad remp. propoſito Conſulis officio, ad-

 hor-

ſumma deformitas. Hæc, rmpulſus *x* beneuolentia; ſcripſi paulò ſeuerius: quæ tu *y* in experiendo ea ratione, quæ te digna eſt, vera eſſe cognoſces. *z* Datum XIII. Kal. Aprilis. Vale.

y al. in expēdendo.
z v. c. D. XIIII Kal.

ARGVMENTVM.

Breuitatem epiſtolæ excuſat, & cur ſuum in rempubl. ſtudium ſerius patefecerit. Commendat dignitatem ſuam. Eiſdem Conſulibus.

PLANCVS CICERONI, S. D. 7

PLVRA tibi de meis conſiliis ſcriberem, rationémque omnium ∵ rerum redderem verboſiùs, quò magis iudicares, omnia me reipublicæ præſtitiſſe, quæ & tua exhortatione excepi, & mea affirmatione tibi recepi (non minùs enim à te probari, quàm diligi ſemper volui: nec te magis in culpa defenſorem mihi paraui, quàm prædicatorem meritorum meorum eſſe volui) ſed breuiorem me duæ res faciunt: vna, quòd publicis literis omnia ſum perſecutus: altera, quòd M. Variſidium, equitem Rom. familiarem meum, *a* ad te ipſum tranſire iuſſi, ex quo omnia cognoſcere poſſes. Non medius fidius, mediocri dolore afficiebar, cùm alij occupare poſſeſsionem laudis viderentur: *b* ſed vſque mihi temperaui, dum *c* producerem eò rem, vt dignum aliquid & conſulatu meo, & veſtra exſpectatione efficerem. Quod ſpero, ſi me fortuna non fefellerit, me conſecutū: vt maximo præſidio reip. nos fuiſſe, & nunc ſentiāt homines, & in poſterū memoria teneāt. A te peto, vt dignitati meæ ſuffrageris: & quarū rerum ſpe ad laudē me vocaſti, harū fructu in reliquū facias alacriorē. Nō minùs poſſe te, quā velle, exploratum mihi eſt. Fac valeas, méque mutuò diligas.

∵ Lamb. nō habet vocē rerum.
a q. v. c. ipſū ad te tranſ.
b fort. ſed vſque eòmihi.
c L. perducerem.

ARGVMENTVM.

Defenſorem ſe libertatis reip. fore pollicetur, tametſi & id ſerò fecerit, & cauſas habuerit. De exercitu ſuo, & reip. ſtatu ſignificat. Eodem anno.

CN. PLANC. IMP. CONS. DES. S. P. D. COSS. PR. TRIB. SEN. POP. PL. Q. R. 8

SI cvi fortè videor diutius & hominum exſpectationem, & ſpem reipub. de mea voluntate tenuiſſe ſuſpenſam: huic priùs excuſandum me eſſe arbitror, quàm de inſequenti officio quidquã vlli pollicendum. Non enim præteritam culpam videri volo redemiſſe: ſed optimæ mentis *d* cogitata iampridem, maturo tempore enuntiare. Non me præteribat, *in tanta ſollicitudine hominum, & tam perturbato ſtatu ciuitatis, fructuoſiſſimam eſſe profeſſionem bonæ voluntatis: magnóſque honores ex ea re complureis conſecutos videbam.* Sed cùm in eum caſum me fortuna demiſiſſet, vt aut celeriter pollicendo † 1 *e* magna in ſpe ad proficiendum impedimenta opponerem: aut, ſi in eo mihi temperauiſſem, maiores occaſiones ad opitulandum haberem: expeditius iter communis ſalutis, quàm meæ laudis eſſe volui. Nam quis in ea fortuna, quæ mea eſt, & ab ea vita, quam in me cognitam hominibus arbitror, & cum ea ſpe quam in manibus habeo aut ſordidum quidquã pati, aut perniciosum concupiſcere poteſt? 2 *f* Sed aliquantũ nobis temporis, & magni laboris, & multæ impenſæ opes fuit, vt, quæ reip. boniſque omnibus polliceremur, exitu præſtaremus: neque ad auxilium patriæ nudi cum bona voluntate, ſed cum facultatibus accederemus. Confirmandus erat exercitus nobis, magnis ſæpe præmiis ſollicitatus, vt ab rep. potiùs moderata, quàm ab vno infinita ſperaret. Confirmandæ complures ciuitates, quæ ſuperiore anno largitionibúſque præmiorum erãt obligatæ: vt & illa vana putarent, & eadem à melioribus auctoribus petenda exiſtimarent. Alliciẽdæ etiam voluntates reliquorũ, qui finitimis prouinciis, exercitibúſque præfuerunt: vt potiùs cum pluribus ſocietatem defendendæ libertatis iniremus, 3 quàm cum paucioribus funeſtam orbi terrarum victoriam *g* pararemus. Muniendi verò noſmetipſi fuimus, aucto exercitu, auxiliiſq; multiplicatis, vt cum præferremus ſenſus apertè, tum

etiam

d q.v.c. excogitata.

e L. magna mihi ipſe ad proficiendũ imp. al. magna in ſpe ad perficiẽdum imp.

f forè. Sed aliquãti nob.

g L. partiremur. al. pareremus. al. pataremus. al. pateremur.

etiam,inuitis quibuſdam,ſciri, quid defenſuri eſſemus, non eſſet periculoſum. Itáque numquam diffitebor,multa me,vt ad effectum horum conſiliorum peruenirem, & ſimulaſſe inuitum,& diſſimulaſſe cum dolore:quod præmatura denuntiatio boni ciuis imparati, quàm periculoſa eſſet, ex caſu collegæ videbam. Quo nomine etiam C. Furnio legato viro forti atque ſtrenuo,plura etiã verbo, quàm ſcriptura mandata dedimus, vt & rectiùs ad vos perferrentur,& nos eſſemus tutiores: quibúſque rebus & communem ſalutem muniri,& nos armari cõueniret,præcepimus. Ex quo intelligi poteſt,curam *b* reip.ſum mè defendendæ iampridem apud nos excubare. Nunc cùm deûm benignitate ab omni re ſimus paratiores, non ſolũ bene ſperare de nobis homines, ſed exploratè iudicare volumus.Legiones habeo v.ſub * ſignis, & ſua fide virtutéque reip. coniunctiſſimas,& noſtra liberalitate nobis obſeqnenteis. Prouinciam, omnium ciuitatum cõſenſu,paratiſſimam & ſumma contentione ad officia certantem: equitatus, auxiliorúmque tantas copias, quantas hæ gentes ad defendendam ſuam ſalutem,libertatémq; cõficere poſſunt. Ipſe ita ſum animo paratus, vel prouinciam tueri,vel ire quò reſp. vocet, vel tradere exercitũ auxilia,prouinciámque, vt vel omnem impetum belli in me conuertere non recuſem,ſi modò meo caſu aut confirmare patriæ ſalutem,aut periculum morari poſſim. *i* Hæc ſi iam expeditis omnibus rebus, tranquilloque ſtatu ciuitatis polliceor: in damno meæ laudis, reip.cõmodo lætabor. ſin ad ſocietatem integerrimorũ, & maximorum periculorũ accedam: conſilia mea æquis iudicibus ab obtrectatione inuidorum defendenda commendo. Mihi quidem ipſi fructus meritorum meorum in reip. incolumitate ſatis magnus eſt paratus. Eos verò, qui meam auctoritatem,& multò magis veſtram fidem ſecuti,nec vlla ſpe decipi,nec vllo metu terreri potuerunt,

b L. reip. ſummę def. al. rei ſummæ def.

* non ſine ordine diſperſas, quæ ducum iuſſa non ſeruent Lucretius, Multa virũ ſub ſignis millia ducta.Plaut.in Pleu. omnes ordines ſub ſignis ducam.

i q.v.c. Hoc ſi iam,&c.

CICERO PLANC. IMP. CONS. DES. S. D. IO

ETsi ſatis ex Furnio noſtro cognoueram, quæ tua voluntas, quod conſilium de repub. eſſet, tamen, q lectis tuis literis, liquidiùs de toto ſenſu tuo iudicaui. Quamobrem quamquam in vno prœlio omnis fortuna reip. diſceptat: quod quidem, cùm hæc legeres, iam decretum arbitrabar fore: tamen ipſa fama, quæ de tua voluntate percrebruit, magnam es laudem conſecutus. Itáq; ſi conſulem Romæ habuiſſemus, declaratum r eſſet à ſenatu cum tuis magnis honoribus, quã gratus eſſet conatus, & apparatus tuus. Cuius rei non modò non præteriit tempus, ſed ne maturum quidem etiamnum, meo quidẽ iudicio, fuit. IS ENIM DENIQVE HONOS MIHI VIDERI SOLET, *qui non propter ſpem futuri beneficij, ſed propter magna merita claris viris defertur, & datur.* Quare, ſit modo aliqua reſpub. in qua honos elucere poſsit. omnibus, mihi crede, ampliſsimis honoribus abũdabis. IS AVTEM, QVI VERE APPELLARI POTEST HONOS, † *non inuitamentum ad tempus, ſed perpetuæ virtutis eſt præmium.* Quamobrem, mi Plance, incumbe toto pectore ad laudem: ſubueni patriæ: opitulare collegæ: omnium gentium conſenſum, & incredibilem conſpirationem adiuua. Me tuorum conſiliorum adiutorẽ, dignitatis fautorem, omnibus in rebus tibi amiciſsimum fideliſsimúmque cognoſces. Ad eas enim cauſas, quibus inter nos amore ſumus, officiis, vetuſtate cõiuncti, patriæ caritas acceſsit: eáque effecit, vt tuã vitam anteferrem meæ. s Quarto Kalendas Aprilis. Vale.

q q.v.c. tuis literis lectis

r q.v.c. ab ſenatu eſſet cum t.

s L.IIII. kalendas Aprileis.

ARGVMENTVM.

Ciceronis officia ſibi grata eſſe commemorat. Studium in remp. pollicetur. Eodem anno.

PLANCVS CICERONI, S. P. D. II

Et q.L. non habēt tuis.
v q.v.c.diſertiſsimè, grauiſsiméque ſcr.
x fort.vt tū me ref.

IMMORTALEIS ago tibi gratias,agámq;dum viuã. nam relaturum me affirmare non poſſum. Tantis enim *t* tuis officiis non videor mihi reſpondere poſſe:niſi fortè(vt tu *u* grauiſſimè,diſertiſſiméq; ſcripſiſti)ita ſenſurus es,*x* vt me referre gratiam putes,cùm memoria tenebo. Si de filij tui dignitate eſſet actum, amabiliùs certè nihil facere potuiſſes. Primæ tuæ ſententiæ infinitis cum muneribus poſteriores ad tẽpus arbitriúmq; amicorum meorum compoſitæ: oratio aſſidua,& perpetua de me iurgia cum obtrectatoribus propter me,notiſsima mihi ſunt. Quare non mediocris adhibenda mihi eſt cura, vt reipu. me ciuem dignum tuis laudibus præſtẽ in amicitia tua memorem,atque gratum. Quod reliquum eſt,tuum munus tuere:& me,ſi quem eſſe voluiſti,cum exitu, rebúſque cognoſcis,defende,ac ſuſcipe. Cùm Rhodanum *y* copias traieciſſem,fratrémque cum tribus millibus equitum præmiſiſſem,ipſe iter ad Mutinam dirigerem: in itinere de prœlio facto, Brutóque,& Mutina obſidione liberatis, audiui. Animaduerti,nullum alium receptum Antonium, reliquiáſque, quæ eò eſſent,habere, niſi in his partibus:duáſque ei ſpes eſſe propoſitas: *z* vnam Lepidi ipſius, alteram exercitus. Quod quædam pars exercitus non minus furioſa eſt, quàm qui cum Antonio fuerunt,equitatum reuocaui. Ipſe in Allobrogibus conſtiti, vt *a* perinde ad omnia paratus eſſem,ac res me moneret. Si nudus *b* huc ſe Antonius conferet: facilè mihi videor per me ſuſtinere poſſe,rémque publicam ex veſtra ſentẽtia adminiſtrare, quamuis ab exercitu Lepidi recipiatur. ſi verò copiarum aliquid ſecum adducet: &, ſi decima legio veterana,quæ noſtra opera reuocata cum reliquis eſt, ad eundem furorem redierit:tamen nequid detrimenti fiat,dabitur opera à me: idque me *c* præſtiturum ſpero,dum iſtinc copiæ traiiciantur, coniunctǽque nobiſcum faciliùs perditos opprimant. Hoc tibi ſpondeo, mi Cice

y q. cod.nō habent vocē,copias.
z al. vnam Lepidi, ipſius alterā exerc.
a v.c. proinde.& ita Lamb.
b L huc Antonius ſe cōferet. & ita v.c.
c q.v.c. præſtaturū ſp.

Cicero, neque animum, neq; diligentiam mihi defuturam. Cupio mehercule nullam reſiduam ſollicitudinẽ eſſe. Sed ſi fuerit, nec animo, nec *d* beneuolentiæ, nec patientię cuiuſquam *e* pro vobis cedam. Do quidem ego operam, vt etiam Lepidũ ad huius rei ſocietatem incitem: omniáq; ei obſequia polliceor, ſi modo rempub. reſpicere volet. Vtor in hac re adiutoribus, interpretibúſque, fratre meo, & Laterẽſe, & Furnio noſtro. Non me impedient priuatæ offenſiones, quò minùs proreip. ſalute etiam cum inimiciſsimo conſentiam. Quod ſi nihil profecero, nihilominùs maximo ſũ animo, & maiore fortaſſe cum mea gloria vobis ſatisfaciã. Fac valeas, méque mutuò diligas. Vale.

d q.v.c. beniuolentias. e q.v.c. non habent, pro vobis.

ARGVMENTVM.

Literas Planci ſenatui fuiſſe gratiſsimas, quidq́; ex eius literis actum ſit exponit. Poſtrema eſt ad recuperandam libertatem accurata cohortatio. Eodem anno.

CICERO PLANCO IMP. CONS. DES. S. D. 12

ETsi reip. cauſa maximè gaudere debeo, tantùm ei te præſidij, tantùm opis attuliſſe extremis penè temporibus: tamen ita te victorem complectar, repub. recuperata, vt magnam partẽ mihi lætitię tua dignitas *f* afferat, quam & eſſe iã, & futuram ampliſsimã intelligo. Caue enim putes vllas literas vmquam *g* gratiores, *h* quàm tuas in ſenatu eſſe recitatas. Idq; contigit tum meritorum tuorum in rempu. eximia quadam magnitudine, tum verborum, ſentẽtiarúmq; grauitate. Quod mihi quidẽ minimè nouum, qui & te noſſem, & tuarum literarum ad me miſſarum promiſſa meminiſſem, & haberem à Furnio noſtro tua penitus conſilia cognita. ſed ſenatui maiora viſa ſunt, quàm erant expectata: non *i* quòd vmquam de tua volũtate dubitaſſet: ſed nec quãtum

f L. affert. g al. grauiores. h q.v.c. non habent, quã tuas. i al. quod.

tuum commenda immortalitati: atque hæc omnia, QVAE HABENT *ſpeciem gloriæ*, q *collecta ex inaniſsimis ſplendoris inſignibus*, *contemne*, *breuia*, ∵ *fugacia*, r *& caduca exiſtima*. VERVM DECVS *in virtute poſitum eſt*, *quæ maximè illuſtratur magnis in remp. meritis*. Eam facultatem habes maximã, quam * quando complexus es, & tenes, perfice, vt ne minùs reſp. tibi, quàm tu reip. debeas. Me tuæ dignitatis non modò fautorem, ſed etiam amplificatorem cognoſces. Id s tum reip. quæ mihi eſt mea vita carior, tũ noſtræ neceſſitudini debere me iudico. Atque in his curis, quas contuli ad dignitatem tuam, cepi magnam voluptatem, quòd bene cognitam mihi T. Munatij prudentiam, & fidem, magis etiam perſpexi in eius incredibili erga te t beneuolentia, & diligentia. u III. idus Apprileis. Vale.

q L. collectam ex.
° Victo. & Manu fucata, in vno lege, fugata:
r copulatio, Gab. eſt ab omnib. v.c.
* al. quoniã
al. quem.
s v. c. cum.
t v.c. beniuolentia.
v l. Quarto idus April.

ARGVMENTVM.

De ſenatuſconſulto in ſententiam Planci facto, hortatúrque vt Antoniani belli reliquias conficiat.

CICERO PLANCO IMP. CONS. DES. S. D.

VT primùm poteſtas data eſt augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermiſi in te ornãdo, quod poſitum eſſet aut in præmio virtutis, aut in honore verborum. Id ex ipſo ſenatuſconſulto poteris cognoſcere. ita enim eſt perſcriptum, vt à me de ſcripto dicta ſententia eſt: quam ſenatus frequens ſequutus eſt ſummo ſtudio, magnóque conſenſu. Ego quamquam ex tuis literis, quas mihi miſiſti, perſpexeram, te magis iudicio bonorum, quàm inſignibus * gloriæ delectari: tamen conſiderandũ nobis exiſtimaui, etiamſi tu nihil poſtulares, quãtum tibi à rep. deberetur. Tu contexes extrema cũ primis. Qui.n. M. Antoniũ oppreſſerit, is bellũ confecerit. Itaq; Homerus non Aiacem, nec Achillem, ſed Vlyſſem r appellauit πτολίπορθον.

* honorib. à ſenatu decretis.

ARGVMENTVM.

Laudat

Laudat Plancum quòd celeri auxilio Brutum collegã adiuuerit, hortatur vt belli reliquias exſtinguat. Eodem anno.

CICERO PLANCO IMP. COS. DES. S. D. 14

O GRATAM famã biduo ante victoriam, de ſubſidio tuo, de ſtudio, de celeritate, de copiis. *u* Atqui etiam hoſtibus fuſis ſpes omnis in te eſt. Fugiſſe enim ex prælio Mutinẽſi dicuntur notiſſimi latronum duces. EST AVTEM *non minùs gratum extrema delere, quàm prima depellere.* Equidem exſpectabam, iam tuas literas, idq; cum multis: ſperabámque etiam Lepidum, temporibus admonitum. *x* tecum & reip. ſatis eſſe facturum. In illam igitur curã incumbe, mi Plance, vt nequa ſcintilla teterrimi belli relinquatur. Quod ſi erit factũ & remp. diuino beneficio affeceris, & ipſe æternam gloriam conſequére. Tertio idus Maij. Vale.

u V. C. Atquin.

x L. tecum reip.

ARGVMENTVM.

Quid egerit, quídque paret vt opprimatur Antonius, exponit. odem anno.

PLANCVS IMP. CICERONI, S. P. D. 15

HIs literis ſcriptis, quæ poſtea accidiſſent, ſcire te, ad remp. putaui pertinere. Sedulitas mea (vt ſpero) & mihi, & reip. tulit fructum. Namque aſſiduis internuntiis cũ Lepido egi, vt omiſſa omni contentione, reconciliatáque voluntate noſtra cõmuni conſilio reip. ſuccurreret: ſe, liberos, *y* vrbem pluriſquam vnum perditum, abiectúmque latronem putaret: obſequióque meo, ſi ita faceret, ad omneis res abuteretur. Profeci itaque per Laterenſem internuntium. fidem mihi dedit, ſe Antonium, ſi prohibere *z* ſua prouincia non potuiſſet, bello perſecuturum: me, vt venirem, copiáſque coniungerem, rogauit: eóque magis quòd & Antonius ab equitatu firmus eſſe dicebatur, & Lepidus ne mediocrem quidem equitatum habebat. Nam etiam ex paucitate eius, non multis antè diebus, decem, qui optimi fuerant, ad me *a* tranſierunt. Quibus rebus ego

y q. v. c. vrbémque.

z L. prouincia ſua.

a q. v. c. trãſierant.

ego cognitis, *b* cunctatus non ſum in curſu bonorum conſiliorum: Lepidum adiuuandum putaui. Aduentus meus quid profecturus eſſet, vidi: vel quòd equitatu meo perſequi, atque opprimere equitatũ eius poſſem: vel quòd exercitus Lepidi eã partẽ, quæ corrupta eſt, & ab rep. alienata, & corrigere, & coërcere præſentia mei exercitus *c* poſſem. Itaque in Iſara, flumine maximo, quod in finibus eſt Allobrogum, ponte, vno die, facto, exercitum *d* ad quartum idus Maij traduxi. Cùm verò mihi nuntiatum eſſet, L. Antonium, præmiſſum cum equitibus, & cohortibus ad Forum Iulij veniſſe: fratrem cum equitum quatuor millibus, vt occurreret ei, miſi *e* ad pridie idus *f* Maij. Ipſe maximis itineribus cum quatuor legionibus expeditis, & reliquo equitatu ſubſequar. Si nos mediocris modò fortuna reip. adiuuerit: & audaciæ perditorum, & noſtræ ſollicitudinis hîc finem reperiemus. Quòd ſi latro, præcognito noſtro aduentu, rurſus in Italiam ſe recipere cœperit, Bruti erit officiũ, occurrere ei: cui ſcio nec conſilium, nec animum defuturum. Ego tamen, ſi id acciderit, fratrem cum equitatu mittam, qui ſequatur, *g* Italiamque à vaſtatione defendat. Fac valeas, méque mutuò diligas. Vale.

b L. cunctatus nõ ſum in curſu bonor. conſiliorum Lepidum adiuu.

c poſſem, abeſt hoc loco à v. c. nec agnoſcit Lamb.

d L. a. d. IIII. id.

e v. c. a. d. II. idus. Me.

f L. Maias.

g L. Italiã à vaſt. & ita v. c.

ARGVMENTVM.

Gratas fuiſſe Senatui Planci literas, & eam à ſe dictam ſententiam, cui planè omnes aſſenſerint factũ S. C. ſignificat. Monet vt in ſubitis rebus ipſe à ſeſe conſilium capiat, ſententiam ſenatus non exſpectet. Eodem anno.

CICERO PLANCO SVO, S. D. 16

NIHIL poſt hominum memoriam glorioſius, nihil gratius, ne tempore quidẽ ipſo opportunius accidere vidi, quàm tuas, Plance, literas. Redditæ ſunt enim frequenti ſenatui Cornuto, cùm is frigidas ſanè & inconſtanteis recitaſſet literas Lepidi: ſub eas ſtatim recitatæ ſunt tuæ, non ſine magnis

verùm etiā coëgi *o* iſto proficiſci:quòd * illa valetudine magis conficere,ſe quàm me *p* tueri poſſet in caſtris :& quòd acerbiſſimo interitu conſulum rempub. nudatam , tali ciue prætore in vrbanis officiis indigere exiſtimabam. Quod ſi quis veſtrûm *q* non probabit mihi prudentiam in cōſilio defuiſſe ſciat , non mi erga patriam fidelitatē,Lepidus *r* tandem, quod ego deſiderabā, fecit, vt Appellam ad me mitteret,*s* quo obſide,fide illius, & ſocietate in rep. adminiſtrāda vterer. Studiū in ea re ſuum mihi L. Gell.de tribus fratribus *t* Segauiano probauit:quo ego interprete nouiſſimè ad Lepidū ſum vſus.Amicum eū reip.cognoſcere videor:libentérque ei ſim teſtimonio,& omnibus ero,qui bene merētur.Fac valeas,méq; mutuò diligas,dignitatēq; meā, ſi mereor,tuearis,ſicut adhuc ſingulari cū *u* beneuolētia feciſti.Vale.

ARGVMENTVM.

Narrat quibus ex cauſis ad Lepidum proficiſcatur.
Eodem anno.

PLANCVS CICERONI, S. D. 18

QVID in animo habuerim , cùm * Læuus: Neruáq; diſceſſerunt à me,& ex literis,quas eis dedi,& ex ipſis cognoſcere potuiſti, qui omnibus rebus,conſiliiſque meis interfuerunt. Accidit mihi, quod homini pudenti,& cupido ſatisfaciendi reip. boniſq; omnibus accidere ſolet:vt conſilium ſequerer periculoſum magis, dum me probaré,quam tutū,quod habere poſſet obtrectatione.Itaq; poſt diſceſſum legatorū, cùm binis continuis literis & Lepidus me, vt venirē,rogaret, & Laterenſis multo etiam magis propè implorans obteſtaretur:*x* nullā rem aliā extimeſcens, quàm eandem,quæ mihi *y* quoq; facit timorem,varietatem,atq; infidelitatē exercitus eius:non dubitandū putaui,quin ſuccurrerē,méq; communi periculo offerrem. *z* Sciebā enim, *1* & cautius illud erat conſilium expectare me ad Iſaram , dum Brutus traiiceret exercitum , & cum collega conſentiente, ſicut milites faciunt , hoſtibus obuiam

o q.v.c.iſto.
* L. & illa valetud.
p q. l.iuuare.
q q. c. improbabit.
r q. v. c.tamen q.
s L.quo obſide fidei illius, & ſocietate.
t L. ex. Gauianis prob. cuius meminit in Orat. pro Sext.
u v. c.beniuolentia.
*Ciſpius,de quo ep. 21. infrà.
x q. v.c. nō vllam rem.
y Lamb.nūc quoque.
z L.ſciebām enim , & ſi cautius illud erat cōſil. expect. me ad Iſaram,dū Brutus traiiceret exerc. & cū coll.conſentiente, exercitu concordi, & bene de rep. ſentiente , hoſtib. obuiā ire , tamen ſi quid Lep. a hoc totū, ſicut milites faciunt,delet L. vt alienum.

ire. Tamen ſi quid Lepidus bene ſentiens. detrimenti cepiſſet, hoc omne aſſignatum iri aut pertinaciæ meæ, aut timori *b* videbam, ſi aut hominem offenſum mihi, coniunctum cum rep. nõ ſubleuaſſem: aut ipſe à certamine belli tam neceſſarij me remouiſſem. Itaque potiùs periclitari volui, ſi poſſem mea præſentia & Lepidum tueri, & exercitum facere meliorem, quàm nimis cautus videri. Sollicitiorẽ certè *c* hominem non ſuis contractis neminem puto fuiſſe. Nam, quæ res nullam habebat dubitationem, ſi exercitus Lepidi *c* abſit: ea nunc magnam affert ſollicitudinem, magnúq; habet caſum. Mihi enim ſi contigiſſet, vt prior occurrerem Antonio, non mehercule horam cõſtitiſſet: tantùm ego & mihi confido, & ſic perculſas illius copias, Ventidiiíque ∵ Mulionis caſtra deſpicio. Sed non poſſum non exhorreſcere, ſi quid intra cutem ſubeſt vulneris, quod priùs nocere poteſt quàm ſciri, curarique poſſit. Sed certè niſi vno loco *d* metaremur, magnum periculum ipſe Lepidus, magnum ea pars exercitus adiret, quæ bene de rep. ſentit. Magnam etiam perditi hoſtes acceſſionem ſibi feciſſent, ſi quas copias à Lepido abſtraxiſſent. Quæ ſi aduentus meus repreſſerit, agam gratias fortunæ, cõſtantiæq; meæ, quæ me ad hanc experientiam excitauit. Itaque ad XII. Kalendas Iun. ab Iſara caſtra moui, pontem tamen, quem in Iſara feceram, caſtellis duobus ad capita poſitis, reliqui: præſidiáque ibi firma poſui, vt venienti Bruto, exercituíque eius ſine mora tranſitus eſſet paratus. Ipſe, vt ſpero, diebus octo, quibus has literas dabam, cum Lepidi copiis me coniungam. Vale.

b verbum videbam, poteſt abeſſe.

c L. hominẽ rationibus ſuis malè contractis, nem.

c q.v.c. abeſſet. & ita L.

∵ quia victum comparãdis mulis cõparauerat Plin. lib. 7. c. 43.

d L. me tenerem.

e a. d. XII. Kalendas Iun.

ARGVMENTVM.

De gratiarum actione Planci. De literis Planci ad ſenatum. Plancum hortatur vt reliquias belli conficiat. Eodem anno.

CICERO

QVAMQVAM gratiarum actionem à te non deſiderabam, cùm te re ipſa, atq; animo ſcirem eſſe gratiſſimum: tamen (fatendum eſt enim) fuit ea mihi periucunda. ſic enim vidi, quaſi ea, quæ oculis cernuntur, me à te amari. Dices, quid antea? Semper *f* quidem, ſed numquam illuſtriùs. Literæ tuæ mirabiliter gratæ ſunt ſenatui, cũ rebus ipſis, quæ erant grauiſſimæ, *g* & maximè fortiſſimi animi, ſummique conſilij: tum etiam grauitate ſententiarum, atque verborũ. Sed, mi Plance, incumbe, vt belli extrema perficias in hoc erit ſumma & gratia, & gloria. Cupio omnia reip. cauſa: ſed, mehercule, in ea conſeruanda iam defatigatus, non multò plus *h* faueo patriæ, quàm tuæ gloriæ: cuius maximam facultatem tibi dij immortales, vt ſpero, dedére: quam complectére obſecro. Qui enim Antonium oppreſſerit, *i* is hoc teterrimum bellum, periculoſiſſimúmque confecerit. Vale.

f fort. & quidem.
g L. & maximæ, fortiſsimi an.
h q. v. c. patriæ faueo.
i q. v. c. is hoc bellũ teterrimũ, peric.

ARGVMENTVM.

De incerta Lepidi voluntate. Hortatur vt Antonium opprimat. Eodem anno.

CICERO PLANCO, S. P. D. 20

ITA erant omnia, quæ iſtinc afferebantur, incerta, vt, quid ad te ſcriberem, non occurreret. Modò enim quæ vellemus de Lepido, modò contrà nuntiabantur. De te tamen *k* conſtans fama, nec decipi poſſe, nec vinci: quorum alterius fortuna partem habet quandam: alterum, proprium eſt prudentiæ tuæ. Sed accepi literas à collega tuo, * datas idibus Maijs: *l* in quibus erat, te ad ſe ſcripſiſſe, à Lepido non recipi Antonium. Quod erit certius, ſi tu ad nos idem ſcripſeris. ſed minùs audes fortaſſe propter inanem lætitiam literarum ſuperiorum. Verùm, * vt errare, mi Plance, potuiſti (quis .n. id *m* effugeret?) ſic decipi te non potuiſſe, quis non videt? Nunc verò etiam erroris *n* iam cauſa ſublata eſt. Culpa enim illa, BIS AD EVNDEM, vulgari reprehenſa prouerbio eſt.

k q. v. c. fama conſtās.
* Bruto obſidione Mutinæ iam liberato.
l fort. in quibus erat ſcriptum, te ad ſe.
* Victo. vt errarem id Plance, potuiſti. al. valuiſti.
m L. effugerit? & ita v. c.
n particula, iam, abeſt à q. v. c.

Sin, vt ſcripſiſti ad collegam, ita ſe res habet, omni cura liberati ſumus: nec tamen erimus priùs, quàm ita eſſe tu nos feceris certiores. Mea quidē, vt ad te ſæpius ſcripſi, hæc ſententia eſt: Qui reliquias huius belli oppreſſerit, eum totius belli cōfectorem fore: quem te & opto eſſe, & confido futurum. Studia mea erga te, quibus certè nulla eſſe maiora potuerunt, tibi tā grata eſſe, quā ego putaui fore, minimè miror, vehementerque lætor. Quæ quidem tu, ſi rectè illic erit, maiora, & grauiora cognoſces. o Quarto Kalendas Iunias.

o L. IIII. Kalendas Iun.

ARGVMENTVM.

Perfidiam Lepidi coniunctionemq; cum Antonio nunciat. Nouarum copiarum ſubſidium poſtulat. Dignitatem ſuam commendat. Eodem anno.

CICERO PLANCO IMP. S. P. D. 21

PVDERET me inconſtantiæ mearum literarū, ſi non ex aliena nouitate penderent. Omnia feci, quare Lepido coniuncto ad remp. defendendam, minore ſollicitudine veſtra, perditis reſiſterem. Omnia ei & petenti recepi, & vltrò pollicitus ſum, ſcripſique tibi biduo antè, confidere me, bono Lepido eſſe vſurum, communique conſilio bellum adminiſtraturum. Credidi chirographis eius: affirmationi præſentis Laterenſis: qui tum apud me erat, reconciliarémque me Lepido, fidémque haberem, orabat. Non licuit diutius bene de eo ſperare. Illud certè caui, & caueo, ne mea crudelitate *p* reip. ſumma fallatur. Cùm Iſaram flumen, vno die ponte confecto, exercitum traduxiſſem, pro magnitudine rei celeritatem adhibens, quòd petierat per literas ipſe vt maturarem venire: præſtò mihi fuit ſtator eius cum literis, quibus, ne venirem, denuntiabat: *q* ſe poſſe conficere per ſe negotium: interea ad Iſaram expectarem. Indicabo temerarium meum conſilium tibi: nihilominus ire decreueram, exiſtimans eum ſocium gloriæ vitare. Putabam poſſe me *r* nec de laude ieiuni hominis *r* delibare quidquam: & ſubeſſe tamen pro-

p L. reſp. ſūma fal.

q q. v. c. ſe conficere. poſſe per ſe n.

r delibe-rare quidquā. al. deliberare quicqnam. al. delibrare. al. delimare.

pria

pinquis locis,vt,ſi durius aliquid eſſet, ſuccurrere celeriter poſſem.Ego non malus homo homo hoc ſuſpicabar.At Lateréſis,vir ſanctiſſimus,ſuo chirographo mittit s mihi literas,in illq; deſperãs de ſe, de exercitu,de Lepidi fide,querenſque ſe deſtitutum:in quibus apertè denũciat,videam. ne fallar: ſuam fidem ſolutam eſſe,reip,ne deſim Exemplar eius chirographi Titio t dedi. Ipſa chirographa omnia,v & quibus credidi,& ea,quibus fidem non habendam putaui,Læuo* Ciſpio dabo perferẽda: qui omnibus his interfuit rebus. Acceſſit eò, vt milites eius cùm Lepidus concionaretur,improbi per ſe,corrupti etiam per eos, qui præſunt Canidios,Rufrenóſque,& ceteros,quos cùm opus erit, ſcietis conclamarint viri boni,pacem ſe velle,neque eſſe cum vllis pugnaturos, duobus iam conſulibus, x ſingularibus occiſis,tot ciuibus pro patria amiſſis, hoſtibus denique omnibus iudicatis, boniſque publicatis neque hoc aut vindicarat Lepidus,aut ſanarat.Huc me venire,&duobus exercitibus coniunctis y obiicere exercitum fideliſſimum maxima auxilia,principes Galliæ,prouinciã cunctam,ſummæ dementiæ,& temeritatis eſſe vidi:mihiq;,ſi ita oppreſſus eſſem, ré mq; publicam mecum z perdidiſſem,mortuo non modò honorẽ, ſed miſericordiam quoque di futuram. Itaque rediturus ſum:nec tanta munera perditis hominibus dari poſſe ſinam. Exercitum locis vt habeam opportunis,prouinciam tuear,etiam ſi ille exercitus deſciuerit, a omnia vt integra ſeruem,dabo operam, quoad exercitus huc ſummitatis, paríque felicitate rép. hîc vindicetis.nec depugnare,ſi occaſio tulerit:nec obſideri, ſi neceſſe fuerit: nec mori,ſi caſus inciderit, pro vobis, paratior fuerit quiſquam.Quare hortor te mi Cicero,exercitum huc traiiciendum quàm primùm cures, & matures prius,quã hoſt s magis corroborentur, & noſtri perturbentur In quo ſi celeritas erit adhibita, reſpubl. in poſſeſſione victoriæ, deletis ſceleratis,

s L. mihi literas,meiſque deſp.& ita v.c.

t q.v.c.miſi.

v L. & ea quib.

*vide ep. 18 in initio.

x L. ſingularibus viris.

y v.c. obicere:

z al. prodiſſem.

a q.v.c. omniáque integra vt ſeruem.

permanebit. Fac valeas, méq; diligas. Fratrẽ meũ tibi fortiſſimum ciuem, & ad omnia paratiſſimũ,
[b L. excuſẽ literis, qui ex lab. in feb. incidit aſſid. & ſ. moleſtam? & ita v.c.] *b* excuſo literis, qui ex labore in febriculam incidit aſſiduam, & ſatis moleſtam. Cùm primùm poterit iſtuc recurrere, non dubitabit, ne quo loco reip. deſit. Meam dignitatem commendatam habeas, rogo. Concupiſcere me nihil oportet. habeo te & amantiſſimum mei, &, quod optaui, ſummæ auctoritatis. Tu videris, quantum, & quando tuum munus apud me velis eſſe. Tantùm te rogo, in Hirtij locum me ſubdas, & ad tuum amorem, &
[c fort. ad meam in te obſeru.] *c* ad meam obſeruantiam. Vale.

ARGVMENTVM.

Agris diuidendis præfici Plancus cupiebat, ea de re reſpondet Cicero. Eodem anno.

M. T. C. CN. PLAN. CONS. DES. S. D. 22

IN TE, & in collega omnis ſpes eſt, dijs approbantibus. Concordia veſtra, quæ ſenatui declarata literis veſtris eſt, mirificè & ſenatus, & cũcta
[* de agris militibus reipub. diuidendis: quã ſibi curando mandari non modò Plãcus, ſed Brutus etiã cupiebat. vide l. 11. ep. 20. & 21.] ciuitas delectata eſt. Quòd ad me ſcripſeras* de re agraria: ſi conſultus ſenatus eſſet, vt quiſque de te honorificentiſſimam ſententiam dixiſſet, eam ſecutus eſſem: qui certè ego fuiſſem. Sed propter tarditatem ſententiarum, morámque rerum, cum ea, quæ conſulebantur, ad exitum non peruenirent: commodiſſimum mihi, Plancoque fratri viſũ eſt, vti eo, quod ne noſtro arbitratu cõponeretur, quis fuerit impedimento, arbitror te ex Planci literis cognouiſſe. Sed ſiue in ſenatuſconſulto, ſiue in ceteris rebus deſideras aliquid: ſic tibi perſuade: tantam eſſe apud omneis bonos tui caritatem, vt nullum genus ampliſſimæ dignitatis excogitari poſſit, quod tibi non paratum ſit. Literas tuas vehementer expecto, & quidem
[d v. c. talis, qualis max.] *d* taleis, qualeis maximè opto. Vale.

ARGVMENTVM.

Excuſat ſe quòd Lepido crediderit, ſuam diligentiam declarat in copiis tutò reducendis, audita Lepidi & Ant-

Antonij coniunctione. Subſidium poſtulat exercitus Octauij. Eodem anno:

PLANCVS CICERONI, S. D. 23

NVMQVAM mehercule, mi Cicero, me pœnitebit maxima pericula pro patria ſubire, dū ſi quid acciderit mihi, à reprehenſione temeritatis abſim. Confiterer imprudentia me lapſum, ſi vmquam Lepido ex animo crediſſem. CREDVLITAS ENIM, ERROR EST MAGIS, *quàm culpa: & quidem in optimi cuiuſq; mentem facillimè irrepit.* Sed ego non hoc vitio penè ſum deceptus. Lepidum enim pulchrè noram. Quid ergo eſt? Pudor me, qui in bello maximè eſt periculoſus, hunc caſum coëgit ſubire. Nā, niſi vno loco eſſemus, verebar, ne cui obtrectatorum viderer & nimium pertinaciter Lepido *e* offenſus, & mea patientia etiam alere bellum. Itaque copias propè *f* in adſpectum Lepidi, Antoniique adduxi, quadragintaque millium paſſuum ſpatio relicto conſedi, eo conſilio, vt vel celeriter accedere, *g* vel ſalutariter recipere me poſſem. Adiunxi hæc, in loco eligendo, flumen oppoſitum vt haberem: in quo mora tranſitus eſſet: Vocontij ſub manu vt eſſent, per quorū loca mihi fideliter pateret iter. Lepidus, deſperato aduentu meo, quem non mediocriter captabat, ſe cum Antonio coniunxit *h* ad IIII. Kal. Iunias: eodémque die ad me caſtra mouerunt: viginti millia paſſuum cū abeſſent, res mihi nunciata eſt. Dedi operā deûm benignitate, vt & celeriter me reciperē, & hic diſceſſus nihil fugæ ſimile haberet: non miles vllus, non eques, non quidquam impedimentorum amitteretur, *i* aut ab illis furentibus latronibus inciperetur. itaq; pridie nonas Iunias omneis copias Iſaram traieci, ponteiſque, quos feceram, interrupi. & vt ſpatiū ad ſe colligendū homines haberent, & ego me interea cū collega coniungerem: quem triduo, cùm has dabam literas, exſpectabam. Laterenſis noſtri & fidē, & animum ſingularem in remp. ſemper fatebor. Sed

e L. incenſus.

f q. v. c. in conſpectū Lep. & ita L.

g L. vel cum ſalute.

h L. ad IIII. Kalendas Iun.

i L. aut ab illis feruentib⁹ latron.

Sed certè nimia eius indulgentia in Lepidum, ad hæc pericula perſpicienda fecit eum minus ſagacem. Qui quidem cùm in fraudē ſe deductum videret, manus, quas iuſtius in Lepidi perniciē armaſſet, ſibi afferre conatus eſt. In quo caſu tamen interpellatus, adhuc viuit, & dicitur* victurus. Sed tamen de hoc mihi parum certum eſt. Ego magno cum dolore *k* parricidarum elapſus ſum *l* bis. veniebant enim eodem furore in me, quo in patriam, incitati. Iracundias autem harū rerum recenteis *m* habebant: quòd Lepidum caſtigare non deſtiteram, vt extingueret bellū, quòd colloquia facta improbabam: quòd legatos, fide Lepidi dimiſſos, ad me in conſpectum venire vetueram: quòd C. Catinium V. ſtinum, tribunum *n* militum, miſſum ab Antonio ad eum cū literis, *o* interceperā. In quo hanc capio voluptatē, quòd certè, quò magis me petiuerunt, tantò maiorem *p* his fruſtratio dolorem attulit. Tu, mi Cicero, quod adhuc feciſti, idē præſta: vt vigilāter, neruoſéque nos, qui ſtamus in acie, ſubornes. Veniat Cæſar cum copijs, quas habet firmiſſimas: aut, ſi ipſum aliqua res impendit, exercitus eius mittatur: cuius ipſius magnum periculum agitur. Quidquid aliquando futurū fuit in caſtris perditorū contra patriam, hoc omne iam conuénit. Pro vrbis verò ſalute cur non omnibus facultatibus, quas habemus, vtamur? Quòd ſi vos nūc non defueritis, profectò, quod ad me attinet, omnibus rebus abundè rei. ſatisfaciam. Te quidem, mi Cicero, in dies, mehercule, habeo cariorem: ſollicitudinéſque meas quotidie magis tua merita exacuunt, ne quid aut ex amore, aut ex iudicio tuo *q* perdam. Peto vt mihi liceat iam, præſenti pietate meorum officiorum tua beneficia tibi facere iucundiora. Vale. Octauo idus Iunias,* Ciuarone: ex finibus Allobrogum.

* non tamē vixit. Velleius 2. Dion. 46.
k L. paricidarum.
l L. iis.
m L. habebam.
n L. militarem.
o q. v. c. exceperam.
p L. eis.
q fort. deperdam.
* al. Anerone. al. Curone. al. Ciarone. alij, prorſus hoc nomen non habent.

ARGVMENTVM.

Beneficiorum ſe memorem pollicetur. Copias ſuas narrat.

rat. Subſidium aut Octauiani Cæſaris copiarũ, aut Africani exercitus poſtulat. Octauium quaſi parũ Reip. amantem carpit. Eodem anno.

PLANCVS IMP. CONS. DESIGN. C. S. D. 24

FAcere non poſſum, quin in ſingulas res meritáque tua, tibi gratias agam. Sed mehercule facio cum pudore. Neque enim tanta neceſſitudo, quantã tu mihi tecum eſſe voluiſti, deſiderare videtur gratiarum actionem. Neque ego *r* lubenter pro maximis tuis beneficijs tam vili munere defungor orationis: & malo præſens obſeruãtia, *s* indulgentia, aſſiduitate, memorem me tibi probare. Quòd ſi mihi vita contigerit, omneis gratas amicitias, atque etiam *t* pias propinquitates, in tui obſeruantia, indulgentia, aſſiduitate vincam. Amor enim tuus, ac iudiciũ de me, vtrùm mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatis, quotidie ſit allaturus, nõ facilè dixerim. De militũ commodis, fuit tibi curæ: quos ego non potentiæ meæ cauſa (nihil enim me non ſalutariter cogitare ſcio) ornari volui à ſenatu: ſed primùm, quòd ita meritos iudicabam: deinde quòd ad omneis caſus coniunctiores repub. eſſe volebam: nouiſſimè, vt ab omni omnium ſollicitatione auerſos eos, taleis vobis præſtare poſſem, quales adhuc fuerunt. Nos adhuc hîc omnia integra ſuſtinuimus. Quod conſilium noſtrum, etſi, quanta ſit auiditas hominum, non ſine cauſa, talis victoriæ, ſcio: tamen vobis probari ſpero. Non enim ſi quid in his exercitibus ſit offenſum, magna ſubſidia reſp. habet expedita, quibus ſubito impetui, ac latrocinio *v* parricidarũ reſiſtat. Copias verò noſtras notas tibi eſſe arbitror. In caſtris meis legiones ſunt veteranæ tres: tironũ vel luculentiſſima ex omnib. vna: in caſtris Bruti vna veterana legio: altera bima: octo tironum. Ita vniuerſus exercitus, numero ampliſſimus eſt, firmitate exiguus. Quantum autem in acie tironi ſit committendum, nimiùm ſæpe expertum ha-

r al. libenter.
s L. diligentiæ.
t L. pias propinquitates, tui obſeruantia, diligentia.
v L. parricidarum.

bemus. Ad hoc robur noſtrorũ exercituum, ſiue Africanus exercitus, qui eſt veteranus, ſiue Cæſaris acceſſiſſet, æquo animo *x* ſummã rẽp. in diſcrimen deduceremus. *y* Aliquantò autem propiùs eſſe, *z* quod ad Cæſarem attinet, videbamus. Nihil deſtiti cum literis hortari, neque ille intermiſit affirmare, ſe ſine mora venire: cùm interim auerſum illum ab hac cogitatione ad alia conſilia video ſe contuliſſe. Ego tamen ad eum Furnium noſtrũ cum mandatis, literiſq; miſi, ſi quid fortè proficere poſſet. Scis tu, mi Cicero, quod ad Cæſaris amorem attinet, ſocietatem mihi eſſe tecum: vel quòd in familiaritate Cæſaris, viuo illo, iam tueri eum, & diligere *a* mihi fuit neceſſe: vel quòd ipſe, quoad ego noſſe potui, moderatiſſimi, atque humaniſſimi fuit ſenſus: vel quòd ex tam inſigni amicitia mea, atque Cæſaris, hunc filij loco, & illius, & veſtro iudicio ſubſtitutum, non *b* perinde habere, *c* mihi turpe videtur. Sed, quidquid tibi ſcribo, dolenter mehercule magis, quàm inimicè facio. Quòd viuit Antonius hodie, quòd Lepidus vnà eſt, quòd exercitus habent non contemnendos, quòd ſperant, quòd audent: id omne Cæſari acceptum referre poſſunt. Neque ego ſuperiora repetam. Sed ex eo tempore, quo ipſe mihi profeſſus eſt ſe venire, ſi venire voluiſſet, aut oppreſſum iã bellum eſſet, aut in *d* auerſiſſimam illis Hiſpaniã cum detrimento eorum maximo* detruſum. Quæ mens eum, aut quorum conſilia à tanta gloria, ſibi verò etiam neceſſaria, ac ſalutari auocarint, & ad cogitationem conſulatus* bimeſtris, ſummo cũ terrore hominũ, & inſulſa cum efflagitatione trãſtulerint, exputare non poſſum. Multùm in hac re mihi videntur neceſſarij eius, & reip. & ipſius cauſa proficere poſſe: plurimùm, vt puto, tu quoque: cuius ille tanta merita habet, quanta nemo, *e* præter me. numquam *f* enim obliuiſcar, maxima, ac plura me tibi debere. De his rebus, *g* vt exigeret cum eo, Furnio mandaui. Quòd, ſi quantam debeo,

x L. ſummã reip. al. ſummam rem.
y L. Aliquã to illũ propiùs eſſe, è rep. eſſe videbamus.
z hoc totũ, quod ad Cæſarem attinet, delet. L.
a q.v.c. fuit mihi n.
b L. proinde.
c L. turpe mihi videtur.
d L. auerſiſſimam illis, &c. & ita v.c.
* Man. extruſum. al. & rurſum vnus cod. & ruſum.
* Man. quin queme ſtris. totidẽ enim menſes ſupererant.
e q.v.c. poſt me.
f L. verò obl.
g L. vt ageret.

beo, habuero apud eum auctoritatem, plurimum ipſum iuuero. Nos intereà *h* duriori conditione bellum ſuſtinemus, quòd neque expeditiſſimam dimicationem putamus: neque tamen refugiendo commiſſuri ſumus, vt maius detrimentum reſpu. accipere poſſit. Quòd ſi aut Cæſar ſe reſpexerit, aut Africanæ legiones celeriter venerint, ſecuros vos ab hac parte reddemus. Tu, vt inſtitui, me diligas rogo propriéque tuum eſſe, tibi perſuadeas, *i* Quincto Kal. Sextileis: ex caſtris. Vale.

h L. duriore.

i L. v. Kalēdas, &c.

ARGVMENTVM.

Modeſtè reprehendit in Furnio præproperam adipiſcendæ Præturæ feſtinationem.

M. T. C. C. FVRNIO, S. P. D. 25

SI intereſt, id quod homines arbitrantur, reip. te, vt inſtituiſti, atque feciſti, *i* nauare operam, rebuſque maximis, quę ad extinguendas reliquias belli pertinent, intereſſe: nihil vidèris *k* melius, neque laudabilius, neque honeſtius facere poſſe. Iſtā que operam tuam, nauitatem, animum in rempu. celeritati Præturæ anteponendam cenſeo. Nolo enim te ignorare, quantam laudem cōſecutus ſis: mihi crede, proximam Planco, idque ipſius Planci teſtimonio, *l* prætereáque fama, ſcientiáque omnium. Quamobrem ſi quid operis tibi etiam nūc reſtat, id *m* maximopere cenſeo perſequendum. Quid enim honeſtius, aut quid honeſto anteponendum? Sin autem ſatisfactum reipubl. putas, celeriter ad comitia, *n* quando mature futurè ſunt, veniendum cenſeo: dummodò nequid hæc ambitioſa feſtinatio imminuat eius gloriæ, quam conſecuti ſumus. Multi clariſſimi viri cùm reip. darent operam, annum petitionis ſuæ non obierunt. Quod eo facilius nobis eſt, quod non eſt annus hic tibi deſtinatus: vt ſi ædilis fuiſſes, poſt bienniū tuus annus eſſet. Nunc nihil prætermittere videbere vſitati, & quaſi legitimi temporis ad petendum. Video autem, Planco conſule, etſi etiam ſine eo rationes expeditas haberes: tamen ſplendidio-

i al. operam nauare, reb.

k al. neque melius.

l L. præterea.

m al. maximopere.

n al. quoniam.

rem petitionem tuam fore, ſi modò iſta ex ſentẽtia confecta eſſent. Omnino plura me ſcribere, cũ tuum tantum conſilium, iudiciúmque ſit, *o* non ita neceſſe arbitrabar: ſed tamen ſententiam meam tibi ignotam eſſe nolebam. Cuius eſt hæc ſumma, vt omnia te metiri dignitate malim, quã ambitione: maiorémque fructum ponere in perpetuitate laudis, quàm in celeritate præturæ. Hæc eadem locutus ſum domi meæ, adhibito Q. fratre meo, & Cæcina, & *Caluiſio, ſtudioſiſſimis tui, cùm *Dárdanus, libertus tuus, intereſſet. omnibus *p* videbatur probari oratio mea. ſed tu optimè iudicabis. Vale.

o q.v.c. arbitrabar nõ ita neceſſe.

* forte illo de quo Phil. 3. etſi ille Antonij amicus hic videtur rei pu.

* in Dardania captus. vnde nomen.

p L. probari videbatur.

ARGVMENTVM.

Et de periculo vitato, quod ex Narbonenſi pugna impendere ſcripſerat Furnius, & de Planci Brutiq́; cõcordia gratulatur. Diſſuadet ne ad petendam Præturam eat. Comitia non tam eius quàm reipub. cauſa à ſe protrahi, quantum in ipſo ſit, in Ianuarium menſem ſignificat. Eodem anno.

M. T. C. C. FVRNIO, S. P. D. 26

LECTIS tuis literis, *quibus declarabas, aut *q* omittendos. Narbonenſeis aut cum periculo dimicandum, illud magis timui: quod vitatum non moleſtè fero. Quod de Planci & Bruti concordia ſcribis, in eo vel maximam ſpem pono victoriæ.* De Gallorum ſtudio, nos aliquando cognoſcemus, vt ſcribis, cuius id opera maximè excitatum ſit. Sed iã (mihi crede) cognouimus. Itaq; iucundiſſimis tuis literis ſtomachatus ſum *r* in extremo. Scribis enim, ſi in Sextilem comitia, *citò te: ſin iam confecta, citiùs, ne diutius cum periculo fatuus ſis. O mi Furni, quàm tu cauſam tuam non noſti, qui alienas tam facilè diſcas! Tu nunc candidatum te putas, & id cogitas, vt aut ad comitia curras: aut, ſi iam confecta, *s* domi tuæ ſis, ſcilicet ne cum maximo periculo, vt ſcribis, ſtultiſſimus ſis. Non arbitror te *t* ita ſentire. omneis enim

q al. dimittendos.

* Tranſalpinorum cui præerat Plãcus.

r fort. in extremis.

* venturum Romam.

s q.v.c. domi tuæ ſcilicet ſis, ne cum.

t q.v.c. iſta ſentire.

enim tuos ad laudem impetus noui. Quòd ſi, vt ſcribis, ita ſentis non magis te, quàm de te iudicium reprehendo meũ. Te adipiſcendi magiſtratus leuiſſimi & diuulgatiſſimi, ſi ita adipiſcare, vt plerique, præpropera feſtinatio abducet à tantis laudibus, quibus te omnes in cælum iure, & verè ferunt? * Scilicet id agitur, vtrùm hac petitione, an proxima prætor fias, non vt ita de repub. mereare, omni honore vt digniſſimus iudicére? Vtrũ neſcis, quàm altè aſcenderis? an pro nihilo id putas? Si neſcis, tibi ignoſco: nos in culpa ſumus. Sin intelligis: vlla tibi eſt prætura vel officio, quod pauci, vel gloria, quam omnes ſequuntur, dulcior? Hac de re &, ego, & * Caluiſius homo magni iudicij, tuique amantiſſimus, te accuſamus quotidie. Comitia tamen, quando ex his pendes, quantum facere poſſumus, quòd multis de cauſis reip. arbitramur conducere, in Ian. menſem x protrudimus. Vince igitur & Vale.

* Ironia.

v L. iudicere? Vtr.

* meminit ſuperiori epiſtola.

x L. protendimus.

ARGVMENTVM.

Accuſat vt immemorem beneficiorum. Deinde pacem inter Antonium, bonóſq; ciues conciliare cupientẽ, hortatur ne ſe interponat Eodem anno.

M. T. C. M. LEPIDO, S. P. D. 27

QVOD mihi, pro mea ſumma erga te y beneuolentia, magnæ curæ eſt, vt quàm ampliſſima * dignitate ſis, moleſtè tuli, te ſenatui gratias non egiſſe, quòd z eſſes ab eo ordine ornatus ſummis honoribus. Pacis inter ciueis conciliandæ te cupidum eſſe lætor. Pacem eam ſi à ſeruitute ſeiungis, conſules & reip. & dignitati tuæ. Sin iſta pax * perditum hominem in poſſeſſionem impotentiſſimi dominatus reſtitutura eſt, hoc animo ſcito eſſe omneis ſanos, vt mortem ſeruituti anteponant. Itaque ſapientiùs, meo quidem iudicio, facies, ſi te in iſtam pacificationem non interpones, quæ neque ſenatui, neque populo, neque cuiquam bono probatur. Sed hæc audies ex alijs, aut certior fies literis. Tu pro tua prudentia, quid

y v. c. beniuo lentia.

* id eſt, ſupplicatione. 3. Philip. triumpho & ſtatua. 5. Phil. & 13.

z q. v. c. eſſes quotidie ab eo ord non pl. L. cum eſſes.

* Antonium vocat.

quid optimum factu ſit, videbis. Vale.

ARGVMENTVM.

Dolet ſe participem non fuiſſe coniurationis in Cæſarem, quia ſuperſtes Antonius exitum reip. moliatur. Deinde ſuum libertatis recuperandæ ſtudium declarat. Eodem anno.

M. T. C. C. TREBONIO, S. D. 28

QVAM vellem ad illas pulcherrimas* epulas me idibus Martijs inuitaſſes! reliquiarū* nihil haberemus. At nunc cum his tantum negotij eſt, vt veſtrum illud diuinum in remp. beneficiū nonnullam habeat* querelam. Quòd verò à te, viro optimo,* ſeductus eſt, tuóque beneficio adhuc viuit hæc peſtis: interdum, quod mihi vix fas eſt, tibi *a* ſubiraſcor. Mihi enim negotij plus reliquiſti vni, quàm, præter me, omnibus. Vt enim primùm poſt Antonij fœdiſſimum diſceſſum * ſenatus haberi liberè potuit, ad illum animum meum reuerti priſtinum, quem tu cum ciue acerrimo, patre tuo, in ore, & amore ſemper habuiſti. Nam cùm ſenatum *b* ad XIII. Kalendas Ianuarias tribuni pleb. vocauiſſent, déque alia re referrent: *c* totam remp. ſū complexus, egíque acerrimè, ſenatúmque iam languentem, & defeſſum, ad priſtinam virtutem, conſuetudinémque reuocaui, magis animi, quàm ingenij viribus. Hic dies, meáque contentio, atque actio, ſpem primùm populo Roma. attulit libertatis *d* recuperandæ. Nec verò ipſe poſteà tempus vllum intermiſi de repub. non cogitandi ſolùm, ſed etiam agendi. Quòd niſi res vrbanas, actáque omnia ad te perferri arbitrarer, ipſe perſcriberem: quamquam eram maximis occupationibus impeditus. Sed illa cognoſces ex alijs: à me pauca, & ea ſummatim. Habemus fortem ſenatum: conſulareís partim timidos, partim malè ſentienteis. Magnum damnum factum eſt in Seruio. L. Cæſar optimè ſentit: ſed, quòd auunculus eſt, non acerrimas dicit ſententias. Conſules egregij: præclarus D. Brutus. egregius puer Cæſar, de quo ſpero equidem.

* ad facinus illud egregium cum Cæſarem Idib. Martiis occidiſtis.
* non modò Cæſar, ſed & Antonius interfectus eſſet.
* al. querelam.
* Philip. 13. Dion. 44.
a q.v.c. iraſcor.
* vide Phil. 3. 5. 13. 12. Fam. ep. 3.
b L. a. d. XIII.
c q.v.c. ſum complexus totam rēp. egiq.
d q.v.c. reciperandæ.

idem reliqua. Hoc verò certum habeto, niſi ille veteranos celeriter conſcripſiſſet, legionéſq; duæ de exercitu Antonij ad eius ſe auctoritatem contuliſſent, atque is oppoſitus eſſet terror Antonio: nihil Antonium ſceleris, nihil crudelitatis præteriturum fuiſſe. Hæc tibi, etſi audita eſſe arbitrabar, volui tamen notiora eſſe. e Plura ſcribam, ſi plus otij habuero. Vale.

e L. Plura ſcribam, cũ plus otij h.

ARGVMENTVM.

De ſuo ſtudio erga ſalutem Ampij exſulantis, bonámque ſpem habere illum iubet. Annus incertus. Manutio videtur ſcripta Cæſare tertiùm & Lepido Coss.

M. T. CICERO f APPIO, S. P. D. 29

f L. Ampio.

DE meo ſtudio erga ſalutem, & incolumitatem tuam, credo te cognoſcere ex literis tuorum: quibus me cumulatiſſimè ſatiſfeciſſe certò ſcio: nec his concedo, quamquam ſunt ſingulari in te g beneuolentia, vt te ſaluum malint, quàm ego. Illi mihi neceſſe eſt concedant, h vt tibi plus, quã ipſi, hoc tempore prodeſſe poſſim: quod quidem nec deſtiti facere, nec deſiſtam: & iam in maxima re feci, & fundamenta ieci ſalutis tuæ. Tu fac bono animo, magnóque ſis, méque tibi nulla re defuturum eſſe confidas. Pridie Nonas Quinctileis. Vale.

g v.c. beniuolentia.
h for vt ego tibi.

ARGVMENTVM.

Galba prælium exponit ad Mutinam factum, victoriáq; de Antonio relatam. Hirtio & Panſa Coss.

i SERGIVS GALBA M. T. C. S. P. D. 30

i L. Ser. Galba, id eſt, Seruiæ, id enim Galbæ prænomen, non Sergiæ.

DEcimoseptimo Kalend. Maij, quo die Pãſa in caſtris Hirtij erat futurus, cum quo ego eram (nam ei obuiam proceſſeram millia paſſuum centum, quo maturiùs veniret) Antonius legiones eduxit duas, ſecundam, & k trigeſimamquintam, & cohorteis prætorias duas, * vnam ſuam alteram Silani, & euocatorum partem. Ita obuiam venit nobis, † quòd nos * quatuor legiones

k al. triceſimam.
* Anton.
Aug. duas.

nes tironum habere ſolùm arbitrabatur. Sed noctu, quo tutiùs venire in caſtra poſſemus, legionē Martiam, cui ego præeſſe ſolebam, & duas cohorteis prætorias miſerat Hirtius nobis. Cùm equites Antonij apparuiſſent, contineri neque legio Martia, neque cohortes prætoriæ potuerunt: quas ſequi cœpimus coacti, *l* quando eas retinere nō poteramus. Antonius ad Forum Gallorum ſuas copias continebat: neque ſciri volebat, ſe legiones habere: tantùm equitatum, & leuem armaturam oſtendebat. Poſteaquàm vidit, ſe inuito, legionem ire Panſa, ſequi ſe duas legiones iuſſit tironum. poſteà quàm anguſtias paludis, & ſiluarum tranſiuimus, acies eſt inſtructa à nobis duodecim cohortium. Nondum venerant legiones duæ, cùm repente Antonius in aciem ſuas copias de vico produxit, & ſine mora *m* concurrit. Primò ita pugnatum eſt, vt acrius non poſſet ex vtraque parte pugnari: ſed dexterius cornu, in quo ego eram cum Martiæ legionis cohortibus octo, impetu primo fugauerat legionem trigeſimamquintam Antonij, vt amplius paſſus *n* quingentos vltra aciem, quo loco ſteterat, proceſſerit. Itaque cùm equites noſtrum cornu circuire vellent, recipere me cœpi, & leuem armaturam opponere Maurorū equitibus, ne auerſos noſtros aggrederentur. Interim video me eſſe inter Antonianos, Antoniúmq; poſt me eſſe aliquanto. repente equum immiſi ad eam legionem tironum, quæ veniebat ex caſtris, ſcuto reiecto. Antoniani me inſequi: noſtri pila conijcere velle. Ita neſcio quo fato ſum ſeruatus: quòd citò ſum à noſtris cognitus. In ipſa* Aemilia, vbi cohors Cæſaris prætoria erat, diu pugnatum eſt. Cornu ſiniſterius, quod erat infirmius, vbi Martiæ legionis duæ cohortes erant, & cohors prætoria, pedem referre cœperunt: quòd ab equitatu circuibantur, quo vel plurimum valet Antonius. Cùm omnes ſe recepiſſent noſtri ordines, recipere me noviſſimus cœpi ad caſtra. Antonius,

l L. quoniá.

m al. cucurrit.

n L. centū. al. ducētos.

* via quam ſtrauit in primo conſulatu M. Aemilius M. F. Lepidus is qui Pont. Max. bis Conſul Cenſorque fuit & princeps ſenatus ſexies lectus. Per ducta eſt Arimino, vbi Flaminiæ, committēbatur Aquileam vſque. Strabo, Liuius.

tan-

quam victor, caſtra putauit ſe poſſe capere. Quò cùm venit, complureis ibi amiſit, nec egit quidquam. Audita re Hirtius cum cohortibus viginti veteranis redeunti Antonio in ſua caſtra occurrit, copiaſque omneis eius deleuit, fugauitque eodem loco, vbi erat pugnatum ad Forum Gallorum. Antonius cùm equitibus hora noctis quarta, ſe in caſtra ſua ad Mutinam recepit. Hirtius in ea caſtra rediit, vnde Panſa exierat, vbi duas legiones reliquerat, quæ ab Antonio erant oppugnatæ. Sic partem maiorem ſuarum copiarum Antonius miſit veteranarum. Nec id tamen ſine aliqua iactura cohortium* Prætorianarum noſtrarum, & legionis Martiæ fieri potuit Aquilæ duæ, ſigna ſexaginta ſunt relata Antonij. Res bene geſta eſt. ◦Ad XII. Kalendas Maij, ex caſtris. Vale.

* L. Prætoriarum.

◦ L. a. d. XII. kal.

ARGVMENTVM.

Excuſationem affert præteriti temporis, quòd ſtudium ſuum erga rempub. nondum literis declarauerit, ſéque libertatis cupidum oſtendit. Eodem anno.

C. ASINIVS POLLIO M. T. C. S. P. D. 31

MINIME mirum debet tibi videri, nihil me ſcripſiſſe de rep. poſteà quàm itum eſt ad arma. Nam ſaltus Caſtulonenſis, qui ſemper tenuit noſtros tabellarios, etſi nunc frequentioribus latrocinijs infeſtior factus eſt: tamen nequaquam tanta in mora eſt, quanta qui locis omnibus diſpoſiti, ab vtraque parte ſcrutantur tabellarios, & retinent. Itaque niſi naue perlatæ literæ eſſent, omnino neſcirem, quid iſtic fieret. Nuc verò nactus occaſionem, poſteaquàm nauigari cœptũ eſt cupidiſſimè, & quàm creberrimè potero, ſcribam ad te. Ne mouear eius ſermonibus, quem tametſi nemo eſt, qui videre velit; tamen nequaquam p perindè, ac dignus eſt, oderunt homines, periculum non eſt. Adeò eſt enim inuiſus mihi, vt nihil non acerbum putẽ, quod commune cum il

p L. proinde. & ita V. C.

lo ſit. Natura autem mea, & ſtudia trahunt me pacis, & libertatis cupiditatem. Itaque illud initium ciuilis belli ſæpe defleui. Cùm verò non liceret mihi nullius partis eſſe: quia vtrobique magnos inimicos habebam: ea* caſtra fugi, in quibus planè tutum me ab inſidijs* inimici ſciebam non futurum. compulſus eò, quò minimè volebam, ne in extremis eſſem, planè pericula non dubitanter adij. Cæſarē verò, quòd me in tanta fortuna, modò cognitum, vetuſtiſſimorum familiarium loco habuit dilexi ſumma cum pietate, & fide. Quæ mea ſentētia gerere mihi licuit, q ita feci, vt optimus quiſque maximè probarit. Quod iuſſus ſum eo tempore, id ita feci, vt appareret inuito imperatum eſſe. Cuius facti iniuſtiſſima inuidia erudire me potuit, quàm iucunda libertas, & quàm miſera ſub dominatione vita eſſet. Ita, ſi id agitur, vt rurſus in poteſtate omnia vnius ſint: quicumq; is eſt, ei me profiteor inimicum. Nec periculum eſt vllum, quod pro libertate aut r refugiam, aut deprecer. Sed conſules neque ſenatuſconſulto, neque s literis ſuis præceperant mihi, quid facerem. Vnas enim poſt idus Martias demum à Panſa literas accepi, in quibus hortatur me vt ſenatui ſcribam, me, & exercitum in poteſtate eius futurum t. Quod,* cùm Lepidus concionaretur, atque omnibus ſcriberet, ſe conſentire cum Antonio, maximè contrariū fuit. Nam quibus cōmeatibus, inuito illo, per illius prouinciam legiones ducerem? aut, ſi cetera tranſiſſem, num etiam Alpeis poteram t tranſuolare, quæ præſidio illius v tenerentur? Adde huc, quòd perferri literæ nulla conditione potuerunt. Sexcentis enim locis excutiū-tur: deinde etiā retinentur à Lepido tabellarij. Illud me Cordubæ pro contentione dixiſſe nemo vocabit in dubium, prouinciam me nulli, niſi qui à ſenatu miſſus veniſſet, traditurum. Nam de legione x trigeſima tradenda quantas habuerim y conciones, quid ego ſcribam? Qua tradita, quan-

* Pompeiana.

Tacitus in dial. de oratorib. accuſatum ab adoleſcēte Aſinio annō XIX. nato, M. Catonem teſtatur. Hic igitur forta Ie Catonē dicit, vel de Labieno intelligit, qui Pollionem accuſauerit Quint. l. 5. c. 20.

q al. ita geſſi.

r L. fugiā. & ita v. c. al. defugiam.

s L. literis pr.

* al. cùi cū Lepidus.

t q. v. c. traiuolare.

v L. tenentur: & ita v. c.

x al. tr'ceſima trad.

y L. contentiones.

quanto pro repub. infirmior futurus fuerim, quis ignorat? Hac enim legione non acrius, aut pugnacius quidquam putare eſſe. Quare me eum exiſtima eſſe, qui primùm pacis cupidiſſimus ſim (omneis enim ciueis, planè ſtudeo eſſe ſaluos) deinde qui & me, & rép. vindicare in libertatem paratus ſim. Quòd familiarem * meum in tuorũ numero habes, opinione tua mihi gratius eſt. Inuideo illi tamen quòd ambulat, & iocatur tecum. 2 Quæ res quanti æſtimem, ſi vnquam licuerit viuere in otio, experieris. Nullum enim veſtigium abs te diſceſſurus ſum. Illud vehementer *a* admiror, nõ ſcripſiſſe te mihi, *b* manendo in prouinciáne, an ducendo exercitum in Italiam, reip. magis ſatisfacere poſſim. Ego quidem, etſi mihi tutiùs, ac minus laborioſum eſt, manere, tamen quia video tali tempore multò magis legionibus opus eſſe, quàm prouinciis, quæ præſertim recuperari nullo negotio poſſunt conſtitui; vt nunc eſt, cum exercitu proficiſci. Deinde ex literis, quas Panſæ miſi, cognoſces omnia. nam earum tibi exemplar miſi. XVII. Kal. April. *c* Cordubæ. Vale.

* poteſt eſſe Cornelius Gallus quẽ in ep. ſequẽti idem Aſinius familiarem ſuum appellat.
2 L. Quæres quanti æſtimem, ſi vnquam, &c. al. Quod quanti æſti.
a al. miror.
b fort. manendóne in prouincia.
c al. Corduba.

ARGVMENTVM.

Exponit Balbi Quæſtoris ſui flagitia: deinde ſubiungit de ſuo in rempub. ſtudio. Eodem anno.

C. ASINIVS POLLIO, M. T. C. S. P. D. 32

BALBVS quæſtor, magna numerata pecunia, magno pondere auri, maiore argenti coacto de publicis exactionibus; ne ſtipendio quidem militibus reddito, * duxit ſe à Gadibus, & triduum tempeſtate retentus ad Calpen Kal. Iunii traiecit ſeſe in regnum Bogudis, planè bene peculiatus. His rumoribus vtrùm Gadeis referatur, an Romã (ad ſingulos enim nũtios turpiſſimè conſilia mutat) nondum ſcio: ſed præter furta, & rapinas, & virgis cæſos ſocios, hæc quoque fecit, vt ipſe gloriari ſolet, eadem, quæ C. Cæſar. Ludis quos Gadibus fecit. Herennium, Gallum hiſtrionem, ſummo ludorum die * annulo aureo donatum, in

* Sic Terẽt. in Hecyra vxor ſe duxit foras. Plaut. in Bacchi. duc te ab ædib. & in Aulul. ego me deorſum duco de arbore.
* Annulos aureos, qui non habebat, eques Romanus nõ erat, nec in quatuordecim gradibus ſedebat.

d quatuordecim ſeſſum deduxit. tot enim fecerat ordines equeſtris loci. * Quatuoruiratũ ſibi prorogauit: comitia biennij biduò habuit, hoc eſt renuntiauit quos ei viſum eſt, * exules reduxit. non horum tẽporum, ſed illorum, quibus à ſeditioſis ſenatus trucidatus, aut expulſus eſt. Sex. Varro proconſule. Illa verò iam ne Cæſaris quidem exemplo: quod ludis * prætextam de ſuo itinere ad L. Lentulum *e* proconſulem ſollicitandũ poſuit. Et quidem cùm ageretur, fleuit, memoria rerum geſtarum commotus. *f* Gladiatoribus autem ob Fadium quendam militem Pompeianũ, quia cùm * depreſſus in ludum bis gratis depugnaſſet, * auctorari ſeſe nolebat, & ad populum confugerat: primùm Gallos equites immiſit in populum (coniecti enim ſunt lapides in eum, cùm arriperetur Fadius) deinde abſtractum * defodit in ludo: & viuuũ cõbuſſit: cùm quidem pranſus nudis * pedibus tunica ſoluta, manibus ad tergũ reiectis, inambularet, & illi miſero quiritanti, 2 CIVIS ROMANVS SVM: reſponderet, Abi nũc, populi fidem implora. Beſtiis verò *g* ciueis Romanos, † etiam his circulatorem quendam * auctionũ, notiſſimum hominem Hiſpali, quia deformis erat, obiecit. Cum huiuſmodi portento res mihi fuit: Sed de illo plura coràm. Nunc * quòd reſtat, quid me velitis facere, conſtituite. Treis legiones firmas habeo: quarum vnam viceſimam octauam cùm ad ſe initio belli 4 * arceſſiſſet Antonius, hac pollicitatione, quo die in caſtra veniſſet, *h* denarios quinquagenos ſingulis militibus daturum: in victoria verò eadem præmia, quæ ſuis legionibus (quorum quis *i* vllum finem, aut modum futurum *k* putauit?) incitatiſſimam retinui, ægrè mehercule: nec retinuiſſem, ſi vno loco habuiſſem vt pote *l* cùm ſingulæ quædam cohor-

d. L. quartũ decimum.
* Quatuor uiratus in municipiis ſummus erat magiſtratus, vt Romæ Conſulatus.
* Vide orationem pro Murræn. in princ.
* eſt fabulæ genus, vt infrà.
e al. procõſ.
f L. Gladiatoris autẽ.
* al. depreſenſus.
* Má. auctorĩ ſeſe.
* vt pars ob rueretur humo, pars ſuper terrá emineret cuiuſmodi facinus à Carthaginẽſib. editum refert Cato, apud Gell.
* Contra morem Romanum, calceis enim in publico, domi ſoleis vtebantur.
g q. l. vet. habent etiam ciueis R. in iis circ. & ciſſet. al. genos, quos putaret

ita L. * Vrſ. Auentrenũ. * al. quod præſtat. * al. accerceſſiſſet. h L. denarios quingenos ſing. al. quin- Octauius dedit veteranis 16. Att. 8. i L. illam finem. L. cum ſingulæ cohortes.

cohortes ſeditionem fecerint. Reliquas quoq; legiones non deſtiterit literis,atq; infinitis pollicitationibus incitare. Nec verò minùs Lepidus vrſit me & ſuis, & Antonij literis, vt legionem *m* trigeſimam mitterem ſibi. Itáque quem exercitum neque vendere vllis præmiis volui, *n* nec eorum periculorum metu, quæ victoribus illis portendebantur, *o* diminuere debetis exiſtimare retentum, & conſeruatũ reip. eſſe: atque ita credere, quodcunque imperaſſetis, factur ũ fuiſſe, ſi, *p* quod iuſſiſtis, feci. Nam & prouinciam in otio, & exercitum in mea poteſtate tenui: finibus meæ prouinciæ nuſquam exceſſi. Militem non modò legionarium ſed ne auxiliarium quidem vllum quoquam miſi: &, ſi quos equiteis decedenteis nactus ſum, ſupplicio affeci. Quarum rerũ fructũ ſatis magnũ republica ſalua tuliſſe me putabo. Sed reſpub. ſi me ſatis nouiſſet, & maior pars ſenatus: maiores ex me fructus tuliſſet. Epiſtolam, quam Balbo, cũ etiamnum in prouincia eſſet, ſcripſi, legendam tibi miſi: etiam prætextam, ſi voles legere. Gallum * Cornelium familiarem meum poſcito. VI. idus Iunias, *q* Cordubæ. Vale.

m L. triceſimam.
n al. nec eorum periculorum, quæ vict. illis port. metu demin.
o L. deminuere.
p L. quod nõ iuſsiſtis.
* fortè is quem in Bucolic. nominat Virgilius. Dion. 53. Marcellinus.
q L. Corduba.

ARGVMENTVM.

Deplorat cladem acceptam ad Mutinam. Venturum ſe ſignificat in Italiã, vt communi ſuccurrat incendio. Eodem anno.

C. ASINIVS POLLIO, M. T. C. S. P. D. 33

QVo tardiùs certior fierẽ de prœliis apud Mutinã factis, Lepidus effecit, qui meos tabellarios, nouẽ dies retinuit: tametſi tantã calamitatẽ rep. quã tardiſſimè audire optãdũ eſt: ſed illis, qui prodeſſe nihil poſſunt, neq; mederi. Atq; vtinam eodẽ ſenatuſconſulto, quo Plancũ & Lepidum in Italiam *r* arceſſitis, me quoque iuſſiſſetis venire, profectò non accepiſſet reſp. hoc vulnus,

r l. vulg. accerſiſtis.

quo ſi qui lętantur *s* in præſentia, quia videntur, & duces,& veterani Cęſaris partium interiiſſe: tamen poſtmodum neceſſe eſt doleant, cum vaſtitatem Italiæ reſpexerint. 2 Nam & robur, *t* & ſoboles militum interiit: ſiquidem quæ nuntiantur, vlla ex parte vera ſunt. Neque ego non videbam, quanto vſui reipub. eſſem futurus ſi ad Lepidum veniſſem. omnem enim cunctationem eius diſcuſſiſſem, præſertim adiutore Planco. Sed ſcribenti ad me eiuſmodi literas, quas leges, & concionibus, videlicet, quas Narbone habuiſſe dicitur, *u* ſimileis palparer neceſſe erat: ſi vellē cōmeatum per prouinciam eius iter faciens, habere.. Præterea verebar, ne ſi antè, quàm ego incœpta perficerem, prœlium confectum eſſet, pium meū conſilium raperent in contrariam partem obtrectatores mei, propter amicitiam, quæ mihi cū Antonio, non maior tamen, quàm Planco fuit. Itáque à Gadibus menſe Aprili binos tabellarios in duas naueis impoſui, & tibi, & conſulibus, & Octauiano ſcripſi, vt me faceretis certiorem, quónam modo plurimùm poſſem prodeſſe reip. Sed, vt rationem in eo, quo die prœlium Panſa commiſit, eodem à Gadibus naues profectæ ſunt. Nulla enim poſt hyemem fuit ante eam diem nauigatio. Et hercule longè remotus ab omni ſuſpicione futuri ciuilis tumultus. penitus in Luſitania legiones in hybernis collocaram. Ita porrò feſtinauit vterque confligere, tanquam nihil peius timerēt, quàm ne ſine maximo reipub. detrimento bellū componeretur, ſed; ſi properandū fuit, nihil non ſummi ducis conſilio geſſiſſe Hirtium video. Nam hæc mihi ſcribuntur ex Gallia Lepidi, & nuntiātur, Panſæ exercitum conciſum eſſe: Panſam ex vulneribus mortuum: eodem prœlio Martiam legionem interiſſe, & † k. ∵ Fabatum, & C. *x* Peduceū, & D. ∵ Carſulenum. Hirtiano autem prœlio & *y* quartam legionem, † *y*. & omneis peræquè Antonij cæſas: item Hirtij quartam, cùm ca-

ſtra

s al. in. præſenti.

t L. & ſuboles.

u L. ſimileis ſimularem planè neceſſe er. al. ſimilis al. ſimul. corruptè.

∵ L. Fabatus Roſciæ gentis cognomen Lanuuio municipio oriūdæ.

x L. peduceum.

∵ Appium Carſuleium vocant vet. l. alij Carſuleum. al. Caſulenum. al. Caſuleū. al. Carſuleriū. al. Curſulenum. al. Curſuleriū, habent.

∵ Manut. ſecundam.

y L. omneis perequites Antonij cæſas.

ſtra quoque Antonij cepiſſet, à quinta legione cõciſam eſſe. Ibi Hirtium quoque periiſſe, & Potiũ Aquilam. dici etiam Octauianum cecidiſſe. Quæ ſi (quod dij prohibeant) vera ſunt, non mediocriter doleo: Antonium turpiter Mutinæ obſeſſionẽ reliquiſſe, † z ſed habere * equitatũ, ac legiones ſub ſignis armatas treis, & P. * Vagieni vnam, a inermeis benè multos. Ventidiũ quoque ſe cum legione ſeptima, octaua, nona, coniunxiſſe: ſi nihil de Lepido ſpei ſit, deſcenſurum ad extrema, & nõ modò nationes, ſed etiam ſeruitia concitaturum: Parmam direptam: L. Antonium Alpeis occupaſſe. Quæ ſi vera ſunt, nemini noſtrũm ceſſandum eſt, neque exſpectandum, quid decernat ſenatus. Res enim cogit huic tanto incendio ſuccurrere omneis, qui aut imperium, aut nomen denique pop. Roman. ſaluum eſſe volunt. Brutum enim decem & ſeptem cohorteis, & duas non frequenteis tironum legiones, quas cõſcripſerat Antonius, habere audio. Neque tamen dubito, quin omnes, qui ſuperſint de Hirtij exercitu, confluant ad eum. Nam in b delectu non multum ſpei puto eſſe: præſertim cùm nihil ſit periculoſiùs, quàm ſpatium confirmandi ſeſe, Antonio dari. Anni autem tẽpus libertatem maiorẽ mihi dat, proptereà quia frumenta aut in agris, aut in villis ſunt. Itáque proximis literis cõſilium meũ expedietur. * *Nam neque deeſſe, neque ſupereſſe reip. volo* Maximè tamen doleo, adeò & longo, & infeſto itinere ad me veniri, vt die quadrageſimo pòſt, aut vltrà etiam, quàm facta ſunt, omnia c nuntientur. Vale.

z v. c. ſed habere equitũ * ac. * al. equitũ ccıɔɔccıɔɔ ccıɔɔ ac legiones. * al. Vagienij. al. Publij Vagieni. a q. cod. veter. inermes

b L. dilectu. * citat hunc locum Gel. l. 1. c. 22. in fine. c fort. mihi nuntientur.

ARGVMENTVM.

Recepti Antonij cauſam in ſuos milites confert, diſſentionem ciuium iniquè ferentes. Eodem anno.

M. † LEPIDVS IMP. * ITER. PONT. MAX. S. D. SENAT. POP. PL. Q. R. 34

* Vrſin. non habet iterũ.

SI vos, liberíq; veſtri valetis, bene eſt: ego quoque valeo. Deos, hominéſque teſtor, patres cõ-

ſcripti, qua mente, & quo animo ſemper in rep. fuerim, & quàm nihil antiquius communi ſalute, ac libertate iudicarim: quod vobis breui probaſſem, niſi mihi fortuna proprium conſilium extorſiſſet. Nam exercitus cunctus conſuetudinem ſuã in ciuibus *d* conſeruandis, communiq; pace, * ſeditione facta, retinuit: méque tantæ multitudinis ciuium Romanorum ſalutis, atq; incolumitatis cauſam ſuſcipere, vt verè dicã, coegit. In qua re ego vos, patres conſcripti, oro, atque obſecro, vt priuatis offenſionib. omiſſis, *e* ſummæ reip. cõſulatis, néve miſericordiam noſtrã, exercituſque noſtri, in ciuili diſſentione, ſceleris loco ponatis. Quòd ſi ſalutis omnium, ac dignitatis rationem habueritis: meliùs & vobis, & reipub conſuletis. Data *f* IIII. kal. Iun. ex Põte Argenteo. Vale.

ARGVMENTVM.

Narrat adueniente Antonio quid egerit: agit gratias, quòd iniquis de ſe rumoribus fidem non habuerit. Eodem anno.

M. LEPIDVS IMP. ITERVM PONT. MAX. M. T. C. S. P. D. 35

g SI vales, benè eſt: ego quoque valeo. Cùm audiſſem, Antonium cum ſuis copiis præmiſſo. L. Antonio cum parte equitatus, in prouinciam meam venire: cum exercitu meo * à confluente Rhodano caſtra moui, ac contrà eos venire inſtitui. Itáque continuis itinerib. ad Forum * Vocontium veni, & vltrà, caſtra ad flumen Argenteum contra Antonianos feci. P. Ventidius ſuas legiones treis coniunxit cum eo, & vltrà me caſtra poſuit. habebat antea legionem ſecundam, & ex reliquis legionibus magnã multitudinem, *h* ſed inermium. Equitatum habet magnum. Nam omnis ex prœlio integer deceſsit, ita† vt ſint amplius equitum *i* triginta millia. Itáque ad me cõplures

d q. v.c. ſeruandis. al. obſeruãdis.
* de hac ſeditione Vell. eius Dio. Plutarch.
e al. ſummæ reſ conſ.
f L. IIII. Kalendas April. al. III. Kalendas.

g L. S. V. B. E. Q. V. Cũ.
* Vnus veteris liber ab confluente ab Rhodano. al. ab cõfluẽte Rhodano.
* veteres libri, Vecontium, Vo cõtij, Vocatiũ Vicontinũ. Veticonũ.
h L. ſed inermorum. & ita v.c.
i L. xx. ciↃ al. xxx. mil al. ccIↃↃ. ccIↃↃ ccIↃↃ.

plures milites, & equites ab eo tranſierunt: & in dies ſingulos eius copiæ minuuntur, † Silanus, & Culleo ab eo diſceſſerunt. Nos', & ſi grauiter ab ab his læſi eramus, quòd contra noſtram voluntatem ad Antonium ierant: tamen noſtræ humanitatis & neceſſitudinis cauſa, eorum ſalutis rationem habuimus. Nec tamen eorum opera vtimur: neque in caſtris habemus, neque vlli negotio præfecimus. Quod ad bellum hoc attinet, nec ſenatui, nec reip. deerimus. quæ poſtea egerimus, faciam te certiorem. Etſi omni tẽpore ſumma ſtudia, officiáque mutuò inter nos certatim conſtiterunt, pro noſtra inter nos familiaritate, & proinde diligenter ab vtroque conſeruata ſunt: tamen non dubito, in tanto, & tam repentino motu reip. quin nonnulla de me falſis rumoribus à meis obtrectatorib. me indigna, ad te delata ſint, quę tuum animum magnopere mouerent pro tuo amore in remp. Ea te moderatè accepiſſe, neque temerè k credendum iudicaſſe, à meis procuratoribus certior ſum factus: quæ mihi, vt debent, gratiſsima ſunt. Memini autem & illa ſuperiora, l quę abs tua voluntate profecta ſunt, ad meam dignitatem augendam, & ornandam: quæ perpetuò m animo meo fixa manebunt. Abs te, mi Cicero, magnopere peto, n ſi meam vitam, & ſtudium diligentiſsimè ſuperioribus temporibus in rep. adminiſtranda, quæ Lepido digna ſunt, perſpecta habes, vt paria, aut eò ampliora reliquo tempore exſpectes: & proinde tua auctoritate metuendum exiſtimes, quo tibi plura tuo merito debeo.

o Vale XII. kalend. Iunias, ex caſtris, ex Ponte Argenteo.

***

k fort. credenda.

l al. quæ ab.

m L. fixa animo meo manebunt.

n q. v. c. ſi meam vitã, ſtudium, diligentiam ſuperiorib.

o L. Vale D. XI. kalendas Iun.

dum Rhodum aut aliquo terrarum arbitror. Si melior caſus fuerit: reuertemur Romam: ſi mediocris, in exilio viuemus: ſi peſſimus, ad nouiſſima * auxilia deſcēdemus. Succurret fortaſſe hoc loco alicui veſtrûm, cur nouiſſimum tempus exſpectemus potius, quàm nunc aliquid moliamur? Quia vbi conſiſtamus, non habemus præter Sex. Pompeium, & Baſſum Cæcilium: qui mihi videntur, hoc nuntio de Cæſare allato, firmiores futuri. † * ſatis in tempore ad eos accedemus, vbi, quid valeant, ſcierimus. Pro Caſſio, & te, *b* ſi quid velitis me recipere, recipiam. Poſtulat enim hoc Hirtius vt faciam. Rogo vos quàm primùm mihi reſcribatis. nam non dubito, quin de his rebus antè horam quartam Hirtius *c* me certiorem ſit facturus: quem in locum conuenire poſsimus. Quò me velitis venire, reſcribite. Poſt nouiſsimū Hirtij ſermonem, placitum eſt mihi poſtulare: vt liceret nobis eſſe Romæ publico præſidio: quod illos nobis conceſſuros non puto. magnam enim inuidiam iis *d* faceremus. Nihil tamen non poſtulandū putaui, quod æquum eſſe ſtatuerem. valete.

* id eſt extrema.

†* al. ſatis tempori ad eos accedemus.

b al. ſi quid me velitis recip.

c al. certiorem me ſit fact. & ita Lamb.

d fort. conflaremus.

ARGVMENTVM.

Petunt ab Antonio Conſule, Brutus & Caſſius Prætores, an ipſos putet in vrbe magna veteranorū militum frequentia tutos fore. Eodem anno.

M. BRVTVS, ET C. CASSIVS PRAETT. M. ANTONIO COSS. S. P. D. 2

DE TVA fide, *e* & beneuolentia in nos, niſi perſuaſum eſſet nobis, non conſcripſiſſemus hęc tibi, quæ profectò, quando iſtum animum habes, in optimam partem accipies. Scribitur nobis, magnam veteranorum multitudinem Romam conueniſſe iam, & ad Kalendas * Iunias futurā multò maiorem. De te ſi dubitemus, aut vereamur, ſimus noſtri diſsimiles. Sed certè cum ipſi in tua poteſtate fuerimus, tuóque adducti conſilio dimiſerimus ex municipiis noſtros neceſſarios, neque ſolum edicto, ſed etiam literis id fecerimus: digni

e v.c. & beniuolentia.

* ad quam diem Antonius ſenatum edixerat.

ſumus, quos habeas tui conſilij participes, in ea præſertim re, quæ ad nos pertinet. Quare petimus à te facias nos certiores tuæ voluntatis in nos: putéſne, nos tutos fore in tanta frequentia f veteranorũ, quos etiam de reponenda * ara cogitare audimus: g quod velle te probare, vix quiſquã poſſe videtur, qui nos ſaluos, & honeſtos velit. Nos ab initio ſpectaſſe otium, nec quidquã aliud à libertate communi quæſiſſe exitus declarat. Fallere nemo nos poteſt, niſi tu: quod certè abeſt à virtute tua, & fide: ſed alius nemo facultatem habet decipiendi nos. tibi enim vni h credidimus, & credituri ſumus. Maximo de nobis timore afficiũtur amici noſtri: quibus etſi tua fides explorata eſt, tamen illud in mentem venit, multitudinẽ veteranorũ faciliùs impelli ab alio quolibet, quàm à te retineri poſſe. Reſcribas nobis ad omnia, rogamus. Nã illud valde leue eſt, ac nugatoriũ, i ea re denuntiatũ eſſe veteranis, quod de commodis eorum menſe Iunio laturus eſſes. Quem enim impedimento futurũ putas, cùm de nobis certum ſit, nos quieturos? Non debemus cuiquam videri nimiũ vitæ cupidi, cùm accidere nobis nihil poſſit ſine pernicie, & confuſione omnium rerum. Vale.

f q. v. e. militum veteranorũ.
* Cæſari mortuo tãquam Deo poſita, & à Dolabella euerſa.
g L. quod velle, & probare vix quiſquam credere poſſe videtur, qui n.
h L. credimus.

ARGVMENTVM.

Reſpondent minacibus Antonij literis. Eodem anno.

M. BRVTVS, ET C. CASSIVS PRAE M. ANTONIO COS. S. P. D. TT. 3

LITERAS tuas legimus, ſimillimas edicti tui, contumelioſas, minaceis, minimè dignas, quæ à te nobis mitterentur. Nos, Antoni, te nulla laceſſiuimus iniuria: neq; miraturum credidimus, ſi prætores: & ea dignitate homines, aliquid edicto poſtulaſſemus à conſule. Quòd ſi indignaris, auſos eſſe id facere: concede nobis, vt doleamus, ne hoc quidẽ abs te Bruto, & Caſſio tribui. i Nam de i delectibus habitis, & pecuniis imperatis, exercitibus ſollicitatis, & nuntiis trãs mare miſsis, quòd te queſtum eſſe negas: nos tibi quidem credimus optimo

i L. dilectibus.

optimo animo te feciſſe:ſed tamen neque agnoſcimus quidquam eorum:& te miramur, cùm hæc reticueris, non potuiſſe *k* continere iracundiam tuam quin nobis de morte Cæſaris *l* obiiceres. Illud verò quemadmodũ ferendum ſit, tute cogita.non licere prætoribus, concordiæ, ac libertatis cauſa † per edictum, * de ſuo iure decedere,quin cõſul arma minetur. Quorũ fiducia nihil eſt quòd nos terreas. Neque enim decet, aut conuenit nobis periculo vlli ſubmittere animum noſtrũ. Neque eſt Antonio poſtulandum,vt iis imperet,quorum opera liber eſt. Nos ſi alia hortarẽtur.vt bellum ciuile ſuſcitare vellemus, literæ tuæ nihil proficerent. *Nulla enim minantis auctoritas apud liberos eſt.* Sed pulchre intelligis nõ poſſe nos quoquam impelli:& fortaſsis ea re minaciter agis, vt iudicium noſtrũ, metus videatur. Nos in hac ſententia ſumus, vt te cupiamus etiam in libera rep. magnum, atque honeſtũ eſſe:vocemus te ad nullas inimicitias:ſed tamẽ *pluris noſtram libertatem, quàm tuã amicitiam æſtimemus.* Tu etiam,atq; etiã vide, quid ſuſcipias, quid ſuſtinere poſſis:neque *quãdiu vixerit Cæſar.ſed quàm non* * *diu regnarit,fac cogites.* Deos quæſumus, conſilia tua reipub.ſalutaria ſint, ac tibi.ſin minùs, vt ſalua atque honeſta reip. tibi quàm minimùm noceant, optamus. Pridie Nonas Sext. Vale.

k al. retinere irac.

l v.c.obiceres.

* de ſuo iure decedebant, cùm prætores vltra decimũ diem abeſſe volebãt.

*] regnauit poſt victos in Hiſpania Pompeij liberos,quinque tantũ menſes: rediit enim Octobri menſe, occiſus Idib. Martiis. Vide Velleiũ li.2.

ARGVMENTVM.

Res à ſe geſtas exponit. Rogat Ciceronem vt ſibi ſua ſententia ſupplicationes decernat. Eodem anno.

D. BRVTVS IMP. DESIGN. M. C. S. P. D. 4

SI de tua in me voluntate dubitarem,multis à te verbis peterem, vt dignitatem meam tuererer: ſed profectò eſt ita, vt mihi perſuaſi, me tibi eſſe curæ.Progreſſus ſum ad *m* Inalpinos cum exercitu, non tam *n* nomen captans imperatorium, quàm cupiens militibus ſatisfacere, firmóſque eos ad tuendas noſtras res efficere: quod mihi videor conſecutus. Nam & libera-

m L. Tranſalpinos.

n v. c. nomen imperatorium ptãs,quàm

litatem

litatē noſtrā,& animū ſunt experti. cum omnium bellicoſiſsimis bellum geſsi: multa caſtella cepi: multa vaſtaui. Non ſine cauſa ad ſenatū literas miſi. Adiuua nos tua ſententia: quòd cū facies,ex magna parte communi cōmodo inſeruieris. Vale.

ARGVMENTVM.

Excuſat ſe quòd Bruti literis non reſponderit. Hortatur ad libertatem recuperandam, ſua officia, ſtudiáque pollicetur. Eodem anno.

M. T. C. D. BRVTO, IMP. COSS.

DES. S. P. D. 5

* Rutilorū cognomen.

o L. ad v. id. Dec.

* in Cæſare occidendo.

p fort. tibi breuiter.

q v.c. reciperandæ.

* Antonius.

LVPVS * familiaris noſter, cùm à te veniſſet, cúmque Romæ quoſdam dies commoraretur, ego eram in iis locis, in quibus maximè me tutò eſſe arbitrabar. Eò factum eſt,vt ad te Lupus ſine meis literis rediret, cùm tamen curaſſet tuas ad me perferendas. Romā autē veni o ad quinctum idus Decembris,nec habui quidquam antiquius, quàm vt Panſam ſtatim conuenirem: ex quo ea de te cognoui,quæ maximè optabam. Quare hortatione tu quidem nō eges,ſi ne illa quidem in re, quæ * à te geſta eſt, poſt hominum memoriam, maxima hortatorē deſideraſti. Illud tamen p breuiter ſignificandum videtur,populum Rom. omnia à te expectare, atque in te aliquando q recuperandæ libertatis omnem ſpem ponere. Tu, ſi dies,noctéſq; memineris (quod te facere certò ſcio)quantā rē geſſeris:non obliuiſcere profectò, quantæ tibi etiā nūc gerendæ ſint. Si enim * iſte prouinciā nactus erit, cui quidem ego ſemper amicus fui, antè,quā illū intellexi nō modò apertè,ſed etiā libēter cū rep.bellū gerere: ſpē reliquā nullam video ſalutis. Quamobrem te obſecro iiſdem precibus,quibus S. P. Q. R. vt in perpetuum rempub. dominatu regio liberes:vt principiis cōſentiant exitus. Tuum eſt hoc munus, tuæ partes,à te hoc ciuitas,vel omnes potiùs gentes non exſpectant ſolùm, ſed etiam poſtulant. quamquam

quam,cùm hortatione non egeas, vt ſuprà ſcripſi, non vtar ea pluribus verbis, faciam illud, quod meum eſt,vt tibi omnia mea officia, ſtudia,curas, cogitationes r polliceat,quæ ad tuam laudem, & gloriam pertinebunt. Quamobrem velim tibi ita perſuadeas,me tum reip. cauſâ,quæ mihi vita carior eſt:tū quòd tibi ipſi faueam, tuámq; dignitatē amplificari velim,tuis optimis conſiliis,amplitudini,gloriæ,nullo loco defuturum. Vale.

r L. pollicear in iis, quæ.

ARGVMENTVM.

Dignitatem Bruti curæ ſibi fore, ac fuiſſe ait. Idque in Senatu declaratum. Eodem anno.

M. T. C. D. BRVTO IMP. COSS. DES. S. P. D. 6.

LVPVS noſter cùm Romam ſexto die Mutina veniſſet,poſtridie me manè conuenit,tuáque mihi mandata diligentiſſimè expoſuit, & literas reddidit. Quòd mihi tuam dignitatem,commendas, eodem tempore exiſtimo te mihi meam dignitatem commendare:quam mehercule non habeo tua cariorem. Quare mihi gratiſſimum facies,ſi exploratum habebis,tuis laudibus, nullo loco,nec conſilium,nec ſtudium meum defuturū. Cùm * tribuni plebis edixiſſent, s ſenatus adeſſet ad XIII. * Kal. Ian. haberéntque in animo de præſidio conſulum deſignatorum referre:quāquam ſtatueram in ſenatum ante kal. Ian. non venire: tamen,cùm eo die ipſo edictum tuū propoſitum eſſet,nefas eſſe duxi, aut ita haberi ſenatum,vt de tuis diuinis in rempu. meritis ſileretur (quod factum eſſet,niſi ego veniſſem)aut,etiam ſi quid honorificè de te diceretur, me non adeſſe. Itáque in ſenatum veni manè: quod cum eſſet animaduerſum,frequentiſſimi ſenatores conuenerunt. Quæ de te in ſenatu egerim,quæ in concione * maxima dixerim, aliorum te literis malo cognoſcere. Illud tibi perſuadeas velim, me omnia, quæ ad tuam dignitatem augendam pertinebunt, quæ eſt per ſe am-

* Tribuni pleb. poteſtatē habebant vocandi ſenatus Gell.l. 4. c. 7.

s L. vt ſenatus adeſſet a.d. XIII.

* is dies eſt quo Philippicam 3. habuit Ciceꝛo,Antonio Cōſule, ſed in Galliam profecto.

* vide Philip.4.

ARGVMENTVM.

Scribit de legatis ad Antonium de pace miſſis. Brutum à populo Romano diligi: ſummam eſſe in Bruto ad libertatem recuperandam exſpectationem Hirtio & Panſa Coſs.

M. T. C. D. BRVTO IMP. COS. DES. S. D. 8

EO tempore 1 y Polla tua z miſit vt ad te, ſi quid vellem, darem literarum, cùm, a quid ſcriberem, non habebam. Omnia enim erant ſuſpẽſa propter exſpectationem * legatorum: qui quid egiſſent, nihil dum nuntiabatur. Hæc tamen ſcribenda exiſtimaui: primùm, S. P. Q. R. de te laborare, non ſolùm ſalutis ſuæ cauſa, ſed etiã dignitatis tuæ. admirabilis *b* eſt enim quædam tui nominis caritas, amórque in te ſingularis omnium ciuiũ. Ita enim ſperant, atque confidũt, vt antea rege, ſic hoc tempore regno te remp liberaturum. Romæ c delectus *habetur, totaque Italia: ſi hic d delectus appellãdus eſt, cùm vltrò ſe offerũt omnes: tantus ardor animos hominum occupauit deſiderio libertatis, odióque diutinæ ſeruitutis. De reliquis rebus à te iam exſpectare literas debemus, quid ipſe agas, quid noſter Hirtius, quid Cæſar meus: quos ſpero breui tempore ſocietate victoriæ tecum copulatos fore Reliquum eſt, vt de me id ſcribã, quod te ex tuorũ literis & ſpero, & malo cognoſcere: me neque deeſſe vlla in re, neque vmquam defuturum dignitati tuæ, Fac valeas.

y L. Paulla, ea vxor Bruti, quę prius erat Triarij.
z Lamb. miſit ad me, vt ad te.
a a'. quod.
* L. Marcij Philipp. 1. Calpurnij Piſonis 12. Fam. ep. 4. & Phil. 6.
b q. v. c. enim eſt quæd.
c L. dilectus.
* à Panſa Conſule Hirtio iam cũ Octauiano ad Mutinã profecto.
d L. dilectus.

ARGVMENTVM.

Rogat Ciceronem proſpiciat, ne vtroque conſule ad Mutinam amiſſo, hoſtes reip. conualeſcant, moneátq; quid agendum iudicet. Eodem anno.

D. BRVTVS M. T. C. S. P. D. 9

PANSA amiſſo, quantum detrimenti reſp. acceperit, non te præterit. nunc auctoritate, & prudentia tua proſpicias oportet, ne inimici * noſtri, Coſs ſublatis, ſperent ſe e conualeſcere poſſe. Ego, ne conſiſtere poſsit in Italia Antonius, dabo operam. ſequar eum con-

* Octauiani.
e fort poſſe cõualeſcere.

feſtim,

feſtim. vtrumque me præſtaturum ſpero, ne aut Ventidius elabatur, aut Antonius in Italia moretur. In primis rogo te, ad hominem ventoſiſſimum, Lepidum mittas, ne bellum nobis redintegrare poſſit, Antonio ſibi coniuncto. Nam de Pollione Aſinio puto te *f* proſpicere, quid ſit facturus. multæ & bonæ, & firmæ ſunt legiones Lepidi, & Aſinij. Neque hæc idcirco tibi ſcribo, quod te non eadem animaduertere ſciam, ſed *g* quod mihi perſuaſiſſimum eſt, Lepidũ rectè facturum nũquam, ſi fortè vobis id de hoc dubium eſt. Plancum quoque confirmetis oro: quem ſpero, pulſo Antonio, reip. non defuturũ. † Si ſe Alpeis Antonius traiecerit, cõſtitui præſidium in Alpibus collocare, & te de omni re facere certiorẽ. Quarto Kalendas Maias, ex caſtris Rhegij. Vale.

f L. perſpicere. & ita v.c.

g v. c. quòd mihi perſuaſi, Aſiniũ, & Lepidum r.

h L. Si tamen hæc tẽporis videantur dici cauſa, malim meherc. al. ſi autem hoc tempore ab his videatur, dici cauſa ſimulationis malle mehercule tuuũ iudicium.

ARGVMENTVM.

Queritur de quorundam maleuolentia, Reip. periculum exponit. Eodẽ anno.

D. BRVTVS M. T. C. S. D. 10

NON mihi remp. plus debere arbitror, quã me tibi gratiorem me eſſe in te poſſe, quàm iſti peruerſi ſint in me exploratũ habes. † *h* Tamen hæc temporis videantur dici cauſa, *i* malle * me tuum iudicium, quàm ex altera parte omnium iſtorum. Tu enim à certo ſenſu, & vero iudicas de nobis: quod iſti ne faciant, ſumma *i* maleuolentia, & liuore impediuntur. Interpellent me, quo minus honoratus ſim, dũ ne interpellent, quo minùs reſpub. à me commodè adminiſtrari poſſit. Quæ quantò ſit in periculo, quam potero breuiſſime exponam. Primùm omnium, quantam perturbationem rerum vrbanarum afferat obitus conſulum, quantámque cupiditatem hominibus iniiciat *k* vacuitas non te fugit. Satis me multa ſcripſiſſe quæ literis commendari poſſint, arbitror. Scio enim, cui ſcribam. Reuertor nunc ad Antonium: qui ex fuga cùm paruulam manum peditum haberet inermium, ergaſtu-

* Manu. Victo. malle me tuum iudicum.

i v. c. maliuolentia.

k L. nouitas. q v.c. vacuitas.

la. ab

la ſoluendo, omnéq; genus hominum arripiendo, ſatis magnum numerum videtur effeciſſe. Huc acceſſit manus Ventidij, quæ trans Apenninũ itinere facto difficillimo ad * Vada peruenit, atque *l* ſe ibi cũ Antonio coniunxit. Eſt numerus veteranorum. & armatorum ſatis frequens cum Ventidio. Cõſilia Antonij hæc ſint, neceſſe eſt: aut ad Lepidũ vt ſe conferat, *m* ſi recipitur: aut Apennino, Alpibúſque ſe teneat, & *n* decurſionibus per equites, quos habet multos, vaſtet ea loca, in quæ incurrerit: aut rurſus ſe in Etruriam referat, quòd ea pars Italiæ ſine exercitu eſt. Quòd me Cæſar audiſſet, atque Apenninum tranſiſſet: in tantas anguſtias Antonium *o* compuliſſem, vt inopia potiùs, quàm ferro conficeretur. Sed neque Cæſari imperari poteſt, nec Cæſar *p* exercitui ſuo: quod vtrumque peſſimum eſt. Cùm hæc talia ſint: quo minùs, quod ad me pertinebit, homines interpellent, vt ſupra ſcripſi, non impedio. Hæc quemadmodum explicari poſſint, aut, à te cùm explicabuntur, ne impediãtur, timeo. Alere iam milites non poſſum. Cùm ad remp. liberandam *q* acceſſi, ſeſtertiũm mihi fuit pecuniæ CCCC. amplius. Tãtum abeſt, vt meæ rei familiaris liberum ſit quidquam: vt meos iam omneis amicos ære alieno obſtrinxerim. Septenûm numerum legionum alo: qua difficultate, tu arbitrare. Non, ſi * Varronis theſauros haberem, *r* ſuſtinere ſumtum poſſem. Cùm primùm de Antonio exploratum habuero, faciam te certiorem. Tu me amabis ita, *s* ſi me hoc idem in te facere ſenſeris. III. Nonas Maij, ex caſtris, *t* Derthona. Vale.

* vide epi. 13.
l L. tibi ſe cum Ant. & ita v.c.
m q.v.c. ſe recipiatur.
n fort. & ex curſionib⁹.
o L. compulitiet.
p ſuo exercitui. & ita L.
q L. acceſ. LLS. mihi fuit quatuor millibus ampli⁹.
* id eſt, Antonij, quem hic Varronẽ per contumeliam vocat, qui Cęſaris Theſauros ad Opis depoſitos, poſt ei⁹ necem abſtulerat.
r q.v.c. ſubſiſtere ſumtui poſſem
s L. ſi hoc item me m. te. f. ſenſ.
t al. Derthoma al. Derthona.

ARGVMENTVM.

Ciceronis erga ſe merita commendat. De Antonij profectione ad Lepidum ſcribit. Dubiam Planci fidem, ſuum in Remp. ſtudium ſignificat. Eodem anno.

D. BRVTVS IMP. ET COS. DES. M. T. C. S. D. 11

EODEM exemplo literæ à te mihi redditæ ſunt, quo pueri mei attulerunt. Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſoluere difficile eſt. Scripſi tibi, quæ hic gererentur. in itinere eſt Antonius: ad Lepidum proficiſcitur: ne de Planco quidem ſpē adhuc abiecit, vt ex libellis eius animaduerti, qui in me inciderunt. In quibus quos ad Aſinium, quos ad Lepidum, quos ad Plancum mitteret, ſcribebat. Ego tamen non habui ambiguum, & ſtatim ad Plancum miſi, & biduo ab Allobrogibus, ᵞ & totius Galliæ legatos exſpecto, quos confirmatos domum remittam. Tu, quæ iſtic opus erunt adminiſtrari, proſpicies, vt ex tua voluntate, reique publicæ commodo fiant. ˣ Maleuolentiæ hominum in me ſi poteris, occurres: ſi nō poteris, hoc te conſolabere, quòd me de ſtatu meo nullis cōtumeliis deterrere poſſunt. Pridie Nonas Maij, ex caſtris, finibus* Statiellenſium.

ᵞ L. & totius Galliæ populis leg.

ˣ v. c. Maliuolentiæ.

* al. Statiellorum adde Plin. l. 3. c. 5. l. 3 l. c. 2.

ARGVMENTVM.

Ita queritur bellum ab Antonio renouatum, vt in eo nonnullam Bruti culpam videatur agnoſcere. Eodem anno.

M. T. C. D. BRVTO IMP. COS. DES. S. D. 12

TREIS vno die à te accepi epiſtolas: vnam breuem, quam Flacco Volumnio dederas: duas pleniores, quarum alteram tabellarius T. Vibij attulit: alteram ad me miſit Lupus. Ex tuis literis, & ex Græceij oratione, non modò non reſtinctum bellum, ſed etiam inflammatum videtur. Non dubito autem, pro tua ſingulari prudentia, quin perſpicias, ſi aliquid firmitatis nactus ſit Antonius, omnia illa tua præclara in remp. merita ad nihilum eſſe ventura. Ita enim Romam erat nuntiatum, ita perſuaſum omnibus, cum paucis ʸ inermibus, perterritis metu, fracto animo fugiſſe Antonium. Quod ſi ita ſe habet, vt, quemadmodū audie

ʸ l. inerti.

diebam de Græceio, confligi cum eo ſine periculo non poſſit: non ille mihi fuiſſe à Mutina videtur, ſed locum belli gerendi mutaſſe. Itaque homines alij fracti ſunt: nonnulli etiam queruntur, quòd perſecuti non ſitis. opprimi potuiſſe, ſi celeritas adhibita eſſet, z exiſtimant. OMNINO *eſt hoc populi, maximéque noſtri, in eo potiſſimùm abuti libertate, per quem eam conſecutus ſit.* Sed tamen prouidendum eſt, ne qua iuſta querela eſſe poſſit. Res ſic ſe habet. Is bellum confecerit, qui Antonium oppreſſerit. Hoc a quam habeat vim, te exiſtimare malo, quàm me apertiùs ſcribere. Vale.

z al. exiſtimatur.

a L. quam vim, habeat. & ita v.c.

ARGVMENTVM.

Tarditatem ſuam in Antonio perſequendo excuſat, quo in ſtatu res ſit, exponit. Eodem anno.

D. BRVTVS, M. T. C. S. D. 13

IAM non ago tibi gratias. *Cui enim re vix referre poſſum, huic verbis non patitur res ſatisfieri.* Attendere te volo, quæ in manibus ſunt. Qua enim prudentia es, nihil te fugiet, ſi meas literas diligenter legeris. Sequi confeſtim Antonium his de cauſis, Cicero, non potui. eram ſine equitibus, ſine iumentis: Hirtium periiſſe neſciebam. Cæſari non credebam priùs, quàm inueniſſem, & collocutus eſſem. Hic dies hoc modo abiit. b Poſtridie manè à Panſa ſum c accerſitus Bononiam. Cùm in itinere eſſem, nuntiatum mihi eſt, eum mortuum eſſe. Recurri ad meas copiolas: ſic enim verè eas appellare poſſum. Sunt extenuatiſſimæ, & inepia omnium rerum peſſimè acceptæ. Biduo me Antonius anteceſſit, itinere multò maiore fugiens, quã ego ſequens. Ille enim iit paſſim: ego ordinatim. Quacumq; iuit, ergaſtula ſoluit, homines arripuit, conſtitit nuſquàm priùs, quàm ad Vada venit. Quẽ locum volo tibi eſſe notum. Iacet inter Apenninum, & Alpeis, impeditiſſimus ad iter faciendum. Cùm abeſſem ab eo millia paſſuum triginta, & ſe iam Ventidio coniunxiſſet: contio eius

b al. Poſtero die à P.

c L. arceſſitus.

ad me eſt allata:in qua petere cœpit à militibus, vt ſe trans Alpeis ſequerentur. ſibi cum M Lepido conuenire. Succlamatum eſt, & frequenter à militibus Ventidianis(nam ſuos valde quàm paucos habet) ſibi aut in Italia pereundum eſſe, aut vincendum. Etiam orare cœperunt, vt Pollentiam iter facerent. Cùm ſuſtinere eos non poſſet; in poſterum diem iter ſuum contulit. Hac re mihi nuntiata, ſtatim quinque cohorteis Pollentiam præmiſi, meúmque iter eò contuli. hora ante præſidium meum Pollentiam venit, quàm Trebellius cum equitibus, ſanè quàm ſum gauiſus. in hoc enim victoriam puto conſiſtere. In ſpem venerant, quòd neque Planci quatuor legiones omnibus ſuis copiis pares arbitrabantur: neque ex Italia tam celeriter exercitum traiici poſſe credebant quos ipſi adhuc ſatis arroganter Allobroges, equitatúſque omnis, qui eò præmiſſus erat, à nobis ſuſtinebant: noſtroque aduentu ſuſtineri faciliùs poſſe confidimus. Tamen ſi quo etiam caſu Iſaram ſe traiecerint, nequid detrimenti reipub. iniungant, ſumma à nobis dabitur opera. vos magnum animum, optimámque ſpem *d* de ſumma repub habere volumus, cùm & nos, & exercitus noſtros ſingulari concordia coniunctos, ad omnia pro vobis videatis paratos. Sed tamen nihil de diligentia remittere debetis, daréque operam, vt quàm paratiſſimi ab exercitu, reliquiſq; rebus *e* pro veſtra ſalute contra ſceleratiſſimam conſpirationem hoſtium confligamus. qui quidem eas copias, quas diu ſimulatione reipub. cõpararant, ſubitò ad patriæ periculum conuerterunt. Vale.

d I. de ſummæ reip.

e I. pro noſtra.

ARGVMENTVM.

Reſpondet Bruti literis, de decemuiris creandis. De Octauiano: De ſua inertia: De legione Martia & Quarta, de pecuniis. De Bruti & Cæſaris præſidiis. De Africanis legionibus. De bello renouato. De

An

Antonio & Lepido. De ſuo erga Brutum ſtudio. Eodem anno.

M. T. C. D. BRVTO, IMP. COS. DES. S. P. D. 14

MIRABILITER, mi Brute, lætor, mea conſilia, meáſque ſententias à te probari de * decemuiris, *f* de adornando adoleſcente. Sed quid refert? mihi crede homini non glorioſo: planè iã, Brute, frigeo. ὄργανον enim erat meum, ſenatus. id eſt iam diſſolutum. Tantam ſpem attulerat exploratæ victoriæ tua præclara Mutina eruptio, fuga Antonij, conciſo exercitu, vt omnium animi relaxati ſint, meæq; illæ vehementes *g* contentiones, tanquam * σκιαμαχίαι eſſe videantur. Sed, vt ad rem redeam, legionem Martiam, & quartam negant, qui illas norunt, vlla conditione ad te poſſe perduci. Pecuniæ, quam deſideras, ratio poteſt haberi, eáque habebitur. De Bruto *h* accerſendo, Cæſaréq; ad Italiæ præſidium tenendo, valde tibi aſſentior. Sed, vt ſcribis, habes obtrectatores: quos equidem facillimè ſuſtineo: ſed impediunt tamen. Ex Africa legiones exſpectantur. Sed bellum iſtic renatum homines mirantur. Nihil tam præter ſpem vnquam. Nam die tuo * natali victoria nuntiata, in multa ſæcula videbamus remp. liberatam. Noui timores retexunt ſuperiora. Scripſiſti autem ad me iis, quas idibus Maiis dediſti, modò te accepiſſe à Planco literas, non recipi à Lepido Antonium. Id ſi ita eſt, omnia faciliora: ſin aliter, *i* magnum negotium: cuius exitum ne extimeſcam, tuæ partes ſunt. Ego plus, quàm feci, facere non poſſum. Te tamen, id quod ſpero, omnium maximum & clariſſimum videre cupio. Vale.

* vel creandis, vel creatis, qui conſulatus ab Antonio geſti rationẽ expoſcerent. vi. infr. ep. 20. ad At. l. 15. ep. 19. App. l. 3.

f L. de ornãdo adol.

g L. contiones.

* Vmbratiles pugnæ.

h L. arceſcẽdo.

* vide ep. 15 ad Brutum.

i q. v. c. magnum negotiũ reſtat: cuius.

ARGVMENTVM.

Laudat officium & diligentiam Bruti, magnámque ex illius & Planci coniunctione lætitiã ſenatus, & populi Romani ſignificat. Hortatur vt in tuenda repub. ſeipſum vincat. Eodem anno.

M. T. C. D. BRVTO, IMP. COS. DES. S. P. D. 15

ETSI mihi tuæ literæ iucundiſſimæ ſunt: tamen iucundius fuit, quod in ſumma occupatione tua Planco collegæ mandaſti, vt te mihi per literas excuſaret: quod fecit ille diligenter. mihi autem nihil amabilius officio tuo, & diligentia. Coniunctio tua cum collega, concordiáq; veſtra, quæ literis communibus declarata eſt, S. P. Q. R. gratiſſima accidit. Quod ſupereſt, perge, mi Brute: & iam non cum alijs, ſed tecum ipſe certa. Plura ſcribere non debeo, præſertim ad te: quo magiſtro breuitatis * vti cogito. Literas tuas vehemēter exſpecto, & quidem taleis, qualeis maximè opto. Vale.

* vide ep. 24. & 25.

ARGVMENTVM.

Commendat Lucium Aelium Lamiam in petitione Præturæ. Antonio & Dolabella Coss.

M. T. C. D. BRVTO, IMP. COS. DES. S. P. D. 16

PERMAGNI intereſt, quo tibi hæc tempore epiſtola reddita ſit: vtrum cùm ſollicitudinis aliquid haberes, an cùm ab omni moleſtia vacuus eſſes. Itaque ei præcepi, quem ad te miſi, vt tempus obſeruaret epiſtolæ tibi reddendæ. Nā quemadmodum coràm qui ad nos intempeſtiuè adeūt, moleſti ſæpe ſunt: ſic epiſtolæ offendunt, non loco redditæ. Si autem, vt ſpero, nihil te perturbat, nihil impedit: & ille, cui mandaui, ſatis ſcitè, k & commodè tempus ad te cepit adeundi: confido, me quod velim, à te facilè impetraturum. L. Lamia præturam petit. hoc ego vtor vno omnium plurimum. Magna vetuſtas, magna conſuetudo intercedit, quódque plurimùm valet, nihil mihi eius eſt familiaritate iucundius. Magno prætereà beneficio eius, magnóque merito ſum obligatus. Nam Clodianis tēporibus cùm equeſtris ordinis princeps eſſet, próque mea ſalute acerrimè propugnaret, à Gabinio conſule relegatus eſt: quod ante id tem

k q. v. c. atque commodè.

l al. ciui Romano contigit.

tempus *l* ciui Romano Romæ contigit nemini. Hoc cùm pop. Rom. meminerit, meipſum non meminiſſe turpiſſimum eſt. Quapropter perſuade tibi, mi Brute, me petere Præturam. Quamquã enim Lamia ſummo ſplendore, ſumma gratia eſt vſus magnificentiſſimo munere Aedilitio: tamen, quaſi ea ita non eſſent, ego ſuſcepi totum negotium. Nunc, ſi me tanti facis, quanti certè facis, quando equitum centurias tenes, in quibus regnas, mitte ad Lupum noſtrum, vt is nobis eas centurias cõficiat. Nõ tenebo tè pluribus. Ponam in extremo, quod ſentio. Nihil eſt, Brute, cùm omnia à te exſpectem, quod mihi gratius facere poſſis. Vale.

l al. ciui Romano contigit.

ARGVMENTVM.

Eundem iterum Lamiam commendat. Eodem anno.

M. T. C. D. BRVTO, IMP. S. D. 17

LAMIA vno omnium familiariſſimè vtor. Magna eius in me non dico officia, *m* ſed merita, eáque ſunt pop. Rom. notiſſima. Is magnificentiſſimo munere Aedilitatis perfunctus, petit Præturam: omnéſque intelligunt nec dignitatem ei deeſſe, nec gratiam. Sed is ambitus * exſtare videtur, vt ego omnia pertimeſcã, totamq; petitionem Lamiæ mihi ſuſtinendam putem. In ea re quantũ me poſſis adiuuare, facilè perſpicio: nec verò, quãtum mea cauſa velis, dubito. Velim igitur, mi Brute, tibi perſuadeas, nihil me maiore ſtudio a te petere, nihil te mihi gratius facere poſſe quàm ſi omnibus tuis opibus, omni ſtudio, Lamiam in petitione iuueris. quod vt facias, vehementer *n* te rogo. Vale.

m L. ſed merita ſunt, eáque populo R.

* L. excitari.

n L. rogo.

ARGVMENTVM.

Reprehendit in Bruto nonnullam timoris ſignificationem. Scripta poſt interfectum Hirtium & Panſam Conſules.

M. T. C. D. BRVTO, IMP. COS. DES. S. D. 18

ETSI ex mandatis, quæ Galbæ, Volumnióque ad ſenatum dediſti, quid timendum, ſuſpi-

candúmque putares, ſuſpicabamur: tamen timidiora mandata videbantur, quàm erat dignũ tua, populíque Rom. victoria. Senatus autem, mi Brute, fortis eſt, & habet forteis duces. Itaque moleſtè ferebat, ſe à te, quem omnium, quicunque fuiſſent, fortiſſimum iudicaret, timidum, atque ignauum iudicari. Etenim cùm, te incluſo, ſpem maximam omnes habuiſſent in tua virtute, florente Antonio: quis erat, qui quidquam timeret, profligato illo, te liberato? Nec verò Lepidum timebamus. Quis enim eſſet, qui illum tam furioſum arbitraretur, vt, qui in maximo bello pacem velle ſe dixiſſet, is in optatiſſima pace bellum reip. indiceret? Nec dubito, quin tu plus *o* prouideas. Sed tamen tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus, renouatio timoris magnam moleſtiam afferebat. Quare velim equidem, id quod ſpero, vt planè abiectus, & fractus ſit Antonius. Sin aliquid virium fortè collegerit: ſentiet nec Senatui conſilium, nec populo Rom. virtutem deeſſe, nec reipublicæ, te viuo, imperatorem. XIIII. Kal. Iun. Vale.

o Fort. videas.

ARGVMENTVM.

Reip. vicem timet. Vicetinos commendat. Eodẽ anno.

D. BRVTVS M. T. C. S. P. D. 19

AD ſenatum quas literas miſi, velim priùs perlegas: &, ſi qua tibi videbuntur, commutes. Neceſſariò me ſcripſiſſe, ipſe animaduertes. nã cùm putarem, quartam, & Martiam legiones mecum futuras, vt Druſo, Paulóque placuerat, vobis aſſentientibus: minùs de reliquis rebus laborandũ exiſtimaui. Nunc verò cùm ſim cum tironibus egentiſſimis, valde & meam & veſtram vicem timeam, neceſſe eſt. Vicetini me, & M Brutum præcipuè obſeruant. His nequam patiare iniuriã fieri *p* in ſenatu vernarum cauſa, à te peto. Cauſam habent optimam, officium *q* in rep. ſummum, genus hominum aduerſariorum ſeditioſum, & inertiſſimum. XII. Kalen. Iun. Vercellis. Vale.

p al. à ſenatu.
q L. in rep.

AR-

ARGVMENTVM.

Timendum Ciceroni ſe à Seguleio accepiſſe. Suadet quid faciendum ei exiſtimet. De ſe, ſuóque exercitu reſcribit. Petit literas à Cicerone. Eodem anno.

D. BRVTVS IMP. COS. DES. M. T. C. S. P. D. 20

QVOD pro me non facio, id pro te facere meus in te amor, tuaque officia cogunt, vt timeam. Sæpe enim mihi cùm eſſet dictum, neque à me contemptum, nouiſſimè Labeo Segulius, homo ſui ſimillimus, narrauit mihi, apud Cæſarem ſe fuiſſe, multúmque ſermonem de te habitũ eſſe: ipſum Cæſarem nihil ſanè de te queſtum, niſi dictum, quòd diceret te dixiſſe, laudandum adoleſcentem, ornandum, tollendum: ſe non eſſe commiſſurum, vt tolli poſſit. Hoc ego Labeonem credo illi retuliſſe, aut finxiſſe dictum, non ab adoleſcente prolatum. Veteranos verò peſſimè loqui, volebat Labeo me credere, & tibi ab iis inſtare periculum: maximéque indignari, quòd in Decemuiris neque Cæſar, neque ego habiti eſſemus: atque omnia ad veſtrum arbitrium eſſent collata. Hæc cùm *r* audiſſem, & iam in itinere eſſem, committendum non putaui priùs vt Alpeis tranſgrederer, quàm, quid iſtic ageretur, ſcirem. Nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione verborum, & denuntiatione periculi ſperare eos, *s* te perterrefacto, adoleſcente impulſo, poſſe magna conſequi præmia: & totam iſtam cantilenam ex hoc pendere, vt quàm plurimum lucri faciant. Neque tamen non te cautum eſſe volo, & inſidias *t* vitãtem. Nihil enim tua mihi vita poteſt eſſe iucundius, neq; carius. Illud vide, ne timendo magis timere cogare. Et, quibus rebus poteſt occurri veteranis, occurras. Primùm quòd deſiderant de Decemuiris, facias: *v* deinde de præmijs. Si tibi videbitur, agros militum eorum qui cum Antonio veterani fuerunt, his dandos cenſeas ab vtriſque *x* noſtrûm. De nummis, lentè, ac ratione habita

r L. audiuiſſem.

s L. te perterrefacto. & ita v.c.

t fort. vitare.

v L. deinde de præmijs, ſi tibi videtur agros.

x L. nobis

pecuniæ ſenatum de ea re conſtituturum: quatuor legionibus iis, quibus agros dandos cenſuiſtis, video facultatem fore *y* ex agris Syllanis, & agro Campano. Aequaliter, aut ſorte agros legionibus aſſignari puto oportere Hæc me tibi ſcribere non prudentia mea hortatur, ſed amor in te, & cupiditas otij, quod ſine te conſiſtere nõ poteſt. Ego, niſi valde neceſſe fuerit, ex Italia non excedam. legiones armo, paro: ſpero me non peſſimum exercitum habiturum ad omneis caſus, & impetus hominum. De exercitu, quem Panſa habuit, legionẽ mihi Cæſar non remittit. Ad has literas ſtatim mihi reſcribe, tuorúmque aliquem mitte, ſi quid reconditum magis *z* erit, méque ſcire opus eſſe *a* putaris. Vale. *b* VII. Kal. Iun. Eporædia.

y V. c. ex agris Silani, &c.

z al. fuerit.

a L. putaueris.

b al. IX. kal.

ARGVMENTVM.

Reſpondet ſuperiori epiſtolæ.

M. T. C. D. BRVTO, IMP. S. P. D. 21

c DII iſti Segulio malefaciant, homini nequiſſimo omnium, qui ſunt, qui fuerunt, qui futuri ſunt. Quid? tu illum tecum ſolùm, aut *d* cum Cæſare, qui neminem prætermiſerit, qui cum loqui potuerit, cui non eadem iſta dixerit? Te tamen, mi Brute, ſic amo, vt debeo, quòd iſtud, quidquid eſſet nugarum, me ſcire voluiſti. Signũ enim magnum amoris dediſti. Nam quod idem Segulius ait, veteranos queri, quòd tu, & Cæſar in Decemuiris non eſſetis, vtinam ne ego quidem eſſem. Quid enim moleſtius? Sed tamen, cùm ego ſenſiſſem, de iis, qui exercitus haberent ſententiã ferri oportere: iidem illi, qui ſolent, reclamarunt. Itaque excepti etiam eſtis, me vehementer repugnante. Quocirca Segulium negligamus. qui res nouas quærit: *e* non quò veterem comederit: nullam enim habuit: † *f* ſed hanc ipſam recentẽ* nouam deuorauit Quòd autem ſcribis, te, quod pro te ipſo non facias, id pro me facere, vt de me timeas aliquid: omni te, vir optime, mihíque cariſſime Brute, de* metu libero. Ego enim, quæ prouideri

c al. Dei iſti Seg.

d al. cum Cæſare locutum putas, qui.

e al. non quod.

f al. ſed quia hanc ipſ.

* vox nouam, multis videtur eſſe gloſſema.

* L. de me metu libero.

deri poterunt non fallar in iis:quæ cautionem nō habebunt:de his non ita valde laboro. Sim etenim impudens,ſi plus poſtulem, quàm homini à rerum natura tribui poteſt. Quod mihi præcipis, vt caueam ne timendo magis timere cogar:& ſapienter, & amiciſſimè præcipis. Sed velim tibi perſuadeas,cùm te conſtet excellere hoc genere virtutis,vt numquam extimeſcas,nūquam perturbêrere:me huic tuæ virtuti proxime accedere.Quamobrem neque metuam quidquam, & cauebo omnia.Sed vide,ne tua iam,mi Brute, culpa futura ſit,ſi ego quidquam timeam.tuis enim opibus, & conſulatu tuo,etiam ſi timidi eſſemus, tamen omnem timorem *g* abiiceremus: præſertim cùm perſuaſum omnibus eſſet,mihique maximè,nos à te vnicè diligi. Conſilijs tuis, quæ ſcribis de quatuor legionibus,déq; agris aſſignandis *h* ab vtriſque veſtiûm, vehementer aſſentior. Itaque cùm quidam de collegis noſtris *i* agrariam *k* curationē *i* ligurirent:diſturbaui rem, totámque vobis integram reſeruaui.Si quid erit occultius,& (vt ſcribis) reconditum, meorum aliquem mittam, quò fideliùs ad te literæ perferantur. Vale.Pridie Nonas Iunij.

g v.c. abiceremus.

h fort. ab vtroq; veſtr.

k al.rogationem.

i L. ligurrirent. vide Noni.c.2.in Ligurire, 567.

ARGVMENTVM.

Commendat Appium Claudium. Eodem anno.

M. T. C. C. BRVTO, S. P. D. 22

CVM Appio Claudio,c.f.ſumma mihi neceſſitudo eſt,multis eius officiis, & meis mutuis conſtituta.Peto à te maiorem in modum vel humanitatis tuæ, vel mea cauſa, vt eum auctoritate tua,quæ plurimum valet conſeruatum velis.Volo,te cùm fortiſſimus vir cognitus ſis, etiam clementiſſimum exiſtimari. Magno tibi erit ornamento, nobiliſſimum adoleſcentem beneficio tuo eſſe ſaluum. Cuius quidem cauſa hoc melior debet eſſe,quòd pietate adductus,propter patris reſtitutionem,ſe cum Antonio coniunxit.Quare etſi minùs veram cauſam habebis, tamen vel probabi

babilẽ aliquam poteris inducere. Natus tuus poteſt hominem, ſummo loco natum, ſummo ingenio, ſumma virtute, officioſiſſimum præterea, & gratiſſimum, incolumẽ in ciuitate retinere. Quod vt facias, ita à te peto, vt maiore ſtudio, magiſve ex animo petere non poſſim. Vale.

ARGVMENTVM.

De Repub. bene ſperandum, ſe literas à Cicerone expectare. Eodem anno.

D. BRVTVS M. T. C. S. P. D. 23

NOs hîc valemus rectè: &, quò meliùs valeamus, operam dabimus. Lepidus commodè de nobis ſentire videtur. omni timore depoſito, debemus liberè reip. conſulere. Quòd ſi omnia eſſent aliena, tamen* tribus tantis exercitibus propriis repub. valentibus, magnum animum habere *k* debebas: quem & ſemper habuiſti, & nunc fortuna * adiuuante augere potes. Quæ tibi ſuperioribus literis mea manu ſcripſi, terrendi tui cauſa homines loquuntur. Si frænum momorderis, peream, ſi te omnes, quotquot ſunt, conantem loqui ferre poterunt. Ego, tibi vt antea ſcripſi, dum mihi à te literæ veniant, in Italia morabor. Vale. VIII. Kal. Iun. Eporædia.

* Bruti, Octauiani, Planci.
k q.v.c. debebis. non plac.
* profligato iam Antonio Mutinenſi pugna.

ARGVMENTVM.

Reſpondet epiſtolæ ſuperiori, addit quid agendum ei ſit de pecunia decreta. Eodem anno.

CICERO D. BRVTO, S. P. D. 24

NArro tibi: antea ſubiraſcebar breuitati tuarum literarum. nunc mihi loquax eſſe videor. te* igitur imitabor. Quàm multa, quàm paucis? Te rectè valere, operamq; dare, vt quotidie meliùs. Lepidum commodè ſentire: tribus exercitibus quiduis nos oportere confidere. Si timidus eſſem, tamen iſta epiſtola mihi omnem metum abſterſiſſes. Sed, vt mones, frænũ momordi. etenim qui, te incluſo, omnem ſpem habuerim in te, quid nũc putas? Cupio iam vigiliam meam, Brute, tibi tradere: ſed ita, vt * ne deſim conſtantiæ meæ. Quod

* id eſt tuã breuitatem λακωνισμὸν vocat ep. ſequẽti.
* L. non.

Quod ſcribis,in Italia te moraturum, dum tibi literæ meæ veniant:ſi per hoſtem licet,non erraris. multa enim Romæ.ſin aduentu tuo bellum confici poteſt:nihil ſit antiquius. Pecunia expeditiſſima quæ erat,tibi decreta eſt.Habes *l* amantiſſimũ Seruilium. nos non deſumus. Vale.VIII.Idus Iunias.

l fort.amantiſſimũ tui.

ARGVMENTVM.

Bruti in ſcribendo breuitatem commendat. Spem reipub.in ipſo & Planco eſſe,M.Bruto nihil certi. Eodem anno.

M. T. C D. BRVTO, S. P. D. 25

EXSPECTANTI mihi tuas quotidie literas,Lupus noſter ſubitò denuntiauit,vt ad te ſcriberem,ſi quid vellem.Ego autem,etſi, quid ſcriberé, non habebam(acta enim ad te mitti ſciebam:inanem autem ſermonem literarum tibi iniucundum eſſe audiebam)breuitatem ſecutus ſum, te magiſtro.Scito igitur,in te, & in collega ſpem omnem eſſe.De Bruto autem nihil adhuc certi. quẽ ego, quemadmodum præcipis, priuatis literis ad bellũ commune vocare non deſino: qui vtinam iam adeſſet. inteſtinum vrbis malum, quod eſt non mediocre,minùs timeremus. Sed quid ago? non imitor λακωνισμὸν tuum? altera iam pagella procedit.Vince,& vale.XIIII.Kal.Quintileis.

ARGVMENTVM.

De Antonij & Lepidi coniunctione ſollicitus, legiones & ſtipendium petit. Eodem anno.

D. B. IMP. M. T. C. S. P. D. 26

IN maximo meo dolore hoc ſolatio vtor, quòd intelligunt homines,non ſine cauſa me timuiſſe iſta,quę* acciderunt.Deliberent,vtrũ traiiciant legiones ex Africa, nécne: & ex Sardinia Brutum *m* accerſant nécne:mihi ſtipendium dent,an non, decernant. Ad ſenatum literas miſi. Crede mihi,niſi iſta omnia ita fiunt quemadmodum ſcribo,magnum nos omneis adituros periculum.Ro-

* id eſt,coniunctionẽ. Lepidi cum Antonio.

m L.arceſſant.

go.

go te, videte quibus hominibus negotium detis, quid ad me legiones adducant & fide opus eſt, & celeritate. Vale. III Non. Iun. ex caſtris.

ARGVMENTVM

Beneficia à Matio accepta commemorat. Reſpondet duabus querelis Matij. Negat enim Matium ſuffragium tu'iſſe cuidam legi Cæſaris. deinde honeſtè interpretatur curationem ludorum Cæſari mortuo ab Octauiano dicatorum à Matio ſuſceptam. Antonio & Dolabella Coss.

M. T. C. C. MATIO, S. P. D. 27

NONDVM ſatis conſtitui, moleſtiæ ne plus, an voluptatis, attulerit mihi Trebatius noſter, homo cum plenus officij, tum vtriuſque noſtrûm amātiſſimus. Nā cùm in Tuſculanū veſperi veniſſem, poſtridie ille ad me, nondum ſatis firmo corpore cùm eſſet, manè venit. Quē cùm obiurgarē, quod parum *n* valetudini parceret: tum ille, nihil ſibi fuiſſe lōgiùs, quàm vt me videret. Num quidnam, inquam, noui? Detulit ad me querelam tuā: de qua priùs, quàm reſpondeo, pauca præponam. Quantum memoria repetere præterita poſſum, nemo eſt mihi te amicus antiquior, SED * VETVSTAS HABET ALIQVID COMMVNE CVM MVLTIS: *amor nō habet*. Dilexi te, quo die cognoui: meque à te diligi iudicaui. Tuus deinde * diſceſſus, iſq; diuturnus, ambitio noſtra, & vitæ diſſimilitudo nō eſt paſſa volūtates noſtras cōſuetudine cōglutinari. Tuū tamē erga me animū agnoui, multis annis ante bellū ciuile, cùm Cæſar eſſet in Gallia. Quod .n. vehementer mihi vtile eſſe putabas, nec inutile ipſi Cæſari, perfeciſti, vt ille me diligeret, coleret, haberet in ſuis. Multa prætereo, quæ temporibus illis inter nos familiariſſimè dicta, ſcripta, cōmunicata ſunt: grauiora enim *o* ſunt conſecuta. Et initio belli ciuilis cùm Brundiſium verſus ires ad Cæſarem, veniſti ad me in Formianum. Primùm hoc ipſum quanti, præſertim tēporibus illis? Deinde oblitum me putas conſilij, ſermonis, humanitatis

n v. c. valitudini.

* vetuſtas pro veteri amicitia, vt ſuprà, ep. 16

* in Galliā Cæſarē pro conſulem ſecutus.

o q. v. c. ſecutus. L.

tatis tuæ? quibus rebus intereſſe memini Trebatium: Nec verò *p* oblitus ſum literarum tuarum, quas ad me miſiſti, cùm Cæſari obuiam veniſſem in agro, vt arbitror, Trebulano. Secutum illud tempus eſt, cùm me ad Pompeium proficiſci, ſiue pudor meus coëgit, ſiue officiũ ſiue fortunã. Quod officium tuum, quod ſtudium vel in abſentem me, *q* vel in præſenteis meos defuit? quem porrò omnes mei & mihi, & ſibi te amiciorem iudicaue runt? Veni Brundiſium. oblitúmne me putas, qua celeritate, vt primum audieris, ad me Tarento aduolaris? quæ tua fuerit *r* aſſeſſio, oratio, confirmatio animi mei, fracti communium miſeriarum metu? Tandem aliquando Romæ eſſe cœpimus. quid defuit *s* noſtræ familiaritati in maximis rebus? Quónam modo me gererem aduerſus Cæſarem, vſus tuo cõſilio ſum. In reliquis officiis, cui tu tribuiſti, excepto Cæſare, præter me, vt domum ventitares, horáſque multas ſæpe ſuauiſſimo ſermone conſumeres? *t* tũ cùm etiã, ſi meminiſti, vt hæc* φιλοσοφούμενα ſcriberẽ, tu me impuliſti. Poſt Cæſaris reditũ, quid tibi maiori curæ fuit, quàm vt eſſem ego illi quã familiariſſimus? quod effeceras. Quorſum igitur hæc oratio longior, quàm putarã? quia ſum admiratus, te, qui hoc noſſe deberes, quidquã à me cõmiſſum, quod eſſet *v* alienũ à noſtra amicitia credidiſſe. Nã præter hæc quæ cõmemoraui, quę teſtata ſunt, & illuſtria, habeo multa occultiora, quę vix verbis exequi poſsũ. Omnia me tua delectãt: ſed maximè, maxima cũ fides in amicitia conſiliũ grauitas, cõſtantia: tũ lepos, humanitas, literæ. Quapropter redeo nunc ad querelam. Ego te ſuffragiũ tuliſſe * in illa lege, primùm nõ credidi: deinde, ſi crediſsẽ, nũquã id, ſiue aliqua iuſta cauſa exiſtimarẽ te feciſſe. Dignitas tua facit, vt animaduertatur, quidquid facias: *x* maleuolẽtia autẽ hominũ, vt nõnulla duriùs, quã à te facta ſint, proferantur

p q.v.c. ſum oblitus lit.

q Lam. vel in præſentẽ defuit?

r al. acceſſio.

s L. noſtræ familiaritati? in maximis reb. quonã modo, &c.

t L. cũ etiá tum ſi memin.

* libros de Finib. Tuſcul. quæſtiones. De Diuinatione & alia quæ ſcripſerat afflicta republ.

v v.c. alienũ noſtra amic. & ita L.

* putat Manutius legẽ ſignificari quam Cæſar (vt ſcripſi: 3. de bello ciuili) pro debitoribus tulit: vt arbitri darẽtur, per quos fierẽt aſtimationes poſſeſſionum & rerum quãtiqueq; earũ ante bellũ fuiſſent. vide infr. epiſt. 28. vbi conqueritur Matius lege Cæſaris rem familiarem eſſe diminutam.

x v. c. maliuolentia autem.

ferantur. Ea ſi tu non audis: quid dicam, neſcio. equidem, ſi quando audio, tam defendo, quàm me ſcio à te *y* contra iniquos meos ſolere defendi. Defenſio autem eſt duplex. Alia ſunt, quæ *z* liquidò negare ſoleam: *ut de iſto ipſo ſuffragio.* alia, quæ defendam à te piè fieri, & humanè: *ut de curatione ludorum* Sed te, hominem doctiſſimum, non fugit, ſi Cæſar rex fuerit, quod mihi quidem videtur, in vtramque partem de tuo officio diſputari poſſe: vel in eam, qua ego vti ſoleo, laudandam eſſe fidẽ, & humanitatẽ tuam, qui amicum etiam mortuum diligas: vel in eam, qua nonnulli vtuntur, LIBERTATEM PATRIAE VITAE *amici anteponendam.* Ex his ſermonibus vtinam eſſent delatæ ad te diſputationes meæ. Illa verò duo, quæ maxima ſunt *a* laudum tuarum, quis aut libentiùs, quàm ego, commemorat, aut ſæpius: te, & nõ ſuſcipiendi belli ciuilis grauiſſimũ auctorẽ fuiſſe, & moderandę victoriæ? in quo, qui mihi aſſentiretur, inuẽni neminem. Quare habeo gratiã Trebatio, familiari noſtro, qui mihi dedit *b* cauſam harum literarũ: quibus niſi crederis, me omnis officij & humanitatis expertem iudicaris: quod nec mihi grauius quidquam poteſt eſſe, nec à te alienius. Vale.

y L. contra inimicos meos.
z L. aliquádo.
a q. v. c. laudium tuar.
b fort. an ſam. har.

ARGVMENTVM.

Reſpondet ſuperiori epiſtolæ, purgátque ſe aduerſus vituperatores ſuos.

C. MATIVS M. T. C. S. P. D. 28

MAGNAM voluptatem ex tuis literis cepi, quòd, quam ſperaram, atque optaram, habere te de me opinionẽ, cognoui. De qua etſi nõ dubitabã, tamen, quia maximi æſtimabã, vt incorrupta maneret, laborabã. Conſcius autem mihi erã, nihil à me cõmiſſum eſſe, quod boni cuiuſquã offenderet animũ. Eò minùs credebã, plurimis, atq; optimis artibus ornato tibi temere quidquã perſuaderi potuiſſe, præſertim in quem mea propenſa, & perpetua fuiſſet atque eſſet beneuolentia. Quod *d* quando, vt volui, ſcio eſſe: reſponde-

c v. c. beniuolentia.
d v. c. quoniã, & ita L.

debo criminibus quibus tu pro me, vt par erat, e tua ſingulari bonitate & amicitia noſtra ſæpe reſtitiſti. Nota enim mihi ſunt, quę in me poſt Cęſaris mortem contulerint. Vitio mihi dant, quòd mortem hominis neceſſarij grauiter fero: atque eum, quem dilexi periiſſe, indignor. * Aiunt enim, PATRIAM AMICITIAE PRAEPONENDAM eſſe: *f* perinde ac ſi iam vicerint, obitum eius reipub. fuiſſe vtilem. Sed non agam aſtutè. Fateor me ad iſtum gradum ſapientiæ non *g* perueniſſe. Neq; n. Cęſarē in diſſētione ciuili ſum ſecutus, ſed amicum, quamquam re offendebar, tamen nō deſerui: neque bellum vmquam ciuile, aut etiā cauſam diſſentionis probaui: quam etiam naſcentē extingui, ſummè ſtudui. Itáque in victoria hominis neceſſarij, neque honoris, neque pecuniæ dulcedine ſum captus: quibus præmiis reliqui, minùs apud eum, quàm ego, cùm poſſem, immoderatè ſunt abuſi. Atque etiam res familiaris mea * lege Cæſaris *h* diminuta eſt: cuius beneficio plerique, qui Cæſaris morte lætantur, remanſerunt in ciuitate ciuibus victis, vt parceretur, æquè ac pro mea ſalute, laboraui. Poſſum igitur, qui omneis voluerim incolumeis eum à quo id impetratum eſt, *i* periiſſe non indignari: cùm præſertim iidem homines illi & inuidiæ, & exitio fuerint? *k* plecteris ergo, inquiunt, quando factum noſtrum improbare audes. O ſuperbiam inauditam! alios in facinore gloriari, aliis ne dolere quidem impunè licere. At hæc etiam ſeruis ſemper libera fuerunt, timerent, *l* gauderent, dolerent ſuo potiùs, quàm alterius arbitrio, quæ nunc iſti, vt quidem dictitant, libertatis auctores, metu nobis extorquere conantur. Sed nihil agunt. Nullius vmquam periculi terroribus ab officio, aut ab humanitate deſciſcam. NVMQVAM ENIM HONESTAM MORTEM FVGIENDAM SAEPE ETIAM APPETENDAM putaui. Sed quid mihi *m* ſuccenſent, ſi id opto, vt pœniteat eos ſui facti? Cupio enim, Cæſaris mortem

e fort. pro tuia ſingul.

* Vict. patriæ amicitiam al. vt patriæ libertatem.

f L. proinde.

g L. veniſſe.

* diximus in epiſtola ſuperiori.

h L. deminuta eſt.

i L. periſſe. & ita v.c.

k al. plecteris.

l v.c. dolerent, gauderent ſuo pot.

m v.c. ſuccēſent.

al. pro viri li. tem omnibus eſſe acerbã. 2 At debeo pro * ciuili partem remp. velle ſaluam. Id quidem me cupere, niſi & antè acta vita, & reliqua mea ſpes, tacente me, probat, dicendo vincere non poſtulo. Quare maiorem in modum te rogo, vt rem potiorem oratione ducas: mihíque ſi ſentis expedire, rectè fieri, credas nullam cõmunionem cum improbis eſſe poſſe. An quod adoleſcens præſtiti, *cùm etiam errare cum excuſatione poſſem*, id nunc, ætate præcipitata commutem, ac me ipſe retexam? Non faciam: neq; quod diſpliceat, committã, præterquam quod hominis coniunctiſſimi, ac viri ampliſſimi doleo grauem caſum. Quod ſi aliter eſſẽ animatus: numquam quod facerem, negarem: ne & in peccando improbus, & in diſſimulando timidus, ac vanus exiſtimarer. At ludos, quos Cæſaris victoriæ Cæſar adoleſcens fecit, curaui. At id ad priuatum officium, non ad ſtatum reipu. pertinebat. Quod tamen munus & hominis amiciſſimi memoriæ, *n* ac honoribus præſtare, etiã mortui, debui: & optimæ ſpei, adoleſcenti, † ac digniſſimo *o* Cæſari petenti negare non potui. Veni etiam conſulis Antonij ſæpe domum, ſalutandi cauſa: ad quem, qui me parum patriæ amãtem eſſe exiſtimant, rogandi quidem aliquid, aut auferendi cauſa, frequenteis ventitaſſe reperies. Sed quæ hæc eſt arrogantia, quòd Cæſar numquã interpellauit, quin, quibus vellem, atq; etiã quos ipſe non diligebat, tamen iis vterer: eos qui mihi amicum eripuerunt, carpendo me efficere, conari, ne quos velim, diligam? Sed non vereor ne aut meæ vitæ modeſtia parum valitura ſit in poſterũ contra falſos rumores: *p* aut etiam ij, qui me non amant, propter meam in Cæſarem cõſtantiam, nõ malint mei, quàm ſui ſimileis amicos habere. Mihi quidem ſi optata contingent: quod reliquum eſt vitæ in otio Rhodi degam, ſin caſus aliquis interpellarit: ita ero Romæ, vt rectè fieri ſemper cupiã. Trebatio noſtro magnas gratias ago, quòd tuum

n l. atque honorib.

o l. Cæſare.

p l. aut ne etiã ij, qui.

tuum erga me animum ſimplicem, atque amicum aperuit: & quòd eum, quem ſemper dilexi lubenter, quo magis iure colere, atque obſeruare deberem. Fecit. Bene vale, & me dilige.

ARGVMENTVM.

Proficiſcens in Græciam, res ſuas Oppio commendat, commemoratis antè beneficiis ab eo acceptis. Antonio & Dolabella Coſſ.

M. T. C. M. OPPIO, S. 29

DVBITANTI mihi (quod ſcit Atticus noſter) de hoc toto conſilio * profectionis, quod in vtramque partem in mentem multa veniebant, magnum pondus acceſſit ad tollendam dubitationem, iudicium, & conſilium tuum. Nam & ſcripſiſti apertè, quid tibi videretur: & Atticus ad me ſermonem tuum pertulit. Semper iudicaui, in te & in ca[p]iendo conſilio prudentiam ſummam eſſe, & in dando fidem: maximéque ſum expertus, cùm initio ciuilis belli per literas te conſuluiſſem, quid mihi faciendum eſſe cenſeres: cumdúmne ad Pompeium, an manendum in Italia. Suaſiſti, vt conſulerē dignitati meæ. ex quo, quid ſentires, intellexi: q & ſum admiratus * fidem tuam, & in conſilio dando religionem: quod cū aliud malle * amiciſſimū tuū putares, antiquiùs tibi officiū meū, quā illius voluntas fuit. Equidē & ante hoc tempus te dilexi, & ſemper me à te diligi ſenſi. Et cū abeſſem, atque in magnis periculis eſſē: & me abſentē, & meos præſenteis à te cultos, & defenſos eſſe, memini. Et poſt meū reditum quā familiariter mecū vixeris, quæque ego de te & ſenſerim, & prædicarim, omnes, qui ſolēt hęc animaduertere, teſteis habemus. Grauiſſimum verò iudicium de mea fide, & de conſtantia feciſti, cū, poſt mortem Cæſaris, totum te ad amicitiam meam contuliſti. Quod tuum iudicium, niſi mea ſumma r beneuolentia erga te, omnibúſque meritis comprobaro, ipſe me hominem non putabo. Tu, mi Oppi, conſeruabis amorem tuum (etſi mo-

*in Græciā.

q L. ſúmque admiratus & fidem t.

* al. tuam in conſilio dando & religionem.

* id eſt, Cæſarem.

r v.c. beniuolentia.

re magis hoc quidem ſcribo, quàm quo te admonendum putem) meáque omnia tuebere: quæ tibi ne ignota eſſent Attico mandaui: à me autem, cùm paulùm otij nacti erimus, vberiores literas exſpectato. Da operam vt valeas. hoc mihi gratius facere nihil potes.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD Familiareis, Liber XII. Ad C. Caſſium, & alios.

ARGVMENTVM.

Dolabellæ facinus laudat. Queritur, tyranno Cæſare extincto, tyrannide adhuc ſublatam non eſſe. Hortatur Caſſium vt vnà cum Bruto rempubl. liberet.
Antonio & Dolabella Coſſ.

M. T. C. G. CASSIO, S. P. D. I

FINEM nullũ facio, mihi crede, Caſſi, de te, & de Bruto noſtro, id eſt, de tota rep. cogitandi: cuius omnis ſpes in vobis eſt, & in D. Bruto. Quã quidem iam habeo ipſe meliorem, republ. à Dolabella meo præclariſſimè geſta. Manabat enim illud malum vrbanũ, & ita corroborabatur quotidie, vt ego quidẽ & vrbi & otio diffiderem vrbano. Sed ita cõpreſſum eſt, vt *a* mihi videamur omne iam ad tempus ab illo duntaxat* ſordidiſſimo periculo tuti futuri. Reliqua, magna ſunt, & multa: ſed poſita omnia ſunt in vobis, quamquã primum quidque explicemus. Nam, vt adhuc quidem actum eſt, non regno, ſed rege liberati videmur; * interfecto enim, rege, regios omneis nutus *b* tuemur. Neq; verò id ſolùm, ſed etiã, quæ ipſe ille ſi viueret, nõ faceret, ea nos quaſi cogitata ab illo probamus. Nec eius quidem rei finem

a al. vt videamur omne
* al. fœdiſſimo.
* hic Att. 14. euiſt. ſublato tyranno. tyrannidem intueri videmur.
b [illegible] intuemur.

finem video. Tabulæ figuntur: immunitates dantur:pecuniæ maximæ deſcribuntur:exules reducũtur:ſenatúſconſulta falſa referuntur: vt tantummodo odium illud hominis impuri, & ſeruitutis dolor depulſus eſſe videatur reſp. iaceat in his perturbationibus, in quas eam ille coniecit. Hæc omnia vobis ſunt expedienda. nec hoc cogitandum ſatis iã habere remp. à vobis. Habet illa quidẽ tantũ,quantũ nunquam mihi in mentem venit optare,ſed contenta non eſt, & pro magnitudine & animi,& beneficij veſtri à vobis magna deſiderat. Adhuc vlta ſuas iniurias eſt per vos, interitu tyranni:nihil amplius. Ornamenta verò ſua quæ recuperauit? an quod ei mortuo paret, quem viuum ferre non poterat? d cuius æra refigere debebamus,eius etiam chirographa defendimus? At enim ita decreuimus. Fecimus id quidẽ temporib. cedentes: quæ valent in rep. plurimũ. Sed immoderatè quidam,& ingratè noſtra facilitate abutũtur. Verum hæc propediem,& multa alia coràm. Interim velim ſic tibi perſuadeas,mihi cũ reipub. quam ſemper habui cariſſimam,tum amoris noſtri, cauſa,maximæ curæ eſſe tuam dignitatem. Da operam,vt valeas.

c L.diſcribuntur.al. diſtribuuntur.

d fort. an quòd, cuius æra ref.al. aram. vt II. ep.Fam. epiſt.7.

ARGVMENTVM.

Inuehitur in Antonij immoderatam potentiam,reipu. ſtatum deſcribit: Eodem anno.

M. T. C. CASSIO, S. P. D. 2

VEHEMENTER lætor,tibi probari ſententiam, & orationem meam:qua ſi ſæpius vti liceret, nihil eſſet negotij libertatẽ,& rempu. recuperare. Sed homo * amens & perditus,multũq; nequior, quã ille ipſe,quẽ tu nequiſſimũ occiſũ eſſe dixiſti, cædis initiũ quærit:nullãnq; aliã ob cauſam me * auctorẽ fuiſſe Cæſaris interficiendi criminatur, niſi,vt in me veterani incitentur. Quod ego periculũ non extimeſco, modo facti veſtri gloriam cũ mea laude e cõmunicẽ. Ita * nec Piſoni, qui in eũ primus inuectus eſt,nullo aſſentiẽte,nec mihi qui

* Antonius.

* vid. ep. ... ſequentem.

e L.communicet. & ita v.c.

* vide Phi. 1.& 5.

idem triceſimo pòſt die feci: nec P. Seruilio, qui me eſt conſecutus, tutò in ſenatũ venire licet. Cędem enim * gladiator quærit, ciúſque initium *f* ad XIII. Kal. Octobr. à me ſe facturum putauit. * Ad quã paratus vénerat, cùm in villa * Metelli * cõplureis dies cõmentatus eſſet. Quæ autẽ in luſtris, & in vino commentatio potuit eſſe? Itaque omnibus *g* eſt viſus, vt ad te antea ſcripſi, ſuo more vomere, non dicere. Quare quòd ſcribis te confidere, auctoritate, & eloquentia noſtra aliquid profici poſſe: non nihil, vt in tantis malis eſt profectũ. Intelligit enim popu Ro. * treis eſſe cõſulareis, qui, quia quę de rep. bene ſenſerint, liberè locuti ſunt, tutò in ſenatũ venire nõ poſſint. Nec eſt prætereà quòd quidquã exſpectes. Tuus enim * neceſſarius affinitate noua delectatur. Itaque iam non eſt ſtudioſus ludorũ, infinitóq; fratris tui plauſu *h* diſrũpitur. Alter item affinis nouis cõmentariis Cæſaris delinitus eſt. Sed hæc tolerabilia: illud non ferendum, quòd eſt, qui veſtro anno conſulẽ filium ſuũ futurũ putet, ob eamq; cauſam ſe huic latroni deſeruire præ ſe ferat. Nã L. Cotta familiaris meus, fatali quadã deſperatione, vt ait, minùs in ſenatũ venit. L. Cæſar, optimus, & fortiſsimus ciuis, *i* valetudine impeditur. Seru. Sulpicius & ſumma auctoritate, & optimè ſentiens, nõ adeſt. Reliquos, * exceptis deſignatis, ignoſce mihi, ſi nõ numero conſulareis. Habes auctores cõſilij publici: qui numerus etiam bonis rebus, exiguus eſſet, quid cenſes perditis? Quare ſpes eſt omnis in vobis: qui ſi idcirco abeſtis, vt ſitis in tuto: ne in vobis quidẽ. ſin aliquid dignum veſtra gloria cogitatis: velim ſaluis nobis. ſin id minùs, res tamen publica per vos breui tempore ius ſuum *k* recuperabit. Ego tuis neque deſum, neque deero. *l* qui ſiue ad me referent, ſiue non: mea tibi tamen *m* beneuolentia, fidéſque præſtabitur. Vale.

* vide Philip. 7.
f L. a. d. XIII. Kal.
* al. at quã. al. atque. al. ad quem.
* Tiburtina quam Antonius occupauerat. Philip. 5.
* ſepremdecim Phil. 5.
g v. c. viſus eſt, & ita L.
* L. Piſonẽ, qui primus, Ciceronẽ, qui ſecundus P. Seruilium, qui tertius eſt in Antoniũ inuectus.
* M. Lepid. qui vxorem habebat ſororem M. Bruti, vnã, alteram Caſsius.
h L. diſrumpitur. vide 14. Att. ep. 2.
i v. c. valitu.
* Hirtio & Panſa.
k L. recipe-rabit. & ita v. c.
l fort. qui ſi ne ad me quidem referent, mea tibi t.
m v. c. beniuolentia.

ARGVMENTVM.

In Antoniũ iterũ inuehitur. Spem eſſe in Caſsio ſcribit.

Eodem anno. M. T. C.

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D. 3

AVGET tuus amicus furorem in dies: primùm in * ſtatua quam poſuit in Roſtris, inſcripſit, PARENTI OPT. MER. vt non modò ſicarij, ſed iam etiam *n* parricidæ iudicemini. quid dico, iudicemini? iudicemur potiùs. Veſtri enim pulcherrimi facti ille furioſus me principē dicit fuiſſe. Vtinam quidem fuiſſem: moleſtus nobis eſſet. Sed hoc *o* veſtrum fuit: quod quando præteriit, vtinam haberem *p* quid darem vobis conſilij. Sed ne mihi quidem ipſi reperio, quid faciendum ſit. *Quid enim eſt, quod contra vim ſine vi fieri poſſit?* Conſilium autem omne hoc eſt illorum, vt mortem Cęſaris perſequantur. Itaque ante diē *q* ſext. Non. Octob. productus in contionem à * Canutio, turpiſſimè ille quidem diſceſſit: ſed tamen ea dixit de conſeruatoribus patriæ, quæ dici deberent de proditoribus De me quidem *r* non dubitanter, quin omnia de meo conſilio & vos feciſſetis, & Canutius faceret. Cetera cuiuſmodi ſint, ex hoc iudica, quòd legato tuo viaticum eripuerunt. Quid eos interpretari putas, cùm hoc faciunt? Ad hoſtem ſcilicet portari. O rem miſeram! *domum ferre non poſſumus:* * *conſeruo ſeruimus.* Et tamen, me quidem fauente magis, quàm ſperante, etiam nunc reſidet ſpes in virtute tua. Sed vbi ſunt copiæ? De reliquo, malo teipſum loqui tecum, quàm dicta noſtra cognoſcere. Vale.

* ea fuit Cæſaris à Dolabella euerſa. 14. Att. 17.
n L. patricidæ.
o al. veſtrum eſt.
p q. v. c. quid vobis darē conſilij.
q L. VI. Nonas.
* tribuno Plebis, quē poſtea necauit Octauianus. Velleius. l. 2. Suet. de claris Rheto. Dio. 48.
r L. nō dubitāt, quin.
* Antonio.

ARGVMENTVM.

De Antonij nequitia. De populo. De ſenatu. De legatis ad Antonium miſſis. De Caſſio. Hirtio & Panſa Coss.

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D. 4

VELLEM idibus * Martiis me ad cenā inuitaſſes, reliquiarū nihil fuiſſet. *s* Nūc me reliquiæ veſtræ exercent, & quidē præter ceteros me: quāquam egregios * cōſules habemus: ſed turpiſſimos conſulares: ſenatū fortem, ſed infimo quēque honore fortiſſimum. Populo verò nihil fortius, nihil

* idem ſuprà lib. 10. ep. 28.
s L. Nunc reliquiæ nos exercent.
* Hirtium & Panſam.

meliùs, Italiáque vniuerſa. Nihil autem fœdius Philippo, & Piſone. *t* legatis, nihil flagitioſius: qui cùm eſſent miſſi, vt Antonio ex ſenatus ſententia certas * res nuntiarent: cùm ille earum rerum nulli paruiſſet, vltrò ab illo ad nos intolerabilia poſtulata retulerunt. Itáque ad nos concurritur: factíque iam in re * ſalutari populares ſumus. Sed tu quid ageres, quid acturus, vbi denique eſſes, neſciebam. Fama nuntiabat te eſſe in Syria: auctor erat nemo. De Bruto, quo propiùs eſt, eò firmiora videntur eſſe, quæ nuntiantur. Dolabella valde vituperabatur ab hominibus nõ inſulſis, quòd tibi tam citò ſuccederet, cùm tu vix dum triginta dies in Syria fuiſſes. Itáque cõſtabat eum recipi in Syriam non oportere. Summa laus & tua, & Bruti eſt, quod exercitum præter ſpem exiſtimamini comparaſſe. Scriberé plura, ſi rem, cauſá ſque noſſem. Nunc quæ ſcribo, ſcribo ex opinione hominum, atque fama. Tuas literas auidè exſpecto. Vale.

t vox legatis, abeſt à q.v.c.
* vt Mutinæ obſidionem relinqueret
* multi in re pernicioſa fuerunt populares, Gracchi, Clodius, Cęſar.

ARGVMENTVM.

M. Bruti laudibus Caßium accendit. Addit de Mutinenſi bello. De ſtatu Reip. Eodem anno.

M. T. C. CASSIO, S. P. D. 5

HYEMEM credo adhuc prohibuiſſe, quo minus de te certum haberemus, quid ageres, maximéque vbi eſſes. Loquebantur omnes tamen, credo, quòd volebant in Syria te eſſe: habere copias. Id autem facilius credebatur, quia ſimile vero videbatur. Brutus quidem noſter egregiam laudem eſt conſecutus. Res enim tãtas geſſit, támq; inopinatas, vt eę, cùm per ſe gratæ eſſent: tum gratiores propter celeritatem. Quòd ſi tu ea tenes, quę putamus: magnis ſubſidiis fulta reſp. eſt. A prima enim ora Græciæ, * vſque ad * Aegyptum optimorum ciuium imperiis muniti erimus, & copiis. Quãquam, niſi me fallebat, res ſic ſe habebat, *u* vt totius belli omne diſcrimẽ in D. Bruto poſitum videretur: qui ſi, vt ſperabamus, erupiſſet Mutina, nihil

* quam tenebat Brutus.
* quam tenebat Caſſius.
v al. vt omne totius belli diſcr.

nihil belli reliquum fore videbatur. Paruis omninò iam copiis obſidebatur, quòd magno præſidio Bononiā tenebat Antonius. Erat autē * Cliternæ noſter Hirtius: ad Forū,* Cornelīū Cæſar: vterque cum firmo exercitu magnáſque Romæ Panſa copias x delectu Italiæ compararat. Hyēs adhuc rem geri prohibuerat. Hirtius nihil niſi cōſideratè, vt mihi crebris literis ſignificaturus videbatur. Præter Bononiā & Rhegium Lepidi, Parmā, totā Galliam tenebamus, ſtudioſiſſimā reipu. y Tuos etiā clienteis Tranſpadanos mirificè coniunctos cum cauſa habebamus. Erat firmiſſimus ſenatus exceptis conſularibus: ex quibus vnus L. Cæſar * firmus eſt, & rectus. Ser. Sulpitij morte, magnum præſidiū amiſimus. Reliqui partim inertes, partim improbi: nonnulli inuident eorum laudi, quos in rep. probari vident. Populi verò R. totiuſq; Italiæ mira cōſenſio eſt. Hæc erant ferè, quæ tibi nota eſſe vellem. Nunc autem opto, vt ab iſtis Orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat. Vale.

* Cliternæ Pli. Strabo.
* quod poſtea Longobardorum temporibus Imola vocatum eſt.
x L. ex dilectis Ital. comp.
* al. comparat.
y L. tuos enim client.
*ſuprà ep. 8.

ARGVMENTVM.

Commendat Strabonem. In Caſſio & M. Bruto, ſi res ad Mutinam malè geratur, ſpem omnem reipub. ſitam eſſe dicit. Eodem anno.

M. T. C. CASSIO, S. P. D. 6

QVI ſtatus rerū fuerit, tum, cū has literas dedi, ſcire poteris ex C. Titio Strabone, viro bono, & optimè de rep. ſentiente. nā quid dicam, cupidiſſimo tui, qui domo, & fortunis relictis ad te potiſsimum profectus ſit? Itáque eum tibi ne cōmendo quidē: aduentus ipſius ad te ſatis eum cōmendabit. Tu velim ſic exiſtimes, tibíque perſuadeas, omne perfugiū honorum in te, & Bruto eſſe poſitum, ſi, quod nolim aduerſi quid euenerit. Res, cū hæc ſcribebam, erat in extremū z deducta diſcrimen. Brutus enim Mutinæ vix iam ſuſtinebat. Qui ſi conſeruatus erit vicimus: a ſin (quod dij omen auertant) omnis omnium curſus eſt ad

z L. adducta diſcr. & ita v. c.
a al. ſin oppreſſus erit (quod dij &c.

vos. Proinde fac tantū animum habeas,tantúmq; apparatum quanto opus eſt ad vniuerſam rempu. recuperandam.Vale.

ARGVMENTVM.

De his quæ in ſenatu & ad populum Caſsij nomine egerit Eodem anno.

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D. 7

* Philip.II. *Cōtio hæc non extat.

QVANTO ſtudio dignitatem tuam, & * in ſenatu,& * ad populum defenderim, ex tuis te malo, quā ex me, cognoſcere. Quæ mea ſententia in ſenatu facilè valuiſſet, niſi Panſa vehementer obſtitiſſet. Ea ſententia dicta productus ſum in contentionem à tribuno plebis, M.Seruilio. Dixi de te, quæ potui,tanta cōtentione quātū forum eſt,tanto clamore.conſenſúque populi, vt nihil vnquam ſimile viderim. Id velim mihi ignoſcas,quòd inuita * ſocru tua fecerim. Mulier timida verebatur, ne Panſæ animus offenderetur. In contione quidem Panſa dixit,matrem quoque tuā,&* fratrē illā à me ſententiā noluiſſe dici.Sed me hæc non monebant:alia malebā. Fauebam & reipu. cui ſemper faui,& dignitati, ac gloriæ tuæ. Quòd autē, & in ſenatu plurib. verbis diſſerui, & dixi in cōtione.in eo velim fidem meā liberes. Promiſi enim, & prope confirmaui,te nō exſpectaſſe,nec exſpectaturū decreta noſtra:ſed teipſū tuo more rēp. defenſurum. &, quāquam nihildū audieramus,nec vbi eſſes, nec quas copias haberes:tamē ſic ſtatuebā,omneis, quæ in iſtis partib. *b* eſſent opes,copiáſque tuas eſſe: per téq; Aſiam prouinciam cōfidebam iam reip.recuperatam.Tu fac in augenda gloria teipſum vincas.Vale.

*Seruilia Catonis Vticenſis ſorore,M.Bruti matre, & Tertulliæ Caſsij vxoris. * Caſsium. b fort.eſſēt, opes copiæque.

ARGVMENTVM.

Renouatum eſſe Lepidi ſcelere bellum Caſsium hortatur ad remp. liberandam. Eodem anno.

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D. 8

* qua ſe Lepidus cum Antonio cō iunxerat. * Victo ad Mutinam Antonio.

SCELVS * affinis tui,Lepidi,ſummāq;leuitatē,& incōſtantiā,ex actis quæ ad te mitti certò ſcio, cognoſſe te arbitror. Itáq; nos, * confecto bello, vt arbitrabamur renouatū bellū gerimus : ſpēque

omnẽ in D. Bruto,& Planco habemus: ſi verum quæris in te,& in meo Bruto non ſolũ ad præſens perfugiũ,ſi (quod nolim) aduerſi quid acciderit, ſed etiã ad cõfirmationẽ perpetuæ lib rtatis. Nos hìc de Dolabella audiebamus,quæ vellemus: ſed certos auctores nõ habebamus. Te quidẽ magnũ hominem,& præſenti iudicio,& reliqui temporis exſpectatione ſcito eſſe. Hoc tibi propoſito, fac vt ad ſumma contendas. Nihil eſt tantũ,quod nõ P. R. à te perfici,atq; obtineri poſſe iudicet. Vale.

ARGVMENTVM.

Iterum Lepidi cum Antonio belli renouandi nouam dediſſe cauſam queritur. Caſsium in Italiam ad Remp liberandam vocat. Eodem anno.

M. T. C CASSIO, S. P. D. 9

BREVITAS tuarum literarũ me quoq; breuiorẽ in ſcribendo facit:& verè vt dicã nõ ſatis occurrit,quid ſcribam noſtras enim res in actis perferri ad te certò ſcio tuas autẽ ignoramus. Tanquam enim clauſa ſit Aſia, ſic nihil perfertur ad nos,præter rumores de oppreſſo Dolabella,ſatis illos quidẽ conſtanteis,ſed adhuc ſine auctore. Nos,confectum bellũ cùm putaremus, repente à Lepido tuo in ſummam ſollicitudinem adducti ſumus. Itáque perſuade tibi maximam reip ſpem in te,& in tuis copiis eſſe. Firmos omnino exercitus hab mus,ſed tamen, vt omnia (vt ſpero) proſperè procedant,multum intereſt te venire. Exigua eſt enim ſpes reipubl nam nullam non libet dicere: ſed quæcumque eſt, ea deſpondetur anno conſulatus tui. Vale.

ARGVMENTVM.

Lepidũ hoſtẽ à Senatu iudicatũ. Caſſij cũ exercitu aduẽtum in Italiam omnino exoptari ſcribit. Eod. an.

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D. 10

LEPIDVS, tuus affinis, meus familiaris, Pridie kalendas Quinctileis ſententiis omnibus hoſtis à ſenatu iudicatus eſt: ceteríque, qui vnà cũ illo à rep. defecerũt: quib. tamen ad ſanitatem

redeun

redeundi ante Kal. Septem. poteſtas facta eſt. Fortis ſanè ſenatus, ſed maximè ſpe ſubſidij tui. Bellum quidem, cùm hæc ſcribebam, ſanè magnum erat, ſcelere, & leuitate Lepidi. Nos de Dolabella quotidie, quæ volumus, audimus: ſed adhuc ſine capite, ſine auctore, rumore, nuntio. Quod cùm ita eſſet, tamē literis tuis, quas Nonis Maiis ex caſtris datas acceperamus, ita perſuaſum erat ciuitati, vt illum iam oppreſſum omnes arbitrarētur, te autē in Italiam venire cū exercitu: vt, ſi hæc ex ſententia confecta eſſent, *c* conſilio, atq; auctoritate tua: ſin quid fortè titubatū eſſet, vt fit in bello, exercitu tuo niteremur. Quem quidē ego exercitum *d* quibuſcunq; potero rebus ornabo, cuius rei tum tempus erit, cùm, quid opis reip. laturus exercitus ſit, aut quid iam tulerit, notum eſſe cœperit. Nam adhuc tantū conatus audiūtur, optimi illi quidē, & præclariſſimi, ſed geſta res exſpectatur: quam quidē aut iam eſſe aliquam, aut appropinquare confido. Tua virtute, & magnitudine animi nihil eſt nobilius. itaq; optamus, vt quàm primùm te in Italia videamus. rempu. nos habere arbitrabimur, ſi vos habebimus. Præclarè viceramus, niſi ſpoliatum, inermen fugientē Lepidus recepiſſet Antonium. Itaq; nunquam tanto odio ciuitati Antonius fuit quātō eſt Lepidus. Ille enim ex turbulenta repub. hic ex pace, & victoria bellum excitauit. Huic oppoſitos conſules deſignatos habemus: in quibus eſt *e* magna quidem ſpes, ſed anceps cura propter incertos exitus prœliorū. Perſuade tibi igitur, in te, & in Bruto tuo eſſe omnia: vos exſpectari: Brutum quidem iam iamque. Quod ſi, vt ſpero, victis hoſtibus noſtris veneritis: tamen auctoritate veſtra reſpubl. exſurget, & in aliquo ſtatu tolerabili conſiſtet. ſunt enim permulta, quibus erit medendum: etiam ſi reſp. ſatis eſſe videbitur ſceleribus hoſtium liberata. Vale.

c ſi. vulg. cō ſilio, atque auctoritate tua roboramur, ſin quid.

d q. v. c. verbis, quibuſcumque potero, rebúſque orn.

e L. magna illa quidem ſp. & ita v. c.

ARGVMENTVM

Scribit à quibus copias acceperit, ſéque & Rempubl. commen

commendat. Eodem anno, ante Mutinenſem victoriam.

C. C. ASSIVS PRO COS. M. T. C. S. P. D. 11

f SI vales, bene eſt: ego quidem valeo. In Syriam me profectū eſſe ſcito ad *L. Murcum, & Q. *Criſpum, imperatores. Viri fortes, optimiq; ciues, poſteà quàm audierunt, quæ Romæ gererentur, exercitus mihi tradiderunt: ipſique mecum vnà fortiſſimo animo rempub. adminiſtrant. Item legionem quam Q. Cæcilius* Baſſus habuit, ad me veniſſe *g* ſcito. Quatuórque legiones, quas A.* Allienus ex Aegypto eduxit, traditas ab eo mihi eſſe ſcito. Nunc te cohortatione non puto indigere, vt nos abſenteis, rémque publicam, quātum opus eſt, defendas. Scire te volo, firma præſidia vobis, ſenatuíque non deeſſe, vt optima ſpe, & maximo animo remp. defendas. Reliqua tecum aget L. Carteius, familiaris meus. Vale. Data Nonis Martiis, ex caſtris *Taricheis.

f L. V. S. B. E. E. Q. V.
* epiſt. ſeq. Phi. 11. App. 4. Dion. 47. & 48.
* al. Q. Marciū Criſpū, ipſum quoque triam legionū duce. Philip. 11. App. & Dion.
* Philip. 11. Strab. 16. Dion. 47.
g delet hoc loco, ſcito.
* legatus Dolabellæ.
* oppido Iudææ Pli. l. 5 c. 15. Ioſeph. de bello Iudaico.

ARGVMENTVM.

Beneuolentiam Ciceronis erga ſe, ſuámque dignitatem, ſuos duces ac milites commendat. Scribit ſe in Ciliciam iturum. Eodem anno.

C. CASSIVS PRO COS. M. T. C. S. P. D. 12

h SI vales, bene eſt: ego quidem valeo. Legi tuas literas, in quibus mirificum tuum erga me amorem recognoui. Videbaris enim nō ſolùm fauere nobis, id quod & noſtra & reip. cauſa ſemper feciſti, ſed etiam grauem curam ſuſcepiſſe, vehementérq; eſſe de nobis ſollicitus. Itaque, quòd te primùm exiſtimare putabam, nos oppreſſā rep. quieſcere nō poſſe, deinde, cùm ſuſpicarerer *i* nos moliri, * quòd te ſollicitum eſſe, & de ſalute noſtra, & de rerum euentu putabam: ſimul ac legiones accepi, quas A. Allienus eduxerat ex Aegypto, ſcripſi ad te *l* tabellarióſq; complures Romā miſi. Scripſi etiam ad ſenatum literas, quas reddi

h L. S. V. B. E. L. Q. V.
i fortè nos aliquid mol.
* L. & te ſollicitum.
l L. ac tabellarios compl.

vetui

vetui priùs, quàm tibi recitatæ eſſent: ſi fortè mei obtemperare mihi *m* voluerunt. Quòd ſi literæ perlatæ non ſunt, non dubito, quin Dolabella, qui, nefariè ∵ Trebonio occiſo, Aſiam occupauit, tabellarios meos *n* deprehenderit, literáſque interceperit. Exercitus omneis, *o* qui in Syria fuêre, teneo. Habui paululum moræ, dum promiſſa militibus perſoluo. Nunc iam ſum expeditus. A te peto vt dignitatem meam *p* tibi commendatam habeas, ſi me intelligis, nullum neque periculum, neque laborem patriæ denegaſſe: ſi contra importuniſſimos latrones arma cepi *q* te hortante, & auctore: ſi non ſolùm exercitum ad remp. libertatémque defendendam comparaui, ſed etiam crudeliſſimis tyrannis eripui. Quem ſi occupaſſet Dolabella, non ſolùm aduentu, ſed etiam opinione, & exſpectatione exercitus ſui Antonium confirmaſſet. Quas ob res milites tuêre, ſi eos mirificè de rep. meritos eſſe animaduertis: & effice, ne quem pœniteat, remp. quàm ſpem prædæ, & rapinarum, ſi qui maluiſſe. Item Marci, & Criſpi, imperatorum, dignitatem, quantum eſt in te, tuêre. Nam Baſſus miſerè noluit mihi legionem tradere. Quòd niſi milites inuito eo legatos ad me miſiſſent, clauſam Apameam tenuiſſet, quoad vi eſſet expugnata. Hæc a te peto, non ſolùm reipub. quæ tibi ſemper fuit cariſſima, ſed etiam amicitiæ noſtræ nomine, quam confido apud te plurimum poſſe. Crede mihi, hunc exercitum quem habeo ſenatus, atque optimi cuiuſque eſſe, maximéque tuum. De cuius voluntate aſſiduè audiendo, mirificè te diligit, carúmque habet. Qui ſi intellexerit, commoda ſua *r* curæ tibi eſſe: debere etiam ſe tibi omnia putabit. Literis ſcriptis, audiui Dolabellam in Ciliciam veniſſe cum ſuis copiis. proficiſcar in Ciliciam. quid egerim, *s* celeriter vt ſcias dabo operam. Ac velim, vt meremur, de repu. ſic felices ſimus. Fac valeas, méque ames. Nonis Maiis, ex caſtris. Vale.

m L. voluerint.
∵ vide Philipp. II.
n L. deprenderit.
o q. v. c. qui in Aſia fuerunt.
p q. v. c. commendatam tibi hab.
q al. te hortatore.
r v. c. tibi curæ eſſe. & ita L.
s q. v. c. vt ſcias celeriter, dabo operam.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Gratulatur de victoria Mutinenſi. Ciceronem commendat, res à ſe geſtas exponit. Eodem anno.

t C. CASSIVS, S. D. M. T. C. 15

v SI vales bene eſt: ego quidem valeo. Cùm reipub. vel ſalute, vel victoria gaudemus tum inſtauratione tuarum laudum, quòd maximus conſularis maximum conſulem te ipſe viciſti, & lætamur, & mirari ſatis non poſſumus. Fatale neſcio quid tuæ virtuti datum: id quod x iam ſæpe experti ſumus. ⁖ Eſt enim tua toga omnium armis felicior: quæ nunc quoque nobis penè victã remp. ex manibus hoſtium eripuit, ac reddidit. Nunc ergo viuemus liberi: nunc te, omnium maximè ciuis, & mihi cariſſime, id quod maximè reip. tenebris comperiſti: nunc te habebimus teſtem noſtri & in te, & in coniunctiſſimam tibi remp. amoris: & , quæ ſæpe pollicitus es te & taciturum, y dum ſeruiremus: & dicturum de me tũ, cùm mihi profutura eſſent: z nunc illa non ego quidem dici tantopere deſiderabo, quàm ſentiri à te ipſo. Neque enim omnium iudicio malim me à te commendari, quàm ipſe tuo iudicio a dignè, ac mereor, commendatus eſſe: † vt hæc nouiſſima noſtra facta, 1 non ſubita, b nec inconuenientia, ſed ſimilia illis cogitationibus, quarum tu teſtis es, fuiſſe iudices, méque ad optimam ſpem patriæ non minimum tibi ipſi producendum putes. Sunt tibi, M. Tulli, liberi, propinquíque, digni quidem te & meritò tibi cariſsimi. eſſe etiam debent in rep. proximè hos cari, qui ſtudiorum tuorũ ſunt æmuli: quorũ eſſe cupio tibi copiã. Sed tamen non maxima me turba puto excludi, quo minùs tibi vacet me excipere, & ad omnia, quæ velis, & probes producere. Animũ tibi noſtrum fortaſſe probauimus. c ingeniũ certè diutina ſeruitus, qualecunque eſt, minus tamen, quàm erat, paſſa eſt videri. Nos ex ora maritima Aſiæ prouinciæ, & ex inſulis, quas potuimus, naueis deduximus. d Delectum remigum,

t fort. Q. CASSIVS.
v. L. S.V. B.E.E.Q.V.
x L. ſæpe iam exp. & ita v. c.
⁖ ſæpe enim togatus reipu. profuit. Cicero l. 15. ep. 4.
y q. v. c. dum ſerui eſſemus.
z L. nunc nõ illa ego quidem d.
a al. proinde, ac.
b al. nec diſconueniẽtia. Vrſ. obuenientia. Victor. nec conuenientia.
c q. v. c. ingeniũ diutina ſeruitus, certè, qualec.
d L. Dilectum.

migum, magna contumacia ciuitatum, tamē ſatis celeriter habuimus. Secuti ſumus claſſem Dolabellæ, cui *e* Lucilius præerat: qui ſpem ſæpe trāſitionis præbendo, *f* neque vmquam non deducēdo nouiſſimè Corycum ſe contulit, & clauſo portu ſe tenere cœpit. Nos, illa relicta, quod & in caſtra peruenire ſatius eſſe putabamus, & ſequebatur claſſis altera quam anno priore in * Bithynia Tullius Cimber cōpararat, cui Turulius quæſtor præerat: Cyprum petiuimus. Ibi quæ cognouimus ſcribere ad vos quàm celerrimè voluimus. Dolabellam, vt Tarſenſes peſſimi ſocij ita Laodiceni, multò amentiores, vltrò *g* accerſierunt: ex quibus vtriſque ciuitatibus, Græcorum militū numero, ſpeciem exercitus effecit. Caſtra habet ante oppidum Laodiceam poſita: & partem muri demolitus eſt: & caſtra oppido coniunxit. Caſſius noſter cū decē legionib. & cohortib. viginti auxiliariis, *h* & quatuor millibus equitum à millibus paſſuum viginti caſtra habet poſita. *i* παλτοῖ: & exiſtimat, ſe ſine prœlio poſſe vincere: Nam iam ternis tetradrachmis triticum penes Dolabellam *k* eſt, vt, niſi quid nauibus Laodicenorum ſupportarit, citò fame pereat, neceſſe eſt. Ne ſupportare poſſit, & Caſſij claſſis bene magna, cui præeſt Sextilius Rufus, & tres quas *l* nos adduximus, ego, * Turulius, & * Patiſcus facilè præſtabunt. Volo igitur vos bene ſperare, & remp *m* vt & vos iſtic expediiſtis, ita pro noſtra parte celeriter à nobis expediri poſſe, confidere. Vale. Data idibus Iun. Cypro, *n* Acromani lacride.

e L. Nigidius Figulus. vide Appianum.
f al. neque vmquā non decedendo. & ita q. v. c.
* Cimbro percuſorū Cæſaris vni tributa, Plutarch. in Bruto. Ap. l. 3. Dio. 47.
g L. arceſſierunt.
h L. & quatuor milliū, equitatu.
i al. Παλτῷ.
k q. v. c. eſt, niſi quid na. Laod. ſupp. c. f. pereat, neceſſe ſit
l nos, abeſt à q. v. c.
* quæſtor Cimbri.
* al. Patiſchus Lentuli pro quæſtor. 2. Fam. ep. 11. & l. 6. ep. 8.
m al. vt vos iſtic. exp.
n L. à Crommyvacride. al. Acamātide à Crōmyn acrido

ARGVMENTVM.

Exponit res à ſe geſtas. Rhodios accuſat: procurationem Aſiæ petit, merita ſua in Remp. commemorat. Eodem anno.

LENTVLVS CICERONI, S. P. D. 14

CVM Brutum noſtrum conueniſſem, eúmque tardiùs in Aſiam venturum animaduerterem: in

in Aſiam redij, vt reliquias mei laboris colligeré, & pecuniam quàm primùm Romam mitterem. Interim cognoui, in o Lycia eſſe claſſem Dolabellæ, ampliúſque centum naueis onerarias, in quas exercitus eius imponi poſſit: idque Dolabellam ea mente comparaſſe ipſi Syriæ ſpes eum fruſtrata eſſet conſcenderet in naueis, & Italiam peteret, ſéque cum Antonijs, & reliquis latronibus cõiungeret. Cuius rei tanto in timore fui, vt, omnibus rebus relictis, cum paucioribus, & minoribus nauibus ad illas ire conatus ſim. Quę res, ſi à Rhodijs non eſſem interpellatus, fortaſſe tota ſublata eſſet: tamen magna ex parte profligata eſt. Quandoquidem claſſis diſſipata eſt: aduentus noſtri timore milites, ducéſq; effugerunt: onerariæ omnes ad vnam à nobis ſunt exceptæ. Certè (quod maximè timui) videor etiam conſecutus, vt non poſſit claſſe Dolabella in Italiam peruenire, nec ſocijs ſuis firmatis durius vobis efficere negôtium. Rhodij nos, & remp. quam valde deſperauerint, ex literis, quas publicè miſi, cognoſces. r Et quidem multò parciùs ſcripſi, * quàm re vera furere eos inueni, quòd verò aliquid de his ſcripſi mirari noli: mira eſt eorum amentia: nec me meæ vllæ priuatim iniuriæ mouerunt vnquam. malus animus eorum in noſtram ſalutem, cupiditas partiũ aliarum, perſeuerantia in contemptione optimi cuiuſque ferenda mihi nõ fuit, nec tamen omneis perditos eſſe puto. Sed iidem illi, qui tũ fugientẽ patrem meum, qui L. Lentulum, qui Pompeium qui ceteros p viros clariſſimos non receperunt, iidẽ, tanquam aliquo fato, & nunc aut magiſtratũ gerunt, aut eos, qui ſunt in magiſtratu, in ſua habent poteſtate. Itaque eadẽ* ſuperbia in prauitate vtuntur. Quorum improbitatem aliquãdo retundi, & non pati improbitate augeri, non ſolùm vtile eſt reip. noſtræ: ſed etiam neceſſarium. De noſtra dignitate, q velim tibi vt ſemper curæ ſit: &, quocunque tempore occaſionem habueris, & in ſena-

o L. Cilicia.

* totũ hoc, quam re vera furere eos inueni. quòd verò aliquid de his ſcripſi. ex antiquo Vincentij Riccij libro, addidit Manut.

p v. c. clariſ ſimos viros non r.

* al. ſuperbia & prauitate. al. ſuperbiæ importunitate. alij, ſuperbia & importunitate.

q al. velim tibi ſemper curæ ſit.

tu, & in ceteris rebus laudi noſtræ ſuffragere. *y* Quando conſulibus decreta eſt. Aſia & permiſſum eſt iis, vt dum ipſi venirent, darent negotiũ, qui Aſiam obtineant: rogo te, petas ab iis, vt hanc dignitatem potiſſimùm nobis tribuant, & mihi dent negotium, vt Aſiam obtineam, dum ipſorum alteruter venit. Nam, quòd huc properent in magiſtratu venire, aut exercitum mittere, cauſam nõ habent. Dolabella enim in Syria eſt: &, vt tu diuina tua mente proſpexiſti *s* & prædicaſti, dum iſti *t* venient. Caſſius eum opprimet. Excluſus enim ab Antiochia Dolabella, & in oppugnando male acceptus, nulla alia confiſus vrbe, Laodiceã, quæ eſt in Syria ad mare, ſe contulit. ibi ſpero celeriter eum pœnas daturum. Nam neque quò refugiat, habet: neque diutius *v* ibi poterit tantum exercitum Caſſij ſuſtinere. ſpero etiam confectum eſſe iam, & oppreſſum *x* Dolabellam. Quare non puto, Panſam, & Hirtium in conſulatu properaturos in prouincias exire, ſed Romæ acturos conſulatum. Itaque ſi ab his petieris, vt intereà nobis procurationem Aſiæ dent, ſpero te poſſe impetrare. prætereà *y* mihi promiſerunt Panſa, & Hirtius coràm, & abſenti mihi ſcripſerunt: Verrióque noſtro Panſa affirmauit, ſe daturum operam, ne in ſuo conſulatu mihi ſuccedatur. Ego porrò non medius fidius, cupiditate prouinciæ produci longius ſpatium mihi volo. nam mihi fuit iſta prouincia plena laboris, periculi, detrimenti. Quæ ego ne fruſtra ſubierim, néve priùs, quam reliquias meæ diligentiæ conſequar, decedere cogar, valde laboro. Nam ſi potuiſſem, quã exegeram pecuniam, vniuerſam mittere: poſtularem, vt mihi ſuccederetur. Nunc quod Caſſio dedi, quod Trebonij morte amiſimus, quod etiam crudelitate Dolabellæ, aut perfidia eorum, qui mihi fidem, reique publicæ non præſtiterunt: id conſequi, & reficere volo. Quod aliter non poteſt fieri, niſi ſpatium habuero. id, vt per te conſequar, velim, vt ſolet, tibi curæ ſit.

r al. Quoniam.

s al. & prædixiſti.

t q.v.c. veniunt. & ita I.

v aduerbiũ, ibi. abeſt à q.v.c.

x nomen, Dolabella, abeſt à nonnullis libr.

y fort. mihi Panſa, & Hirtius, & promiſerũt coràm, & abſ.

ſit.z Ego me z de rep ita puto eſſe meritum, vt non prouinciæ iſtius beneficium exſpectare debeam, ſed tantum, quantum Caſſius, & Bruti, non ſolùm illius facti periculique ſocietate, ſed etiam huius temporis ſtudio, & virtute. Primus enim ego leges Antonianas fregi: primus equitatum Dolabellæ ad remp. traduxi, Caſſioq; tradidi: primus a delectus habui pro ſalute omnium contra coniurationem ſceleratiſſimam: ſolus Caſſio, & reip Syriam, exercitúſque, qui ibi erant, coniunxi. Nam niſi ego tantam pecuniam, tantáque præſidia, & tam celeriter Caſſio dediſſem: ne auſus quidem eſſet ire in Syriam: & nunc non minora pericula reip. à Dolabella inſtarent, quàm, ab Antonio. Atque hæc omnia is feci, qui & ſodalis, & familiariſſimus Dolabellæ eram: coniunctiſſimus ſanguine Antoniis: prouinciam quoque illorum beneficio habebam: ſed * πατρίδα ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν, omnibus meis bellum primis indixi. Hæc etſi adhuc non b magnopere mihi tuliſſe fructum animaduerto, tamen non deſpero: nec defatigabor permanere non ſolùm in ſtudio libertatis, ſed etiam in labore, & periculis. Attamen ſi etiam in aliqua gloria iuſta, & merita prouocabimur, ſenatus & optimi cuiuſque officijs, c maiore cum auctoritate apud ceteros erimus, & eò plus prodeſſe reip. poterimus. Filium tuum, ad Brutū cùm veni, videre non potui, ideò quòd iam in hyberna cū equitibus erat profectus. Sed, medius fidius, ea eſſe eū opinione, & tua, & ipſius, & in primis mea cauſa gaudeo. Fratris enim loco mihi eſt qui ex te natus, téque dignus eſt. Vale. Data IIII. Kalendas Iun Pergæ.

z L. de re-publ. puto eſſe m.

a L. dilectus.

* Plutarc. in politicis præceptis.

b fort. magnum.

c L. & maiore auctoritate apud cet. erim.

ARGVMENTVM.

Res à ſe geſtas commemorat, in Rhodios inuehitur: De Dolabella optabilia ſignificat. Eodem anno.

P. LENTVLVS, P. F. PROQVAEST. PROPR. COSS. PRAETT. TRIBB. PL. SEN. P. Q. R. S. P. D.

a Et quòd alienâ prouinciãm hoſtili more inuaſerat: & quòd Treboniũ, cum quo fa miliariſſimè collocutus erat, violata fide occiderat.

d al. ac diuexatis.

e fort. quid.

f L. cognoſcerem, & quàm primùm vos de.

g L. pro quæſt.

h L. afuit.

i L. dominationéque.

SI valetis, liberique v. v b. e. e. q. v Scelere *Dolabellæ oppreſſa Aſia, in proximam prouinciã Macedoniam, præſidiáque reip. quæ M. Brutus, v. c. tenebat, me contuli: & id egi, vt, per quos celerrimè poſſet. Aſia prouincia, vectigal áque in veſtram poteſtatem redigerentur. Quod cùm pertimuiſſet Dolabella, & vaſtata prouincia, correptis vectigalibus, præcipuè ciuibus Romanis omnibus crudeliſſimè denudatis, *d* ac diuenditis, celeriùs Aſia exceſſiſſet, quam eò præſidium adduci potuiſſet: diutius morari aut expectare præſidiũ non neceſſe habui: & quàm primùm ad meum officiũ reuertendum mihi eſſe exiſtimaui, vt & reliqua vectigalia exigerem & quã depoſui pecuniam, colligerem: e quidquid ex ea correptũ eſſet, aut quorum id culpa accidiſſet, *f* cognoſcerem quàm primùm, & vos de omni re facerem certiores. Interim cùm per inſulas in Aſiam nauiganti mihi nũtiatum eſſet, claſſem Dolabellæ in Lycia eſſe, Rhodióſque naueis compluréis inſtructas, & paratas in aqua habere: cùm ijs nauibus, quas aut mecum adduxeram, aut comparauerat Patiſcus *g* proquæſtor homo mihi cùm familiaritate, tum etiam ſenſibus in rep. coniunctiſſimus, Rhodum reuerti, confiſus auctoritate veſtra ſenatúſque conſulto, quo hoſtem Dolabellam iudicaratis fœdere quoque, quod cum his, M Marcello, Ser. Sulpicio coss. renouatum erat: quo iurauerant Rhodij, eoſdem hoſteis ſe habituros, quos s. p. q. r. Quæ res nos vehementer fefellit. Tantum n. *h* abfuit, vt illorũ præſidio noſtram firmaremus claſſem, vt etiam à Rhodijs vrbe, portu, ſtatione, quæ extra vrbẽ eſt, commeatu, aqua denique proh berentur noſtri milites: nos vix ipſi ſingulis cum nauigiolis recipere mur. Quam indignitatem, *i* diminutionemque maieſtatis non ſolùm iuris noſtri, ſed etiam imperij populique R. idcirco tulimus, quòd interceptis literis cognoramus Dolabellam, ſi deſperaſſet de Syria, Ægyptoque, quod neceſſe erat fieri,

in

in naueis cũ omnibus ſuis latronibus, atque omni pecunia conſcendere *k* eſſe paratum, Italiámque petere: idcirco etiam naueis onerarias, quarũ minor nulla erat duûm millium *l* amphorarum, contractas in Lycia à claſſe eius obſideri. Huius rei timore, patres conſcripti, percitus, iniurias perpeti, & cum contumelia etiam noſtra omnia priùs experiri malui. Itaque ad illorũ volũtatem introductus in vrbem, & in ſenatum eorũ, quàm diligentiſſimè potui, cauſam reip. egi: periculumq; omne, quod inſtaret, ſi ille latro cum omnibus ſuis naueis conſcendiſſet, expoſui. Rhodios autem *m* tãta in prauitate animaduerti, vt omneis firmiores putarent, quàm bonos: vt hanc concordiam, & cõſpirationem omnium ordinum ad defendendam libertatẽ, propensè non crederent eſſe factã: vt patientiam ſenatus, & optimi cuiuſque manere etiã nunc conſiderent, nec potuiſſe audere quemquam Dolabellam hoſtem iudicare: vt denique omnia, quæ improbi fingebant, magis vera exiſtimarent, quàm quæ verè facta *n* erant, & à nobis docebãtur. Qua mente etiam ante noſtrum aduentũ, poſt Trebonij indigniſſimam cædẽ, ceteraq; tot, tãq; nefaria facinora, binæ profectæ erant ad Dolabellam legationes eorũ, & quidem nouo exemplo, contra leges ipſorũ prohibentibus ijs, qui tũ magiſtratus gerebant: *Hæc, ſiue timore (vt dictitant) de agris, quos in continenti habent, ſiue furore, ſiue potentia paucorum (qui & antea pari contumelia viros *clariſſimos affecerant, & nunc maximos magiſtratus gerenteis): nullo exemplo, *o* neque veſtra ex parte, neque noſtro præſentium, neque imminenti Italiæ, vrbique noſtræ periculo, ſi ille *p* parricida cum ſuis latronibus, nauibus ex Aſia Syriaq; expulſus, Italiam *q* petiiſſet, mederi cùm facilè poſſent, voluerunt. Nonnullis etiã ipſi magiſtratus veniebant in ſuſpicionem: detinuiſſe nos, *r* & demorati eſſe, dum claſſis Dolabellæ certior fieret de aduentu noſtro. Quam ſuſpicionem

k L. paratũ eſſe.

l L. amphorarũm.

m L. tanta prauitate eſſe anim. al. tanta in prauitate anim. al. tãta importunitate.

n q. v. c. eſſent.

* al. Hoc ſiue timor eſt (vt dictitant) de agris quos in continenti habent, ſiue furor, ſiue patientia paucorum.

* Lentulum & Põpeiũ.

o L. neque noſtræ partis. al. vlla. neque noſtro pr. al. neque noſtra ex parte, neq; noſtro.

p L. paricida.

q L. petiſſet.

r L. & demoratos eſſe.

conſecutæ res aliquot auxerunt: maximè quòd ſubitò ex Lycia Sex. Marius, & C. Titius legati Dolabellæ à claſſe diſceſſerunt, nauique longa profugerunt, onerariis relictis: in quibus colligendis non minimum temporis, laboriſque conſumſerūt. Itaque cum à Rhodio cum ijs, quas habueramus, nauibus, in Lyciã veniſſemus, s naueis onerarias recepimus, dominiſq; reſtituimus: iidémque, quod maximè verebamur, ne poſſet Dolabella cum ſuis latronibus in Italiam venire, timere deſiimus, claſſem fugientem perſecuti ſumus t vſque Sydam, quæ extrema regio eſt prouinciæ meæ. Ibi cognoui, partem nauium Dolabellæ diffugiſſe, reliquas Syriam, v Cyprumque petiiſſe. Quibus diſiectis, cū ſcirem, C. Caſſij, ſingularis ciuis, & ducis, claſſem maximam fore præſtò in Syriam, ad meum officiū reuerti: dabóque operam, vt meum ſtudium & diligentiam vobis P. C. x & reip. præſtem: pecuniámque, quam maximam potero, & quã celerrimè cogam omnibúſque cū rationibus ad vos mittã. Si percurrero prouinciã, & cognouero, qui nobis & reip. fidē præſtiterunt in conſeruanda pecunia à me depoſita, quíque y ſcelere vltrò deferentes pecuniam publicam, hoc munere ſocietatem facinorum cū Dolabella inierunt, faciã vos certiores. De quibus, ſi vobis videbitur, ſi, vt meriti ſunt, grauiter conſtitueritis, nóſque veſtra auctoritate firmaueritis: faciliùs & reliqua exigere vectigalia, & exacta ſeruare poterimus. Intereà quo commodius vectigalia tueri, prouinciámque ab iniuria defendere poſſim, præſidium, neceſſarium voluntariúmque comparaui. His literis ſcriptis, milites circiter xxx. quos Dolabella ex Aſia conſcripſerat, è Syria fugientes in Pamphyliam venerunt. hi nuntiauerunt, Dolabellam Antiochiam, quæ in Syria eſt, veniſſe: non receptum, conatum eſſe aliquoties vi introire: repulſum ſemper eſſe cū magno ſuo detrimento. Itaque centum circiter amicis, ægriſq; compluribus relictis, noctu Antiochia pro-

s q. v. c. parati naueis oner. recip.

t L. vſque in Sydam. Vltrà non licuit. Nam leges prouinciæ fines præterire vetabant.

v al. Aegyptúmque pet.

x L. reíque pub.

y L. ſcelerate.

profugiſſe Laodicéam verſus: ea nocte omneis ferè Aſiaticos milites ab eo diſceſſiſſe: ex his ad octingentos Antiochiam rediiſſe, & ſe iis tradidiſſe, qui à Caſſio relicti, vrbi illi præerant, ceteros per Amánum in Ciliciam deſcendiſſe: quo ex numero, ſe quoquè eſſe dicebant: Caſſium autem cum ſuis omnibus copiis nuntiatum eſſe quatridui iter à Laodicéa z abſuiſſe tum cũ Dolabella eò tenderet. Quamobrem opinione celeriùs confido ſceleratiſſimum latronem pœnas daturum. a Quarto Nonas Iunias, Pergæ.

z L. afuiſſe tum, c.

a L. IIII. Non.

ARGVMENTVM.

Gratulatur de filij Ciceronis indole. Verſus mittit in ciuem improbum à ſe conſcriptos. Petit à Cicerone vt de Cæſaris interitu ſcribat. Antonio & Dolabella Coss.

C. TREBONIVS M. T. C. S. P. D. 16

b SI vales, bene eſt: ego quidem valeo. Athenas veni c ad XI. Kalend. Iun. atque ibi, quod maximè optabam, vidi filium tuum, deditum optimis ſtudijs, ſummáque modeſtię fama. Qua ex re quãtam voluptatem ceperim, ſcire potes, etiam me tacente. Non enim neſcis, quanti te faciam, & quàm, pro noſtro veterrimo, veriſſimóque amore, omnibus tuis etiam minimis commodis, non modò tanto bono, gaudeam. Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare: nihil adoleſcente tuo, atque adeò noſtro (nihil enim mihi à te poteſt eſſe ſeiunctum) aut amabilius omnibus iis, qui Athenis ſunt, eſt: aut ſtudioſius earum artium, quas tu maximè amas, hoc eſt optimarum. Itaque tibi, quod verè facere poſſum, libẽter quoq; gratulor, nec minùs etiam nobis: quòd eũ, quẽ neceſſe erat diligere, qualiſcumq; eſſet, talẽ habemus, vt libẽter quoq; diligamus. Qui cùm mihi in ſermone inieciſſet, ſe velle Aſiam viſere: non modò inuitatus, ſed etiam rogatus eſt à me, vt id po-

b L. S. V. B. E. E. Q. V

Huic epiſtolæ reſpondet Cicero lib. 15. ep. 2.

c L. a. d. XI.

* imperio conſulari Philip. 10.

* 16. Fam. ep. 21. 1. & 3. Offic.

* 15. Famil. ep. 21.

d L. ἀδυρημονέστερ@.

e q. v. c. & ciues, & homines. D.

* Poëtæ Satyr. 10.

f L. VIII. Kalendas.

tiſſimū nobis obtinentibus * prouinciam faceret. Cui nos & caritate, & amore tuum officium præſtaturos non debes dubitare. Illud quoque erit nobis curæ, vt* Cratippus vnà cum eo ſit, ne putes, in Aſia feriatum illum ab iis ſtudijs, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum. Nā illū paratum, vt video & ingreſſum pleno gradu, cohortari non intermittemus, quo in dies longiùs, diſcēdo, exercendoque ſe procedat. Vos quid ageretis in rep. cum has literas dabam, non ſciebam. Audiebam quædam turbulenta, quæ ſcilicet cupio eſſe falſa, vt aliquando otioſa libertate fruamur: quod vel minimè adhuc mihi contigit. Ego tamen nactus in nauigatione noſtra puſillum laxamenti, concinnaui tibi* munuſculum ex inſtituto meo: & dictū, cum magno noſtro honore à te dictum, concluſi, & tibi infrà ſubſcripſi. In quibus verſiculis ſi tibi quibuſdam verbis *d* ἀσχημονέστερ@ videbor: turpitudo perſonæ eius, in quam liberiùs inuehimur, nos vindicabit. Ignoſces etiam iracundiæ noſtræ: quæ iuſta eſt in eiuſmodi *e* & homines, & ciueis. Deinde, qui magis hoc* Lucilio licuerit aſſumere libertatis, quàm nobis? cùm etiam ſi odio pari fuerit in eos, quos læſit, tamen certè non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate verborum incurreret. Tu, ſicut mihi pollicitus es, adiunges me quàm primùm ad tuos ſermones. Nāque illud non dubito, quin, ſi quid de interitu Cæſaris ſcribas, non patiaris me minimā partē & rei, & amoris tui ferre. Vale, & matrem, meoſq; tibi commendatos habe. *f* D. VIII. Kalendas Iunias, Athenis.

ARGVMENTVM.

Cornificio Africam regenti, viuo adhuc Cæſare, varia ſcribit de rumoribus è Syria allatis. De ciuitatis otio. De Oratore à ſe ſcripto. De ſuo erga illum ſtudio. Q. Fabio Maximo, C. Trebonio Coſs. A. V. DCCIX.

M. T. C. CORNIFICIO * COLLEGAE, S. D. 17

* in angura tu.

GRATA mihi vehementer eſt memoria noſtri tua, quam ſignificaſti literis: quam vt cõſerues, non quòd de tua conſtantia dubitem, ſed quia mos eſt ita rogandi, rogo. Ex Syria nobis* tumultuoſiora quædam nuntiata ſunt: quæ, quia tibi ſunt propriora, quam nobis, tua me cauſa magis mouent, quam mea. Romæ ſummum otium eſt: ſed ita, vt malis ſalubre aliquod, & honeſtum negotium: quod ſpero fore, quia video id curæ eſſe Cæſari. Me ſcito, dum tu g abſis, quaſi occaſionẽ quãdam, & licentiam nactum, ſcribere audaciùs: & cetera quidem fortaſſe, quæ etiam tu concederes: ſed proximè ſcripſi de* optimo genere dicendi: in quo ſæpe ſuſpicatus ſum, te à iudicio noſtro, ſic ſcilicet, vt doctum hominem à non indocto, paululum diſſidêre. Huic tu libro maximè velim ex animo: h ſi minùs gratiæ cauſa ſuffragêre. Dicam tuis, vt eum, ſi velint, deſcribant, ad téque mittãt. Puto enim, etiam ſi rem minùs probabis, tamen in iſta i ſolitudine, quidquid à me profectum ſit, iucundũ tibi fore. Quòd mihi exiſtimationem tuã, dignitatéque commendas, facis tu quidem omniũ more: ſed velim ſic exiſtimes, me, cũ amori, quem inter nos mutuum eſſe intelligã, plurimum k tribuere, tum de ſummo ingenio, l & de optimis tuis ſtudijs, & de ſpe ampliſſimæ dignitatis ita iudicare, vt neminem tibi anteponam, comparem paucos. Vale.

* ſeditionẽ faciente Q. Cæcilio Baſſo, qui poſtea ſe cum legione, Caſſio tradidit. Dion. 47. Att. li. 9.

g L. abes. ep. 14.

* ſic 14. Attic. ep. 20. Epiſt. l. 15. ep. 20. & li. 6. ep. 18.

h L. ſin minùs.

i L. ſollicitudine.

k L. tribuã.

l q. v. c. & de ſtudijs tuis optimis & de.

ARGVMENTVM.

Purgat ſe de infrequentia literarum. Prudentiam Cornificij grauitatemq́; laudat. Reip ſtatum cum excuſatione Cæſaris accuſat. Eodem anno.

CICERO CORNIFICIO, COLLEGAE, S. D. 18

QVOD extremum fuit m in ea epiſtola, quã à te proximè accepi, ad id primùm reſpondebo. Animaduerti enim, hoc vos magnos orato-

m q. v. c. in illa ep.

res facere nonnunquam. Epiſtolas requiris meas. ego autem nũquam, cùm mihi denunciatũ eſſet à tuis ire aliquem, non dedi. Quod mihi videor ex tuis literis intelligere, te nihil commiſſurũ eſſe temere, nec antè, quàm ſciſſes, quò iſte neſcio qui Cæcilius* Baſſus erumperet, quidquã certi conſtituturum. id ego & ſperaram, prudentia tua fretus: &, vt confiderem, fecerunt n tuæ grauiſſimæ literæ. Idque vt facias quam ſæpiſſime vt, & quid tu agas, & quid agatur, ſcire poſſim, & etiam quid acturus ſis, valde te rogo. Etſi periniquo patiebar animo, te à me o digredi: tamen eo tempore me conſolabar, quòd & in ſummum otium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotijs diſcedere. Vtrumque contrà accidit. iſtic* enim bellum eſt exortum: hîc pax conſecuta: ſed eiuſmodi pax, in qua, ſi adeſſes, multa te non delectarent: ea tamen, quæ ne ipſum Cæſarem quidem delectět. * BELLORVM ENIM CIVILIVM HI *ſemper exitus ſunt, vt non ea ſolùm fiant, quæ velit victor, ſed etiam, vt ijs mos gerendus ſit, quibus adiutoribus parta ſit victoria.* Equidem ſic iã obdurui, vt ludis * Cæſaris noſtri æquiſſimo animo viderẽ T. Plancum, audire Laberij, & Publij poëmata. Nihil mihi tam deeſſe ſcito, quàm qui-cũ hæc familiariter, doctéque rideã. Is tu eris, ſi quã primũ veneris. Quod vt facias, non mea ſolùm, ſed etiam tua intereſſe arbitror. Vale.

* vide Dionem l. 47.
n q. v. c. tuæ mihi gratiſſimæ lit.
o L. degredi.
* in Syria Cæcilij Baſſi opera.
* ſic lib. 4. ep. 9.
* Quos Cæſar edidit victor ex Hiſpania reuerſus. Suetonius.

ARGVMENTVM.

Syriã adminiſtranti gratulatur: eãq́, optat à Parthico bello vacuã: quòd ſi bellum ſit exẽplum, ei proponit M. Bibuli, qui ſe oppido muniſſimo tenuerat, quãdiu Parthi in prouincia fuerunt Eodem anno.

M. T. C. CORNIFICIO, S. D. 19

LIBENTISSIME legi tuas literas: in quibus iucundiſſimum mihi fuit quod cognoui meas tibi redditas eſſe. Non enim dubitabam, quin eas p libenter lecturus eſſes: & q verebar, ne redderentur. Bellum, quod eſt in Syria, Syriámque prouin-

p al lubenter.
q L. verebar, vt redderentur. & ita v. c.

uinciam tibi tributam eſſe à Cæſare, ex tuis literis cognoui. *r* Eandẽ rem tibi volo bene, & feliciter euenire. Quod ita fore confido, fretus & induſtria & prudentia tua. Sed de Parthici belli ſuſpicione quod ſcribis, ſanè me commouit. Quantum copiarum haberes, cùm ipſe coniectura conſequi poteram, tum ex tuis literis cognoui. Itaque opto, ne ſe illa gens moueat hoc tempore, dum ad te legiones eæ perducantur, quas audio duci. Quòd ſi pares copias ad confligendum non habebis, nõ te fugiet vti conſilio * M. Bibuli, qui ſe oppido munitiſſimo, & copioſiſſimo tandiu tenuit, quandiu in prouincia Parthi fuerunt. Sed hęc meliùs ex re, & ex tempore conſtitues. Mihi quidem vſq; curæ erit, quid agas, dum quid egeris, ſciero. Literas ad te nunquam habui cui darem, quin dederim. A te, vt idem facias, peto: in primiſque, vt ita ad tuos ſcribas, vt me tuum *s* ſenciant eſſe.

r L. Eam rẽ tibi.

* qui Syriæ præfuit eo anno, quo Cicero Ciliciæ.

s L. ſciant eſſe.

ARGVMENTVM.

Iocatur, quia Senueſſanæ villæ hoſpitio Cornificius vti noluerat: & crebras ab eo literas petit. Scripta videtur cũ in Africã prouinciã Cornificius irer.

M. T. C. CORNIFICIO COLLEGAE, S. 20

GRATAE mihi tuæ literæ, niſi quòd Sinueſſanum *t* diuerſoriolum contemſiſti. Quam quidem contumeliam villa puſilla iniquo animo feret, niſi in * Cumano, & Pompeiano reddideris * πάντα περὶ πάντων. Sic igitur facies, méque amabis, & ſcripto aliquo laceſſes. Ego enim reſpondere faciliùs poſſum, quàm prouocare. Quod ſi, vt es, ceſſabis, laceſſam, *v* ne tua ignauia *x* etiã inertiam *y* afferat. Plura otioſus. Hæc, cùm eſſem in ſenatu, exaraui. Vale.

t L. deuerſoriolum.

* Villæ ſunt Ciceronis.

* Alludit ad Xenia, de quibus hoc dictum, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων.

v al. nec.

x L. etiam mihi inert.

y al. aſſeret.

ARGVMENTVM.

Anicium Senatorem, eiuſq; negotia & dignitatem commendat. Incertus annus.

M. T. C. CORNIFICIO, S. D. 21

CAIVS Anicius, familiaris meus, vir omnibus rebus ornatus, negotiorum ſuorum cauſa legatus eſt in Africam legatione libera.

Eum velim rebus omnibus adiuues, operáq; des, vt quàm commodiſſimè ſua negotia conficiat: in primiſque, quod ei cariſſimum eſt, dignitatẽ eius tibi commendo: idq; à te peto, quod ipſe in prouincia facere ſum ſolitus, non rogatus, vt omnibus ſenatoribus lictores darem: quod idem acceperam, & cognoueram à ſummis viris factitatum. Hoc igitur, mi Cornifici, facies, ceteriſq; rebus omnibus eius dignitati, reique, ſi me amas, conſules. id erit mihi gratiſſimum. Da operã, vt valeas.

ARGVMENTVM.

Narrat de ſtatu reip. poſt Cæſaris interitum. Hortatur, vt prouinciam retineat in poteſtate reip. Antonio & Dolabella Coss.

M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO. 22

NOs hic cum homine gladiatore, omniũ nequiſſimo, †1 collega* noſtro, Antonio, bellum gerimus: ſed non pari 2 conditione, contra arma verbis. At etiam de te concionatur: nec impunè. nam ſentiet, quos laceſſierit. Ego autem acta ad te omnia arbitror perſcribi ab alijs: à me futura debes cognoſcere: quorum quidem non eſt difficilis coniectura. Oppreſſa omnia ſunt: nec habent ducem boni: noſtrique* τυραννοκτόνοι longè gentium abſunt. Panſa & ſentit bene, & loquitur fortiter: Hirtius noſter tardiùs conualeſcit. Quid futurum ſit, planè neſcio. Spes tamen vna eſt, aliquando populum Rom. maiorum ſimilem fore. Ego certè reip. non deero: &, quidquid acciderit, à quo mea culpa abſit, animo forti feram. Illud profectò, quoad potero, tuam famam, & dignitatem tuebor. a Ad XIII. Kal. Ianu. ſenatus frequens mihi eſt aſſenſus, cùm de ceteris rebus magnis, & neceſſarijs, tum de prouinciis, ab iis, qui obtinerent, retinendis, neque cuiquam tradendis, niſi qui ex ſenatuſconſulto ſucceſſiſſet. Hoc ego cùm reip. cauſa cenſui, tum mehercule, in primis retinendæ dignitatis tuæ. Quamobrem te, amoris noſtri

*in Auguratu.

2 q.v.c. contentione.

* qui Cæſarem tyrannum occiderunt.

a L.A. d. XIII.

ſtri cauſa, rogo, reip. cauſa hortor, vt ne cui quidquam iuris in tua prouincia eſſe patiare: atque vt omnia referas ad dignitatem: qua nihil poteſt eſſe præſtantius. Verè tecum agam, vt neceſſitudo noſtra poſtulat. in Sempronio, ſi meis literis obtemperaſſes, maximam ab omnibus laudem adeptus eſſes. Sed illud & præteriit, & leuius eſt. Hæc magna res eſt. Fac vt prouinciam retineas in poteſtate reip. Plura ſcripſiſſem, niſi tui feſtinarent. Itaque Chærippo noſtro me velim excuſes. Vale.

ARGVMENTVM.

Se conditionem prouinciæ Cornificij à Stratorio cognouiſſe. De reip. forma interfecto Cæſare. De Philoſophia tradidiſſe ſcribit. Stratorium laudat. Monet vt valetudini inſeruiat. Antonio & Dolabella Cos.

M. T. C. P. CORNIFICIO, S. D. 23

OMNEM conditionem imperij tui, ſtatúmque prouinciæ mihi demonſtrauit * Stratorius. O multa intolerabilia locis omnibus! Sed quo tua maior *b* dignitas, eo quę * tibi acciderunt, minus ferenda Neque enim, quæ tu propter magnitudinem & animi, & ingenij moderatè fers, à te non vlciſcenda ſunt, etiam ſi non ſint dolenda. Sed hæc poſteriùs. *c* Rerum. vrbanarum acta tibi mitti certò ſcio. quod ni ita putarem, ipſe perſcriberem, in primiſque Cæſaris Octauiani conatum: de quo multitudini fictum ab Antonio crimen videtur, vt in pecuniam adoleſcentis impetum faceret. Prudentes autem, & boni viri & credunt factum, & probant. Quid quæris? magna ſpes eſt in eo Nihil eſt, quod non exiſtimetur laudis, & gloriæ cauſa facturus. Antonius autem, noſter familiaris, tanto ſe odio eſſe intelligit, vt, cùm interfactoros ſuos domi *d* comprehenderit, rē proferre non audeat. *e* ad VII. Idus Octobr. Brundiſium *g* venerat, profectus obuiam legionibus Macedo-

* alij Statorius, ex Feſto in lacu. Lucrinus. alij, Sator tuus, ſola coniectura nixi.
b al. dignitás eſt, eo.
b al. dignitus eſt, eo.
* vide Dion. l. 48.
c in li. vul. hîc eſt principium nouæ epiſto. RERVM.
d v. c. comprenderit.
e alij, Itaq;
f L. a. d. VII
g L. ierat. al. erat profect° obuiā leg. non p[illegible]

cedo,

* Martiam, Quartam, ſecundam & trigeſimá quintá. vide Man.

cedonicis * IIII. quas ſibi conciliare pecunia cogitabat, eáſque ad vrbem adducere, & in ceruicibus noſtris collocare. Habes formam reip. ſi in caſtris poteſt eſſe reſpu. in qua tuam vicem ſæpe doleo, quòd nullam partem, per ætatem, ſanæ, & ſaluæ reip. guſtare potuiſti. Atque antehac quidem ſperare ſaltem licebat: nunc etiam illud ereptum eſt. Quæ enim ſpes eſt, cùm in concione dicere auſus Antonius, Canutiū apud eos locum ſibi quærere, quibus, ſe ſaluo, locus in ciuitate eſſe nō poſſet? Equidem & hæc, & omnia, quæ homini accidere poſſunt, ſic fero, vt magnam habeam Philoſophiæ *b* gratiam, quæ me non modò à ſollicitudine abducit, ſed etiam contra omneis fortunæ impetus armat: tibique idem cenſeo faciundum, nec, à quo culpa abſit, quidquam in malis numerandum. Sed hæc tu melius. Stratorium noſtrum cùm ſemper probaſſem, tum maximè in tuis rebus ſummam eius fidem, diligētiam, prudentiámque cognoui. Da operam, vt valeas. hoc mihi gratius facere nihil potes.

b al. vt Philoſophiæ habeam magnam gratiam.

ARGVMENTVM.

Cornificium hortatur. vt omni cura in remp. incumbat. Scribit de legatis ad Antonium ab ſenatu miſſis. Pinarium commendat Hirtio & Panſa Coſs.

M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO. 24

EGo nullum locū prætermitto (nec enim debeo) non modò laudandi tui, ſed ne ornandi quidem. Sed mea ſtudia erga te & officia malo tibi ex tuorum literis, quàm ex meis, eſſe nota. Te tamen hortor, vt omni cura in remp. incumbas. hoc eſt animi, *i* hoc eſt ingenij tui, hoc eſt ei⁹ ſpei, quam habere debes, amplificandæ dignitatis tuæ. Sed hac de re aliàs ad te pluribus. cùm enim hæc ſcribebam, in exſpectatione erant omnia, nondum legati redierant: quos ſenatus non ad pacem deprecandam, ſed ad bellum denuntiandum

i L. hoc ingenij tui, hoc eius ſp.

miſerat, niſi legatorum nuntio paruiſſet. Ego tamē, vt primùm occaſio data eſt, meo priſtino more remp. defendi: me principē ſenatui, populóque R. profeſſus ſum: nec poſteà, quàm ſuſcepi cauſam libertatis, minimum tempus amiſi tuendæ ſalutis, libertatiſque communis. Sed hæc quoque te ex aliis malo. T. Pinarium, familiariſſimum meum, tanto tibi ſtudio commendo, vt maiore non poſſim. Cui cùm propter omneis virtutes, tum etiam propter ſtudia cōmunia, ſum amiciſſimus. Is procurat rationes, negotiáque Dionyſij *k* noſtri, quē & tu multum amas, & ego omnium plurimum. Ea tibi ego non debeo commendare, ſed commendo tamen. Facias igitur, *l* vt eſt * Pinarij, gratiſſimi hominis, literis tuum & erga illum, & erga Dionyſium ſtudium perſpiciamus. Vale.

ARGVMENTVM.

De ſenatuſconſulto ex literis Cornificij facto. Hortatur vt reip. cauſam tueatur. Lucceio ſe nulla in re defuturum pollicetur. Eodem anno interfectis Coss.

M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO. 25

LIBERALIBVS * literas accepi tuas, quas mihi *m* Cornificius altero viceſimo die, vt dicebat, reddidit. Eo die non fuit ſenatus, neque poſtero. * Quinquatribus frequenti ſenatu cauſam tuam egi *non inuita Minerua.* Etenim eo ipſo die ſenatus decreuit, vt Minerua noſtra, cuſtos vrbis, quam turbo deiecerat, reſtitueretur. Panſa tuas literas recitauit. Magna ſenatus approbatio conſecuta eſt cum ſummo gaudio, & offenſione Minotauri, * id eſt, Caluiſij, & Tauri. *n* Factum de te eſt ſenatuſconſultum honorificum. Poſtulabatur, vt etiam illi notarentur: ſed Panſa clementior. Ego, mi Cornifici, quo die primùm in ſpem libertatis ingreſſus ſum, & cunctantibus ceteris *o* ad XIII. Kal. Ian. fundamenta reipub. ieci: eo ipſo die prouidi multùm, atque habui rationem dignitatis tuæ. Mihi enim eſt *p* aſſenſus ſenatus

de

k al. mei.
l al. Facies ig.
* Pinaria gens antiquiſſima, ante vrbem conditam. Liuius li. I.
* I. X. V I. Kal. April. qui dies Baccho dicatus.
K fort. Cornificius tuus.
* vide Varronem.
* hæc verba, id eſt, Caluiſij & Tauri, Manu. vt gloſſema putat delenda. al. Clauiſij legunt.
n a. Factū de te ſenatuſc. honorificum. P.
o L. a. d. XIII.
p L. ſenatus aſſenſus de obt.

de obtinendis prouinciis. Nec verò poſteà deſtiti labe factare eum, qui ſumma cum tua iniuria, contumeliáque reip. prouinciã abſens obtinebat. Itaque crebras, vel potiùs quotidianas compellationes meas non tulit, ſeque in vrbem recepit inuitus: neque ſolùm ſpe, ſed certa re iam, & poſſeſſione deturbatus eſt. Meo iuſtiſſimo, honeſtiſſimóq; conuicio te tuam dignitatem ſumma tua virtute tenuiſſe, prouinciæque honoribus ampliſſimis affectum, vehementer gaudeo. r * Quòd te mihi de Sempronio purgas, accipio excuſationem. fuit enim illud quoddam q Græcùm tempus ſeruitutis. Ego tuorum conſiliorum auctor, r dignitatisque fautor, iratus temporibus, in Græciam, deſperata libertate, rapiebar, cùm me Eteſiæ, quaſi boni ciues, relinquentem remp. proſequi noluerunt: Auſtérque aduerſus maximo flatu me ad * tribuleis tuos Rhegium retulit: atque inde, *ventis remiſq;*, in patriam omni feſtinatione properaui, poſtridiéque in ſumma reliquorum ſeruitute liber vnus fui Sic ſum in Antonium inuectus, vt ille non ferret, omnémque ſuum s vinolentum furorem in me vnum effúderet: méque cùm dicere vellet ad æ'is cauſam, tum tentaret inſidiis: quem ego ructantem, & nauſeantem conieci in Cæſaris Octauiani plagas. Puer enim egregius præſidium ubi primùm, & nobis: deinde t ſummæ reip. comparauit: qui niſi fuiſſet, Antonij reditus à Brundiſio, z peſtis patriæ fuiſſet. Quæ deinceps acta ſint, ſcire te arbitror. Sed redeamus v ad illud, vnde x diuertimus. Accipio excuſationem tuam de Sempronio, neque enim ſtatuti quid in tanta perturbatione habere potuiſti. *Nunc * hic dies aliam vitam affert, alios mores poſtulat*, vt ait Terentius. Quamobrem, mi Quincte, conſcende nobiſcum, & quidem ad puppim. Vna nauis eſt iam bonorum omnium, quam quidem nos damus operam, y vt rectam teneamus. vtinam proſpero curſu. Sed, quicunque venti erunt, ars noſtra certè non aberit.

* vi. ep. 29.
q L. neceſſariũ tempus. alij cæcum. al. gratum, al. egregium.
r L. dignitatis fàutor. & ita v.c.
* Rhegienſes legis Iuliæ beneficio ciuitatẽ Romanam adepti ſuffragium in tribu, & Attici ferebant.
s al. violentum.
t al. ſumma rei cõp.
v L. illuc, vnde d. & ita v.c.
x L. deuertimus.
* al. c. dies.
y ὀρθὰν τὰν ναῦν.

aberit. Quid enim præſtare aliud virtus poteſt? Tu fac z vt animo magno ſis,& excelſo: cogiteſque, omnem dignitatem tuam cum rep. coniunctam eſſe debere. L. Luceium mihi meum cõmendas: quem quibuſcumque rebus potero diligẽter tuebor. † Hirtium quidem,& Panſam, collegas noſtros homines in conſulatu reip. ſalutareis, alieno ſane tempore amiſimus, repub. Antoniano quidem latrocinio liberata, ſed nondum omnino explicata, quam nos, ſi licebit, more noſtro tuebimur: quamquã admodum ſumus iam defatigati. SED NVLLA LASSITVDO *impedire officium & fidem debet.* Verum hæc hactenus. Ab aliis te de me, quàm à meipſo, malo cognoſcere. De te audiebamus ea, quæ maximè vellemus. De Cn. a Minutio, quem tu quibuſdam literis ad cælum laudibus extuliſti, rumores duriores erant. Id quale ſit, omninóque, quid iſtic agatur, facias me velim certiorem. Vale.

z v.c. vt magno animo ſis,& exc. ita L.

* Hinc initium epiſtolæ facit Manut.

a L. Minutio.

ARGVMENTVM.

Heredes Turij commendat. Annus incertus.

CICERO CORNIFICIO, S.D. 26

1 Q. † TVRIVS, qui in Africa negotiatus eſt, vir bonus,& honeſtus, heredes fecit ſimileis ſui Cn. Saturninum, Sex. Aufidium, Cn. Anneium, Qu. Conſidium Gallum, L. Seruilium Poſtumium, † C. Rubellinum ex eorum oratione intellexi, gratiarum actione eos magis egere, quàm cõmendatione. Tanta enim liberalitate ſe tua vſos prædicabant, vt iis plus à te tributum intelligerem, quã ego auderem te rogare, audebo tamen: ſcio enim, quantum b ponderis mea commendatio ſit habitura. Quare à te peto, vt ad eam liberalitatem qua ſine meis literis vſus es, quàm maximus his literis cumulus accedat. Caput autem eſt meæ commendationis, ne patiare Erotem * Turium, Q. Turij libertum, adhuc fecit, hæreditatem * Turianam auertere, ceteriſque omnibus rebus habeas eos à me commendatiſsimos. Magnam ex eorum ſplen-

b L. ponderis apud te mea c.

* al. Curiũ.

* al. Curianam.

dore, &, obſeruantia capies voluptatem. Quod vt velis, te vehementer etiã atq; etiã rogo. Vale.

ARGVMENTVM.

Aufidij equitis Romani negotia Africana cõmendat. Incertus annus.

M. T. C. S. P. D. Q. CORNIFICIO. 27

SEx. Aufidius & obſeruantia, qua me colit, accedit ad proximos: & ſplendore, equiti R. nemini cedit. Eſt autem ita temperatis, moderatiſq; moribus, vt ſumma ſeueritas, ſumma cum humanitate iungatur. Cuius tibi negotia, quæ ſunt in Africa, ita commendo, vt maiore ſtudio, magiſve ex animo commendare non poſſim. Pergratum mihi feceris, ſi dederis operam, vt iis intelligat, meas apud te literas maximum pondus habuiſſe. Hoc te vehementer, mi Cornifici rogo. Vale.

ARGVMENTVM.

Cornificij conſilium non probat quia non animaduerterat in quoſdam Lilybæo militantes, ſtudium eius in remp. laudat. De omittenda gratiarum actione aſſentitur. Addit de pecunia, & de Repu. Scripta Hirtio & Panſa. Coſſ.

M. T. C. S. P. D. Q. CORNIFICIO. 28

ASSENTIOR tibi eos, quos ſcribis Lilybæo minari, iſtic pœnas dare debuiſſe: ſed metuiſti, vt ais, ne nimis liber in vlciſcendo viderêre. Metuiſti igitur, ne grauis ciuis, ne nimis fortis, ne nimis te dignus viderêre. Quòd ſocietatẽ reip. cõſeruãdæ tibi mecũ à patre acceptã renouas, gratũ eſt: quæ ſocietas inter nos ſẽper, mi Cornifici, manebit Gratũ etiã illud, quòd mihi tuo nomine gratias agẽdas nõ putas: nec. n. id inter nos facere debemus. Senatus ſępius pro dignitate tua c appellaretur, ſi abſentibus conſulibus, vmquam niſi ad rẽ nouam cogeretur. Itáque nec de LLS. XX. nec de LLS. IↃCC * quidquam agi nunc per ſenatum poteſt. Tibi autem ex ſenatuſconſulto imperandum, mutuúmque ſumendum cenſeo. In repu. quid agatur, credo te ex eorum literis cognoſcere

c L. appellaretur. & ita v.

* aureorũ. 20000.

re,quid ad te acta debent perſcribere. Ego ſum ſpe bona:conſilio,cura,labore non deſum: omnib. inimicis reipub. eſſe me acerrimū hoſtem præ me fero. Res neque nunc difficili loco mihi videtur eſſe:& fuiſſet facillimo,ſi culpa à quibuſdam *d* abfuiſſet. Vale. d L. afuiſſet.

ARGVMENTVM.

Commendat L.Lamiæ negotia,cúmque ſuſpectum Cornificio quaſi cuidam S. C. contra dignitatem eius facto affuiſſet,excuſat. Hirtio & Panſa Coſs. vel eodem anno poſt Conſulum interitum.

M. T. C. S. P. D. Q. CORNIBICIO. 29

NON modò te, cui omnia noſtra notiſsima ſunt, ſed neminem in populo Romano arbitror eſſe,cui ſit ignota ea familiaritas, quæ mihi cum L. Lamia eſt. *Etenim magno theatro* ſpectata eſt tum cùm eſt ab A.Gabinio conſule, relegatus, quòd liberè,& fortiter ſalutem meam * defendiſſet. Nec ex eo amor inter nos natus eſt: ſed quòd erat vetus, & magnus, propterea nullum periculum pro me adire dubitauit. Ad hæc officia, vel merita potius, iucundiſsima conſuetudo accedit, vt nullo prorſus plus homine delecter. Non puto te iam exſpectare,quibus eum tibi verbis *e* commendem.cauſam enim tanti amoris intelligis:quæ verba deſideret, iis me omnibus vſum putato. Tantum velim exiſtimes, ſi negotia Lamiæ, procuratores, *f* libertos, familiam, quibuſcunque rebus opus erit,defenderis, gratius mihi futurum, quàm ſi ea tua liberalitas pertinuiſſet ad rem familiarem meam. Nec dubito, quin ſine mea commendatione, quod tuum eſt iudicium de hominibus, ipſius Lamiæ cauſa ſtudioſè omnia facturus ſis: quamquam erat nobis dictum, te exiſtimare, aliqui ſenatuſcōſulto, quod contra dignitatem tuam fieret,

* aduerſus Clodium.

e q.v.c.commendarim. non pl.

f L.liberos.

ſcribendo Lamiam affuiſſe: qui omnino conſulib. illis numquam *g* affuit ſcribēdo: deinde omnia tū falſa ſenatuſconſulta d. ferebantur. Niſi fortè etiā illi Semproniano ſenatuſconſulto me cenſ.s affuiſſe: qui ne Romæ quidem *h* tum fui, *i* vt de eo ad te ſcripſi, re recenti. Sed hæc hactenus. Te, mi Cornifici, etiam atque etiam rogo, vt omnia Lamiæ negotia mea putes eſſe: curéſque, vt intelligat, hanc commendationem maximo ſibi vſui fuiſſe. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Cura, vt valeas.

g L. fuit ad ſcribendū.

h particula tum, abeſt à q.v.c.

i al. vt tum de eo.

ARGVMENTVM.

Purgat ſe Cornificio officium literarum requirenti. De bello Antoniano renouato ſcribit. De ſuo ſtudio in amicitia colenda. De anguſtiis pecuniæ publicæ. De Dionyſio, Lucceio & Caluiſij legatis. Poſt Hirtij & Panſæ interitum ſcripta.

M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO. 30

ITANE præter litigatores, nemo ad te meas literas, multæ iſtæ quidem tu enim perfeciſti, vt nemo ſine literis meis tibi ſe commendatum putaret. ſed quis vmquam tuorum mihi dixit eſſe, cui darem, quin dederim? aut quid mihi iucundius, quàm cùm corám tecum loqui non poſſim, aut ſcribere ad te, aut tuas *k* legere literas? Illud magis mihi ſolet eſſe moleſtū, tantis me impediri occupationibus, vt ad te ſcribēdi meo arbitratu facultas nulla detur. Non enim te epiſtol s, ſed voluminibus laceſſerem: quibus quidem me à te prouocari *l* oporteret. Quamuis enim occupatus ſis, otij tamen plus habes. Aut ſi ne tu quidē vacas, noli impudens eſſe nec mihi moleſtiam exhibere, & à me literas crebriores, cū tu mihi raras mittas, flagitare. Nam cùm antea diſtinebar maximis occupationibus propterea quòd omnib. curis remp. mihi tuendam putabam, tum hoc tēpore multò diſtineor vehementiùs. *Vt enim grauiùs ægrotant ij, qui cùm leuati morbo m viderentur, in eum de integro inciderunt*: ſic vehementiùs

k q.v.c. literas legere.

l q.v.c. oportebat.

m al. videntur.

tiùs nos laboramus,qui profligato bello, ac penè ſubtato renouatum bellum gerere conamur. Sed hæc hactenus. Tu tibi mi Cornifici, fac vt perſuadeas,non eſſe me tam imbecillo animo,ne dicam inhumano,vt à te vinci poſſim aut officiis, aut amore. Non dubitabam equidem: veruntamen multò mihi notiorem amorem tuum effecit Chæripus. O hominē ſemper illum quidem mihi aptum,nunc verò etiam ſuauem! Vultus mehercule tuos mihi expreſſit omneis: non ſolùm animum,ac verba *n* protulit. Itáque noli vereri, ne tibi *o* ſuccenſuerim,quod eodem exemplo ad me, quo ad ceteros. Requiſiui equidem proprias ad me vnum à te literas.ſed neque vehementer, & amanter. De ſumptu, quem te in rem militarem facere,& feciſſe dicis,nihil ſanè poſſum tibi opitulari,propterea quòd *p* & orbus ſenatus, conſulibus amiſſis,& incredibiles anguſtię pecuniæ publicæ:quæ conquiritur vndique,vt optimè meritis militibus promiſſa ſoluantur: quod quidē fieri ſine tributo poſſe non arbitror. De Accio Dionyſio nihil puto eſſe: quoniam mihi nihil dixit * Stratorius. De P. Luceio nihil tibi cōcedo,*p* quo ſtudioſior eius ſis,quàm ego ſum. eſt enim nobis neceſſarius. Sed à * magiſtris cùm contenderem de proferendo die probauerunt mihi, ſeſe, quo minùs id facerent,& compromiſſo & iureiurando impediri. Quare veniendū arbitror Lucceio,quãquam,ſi meis literis *q* obtemperauit,cùm tu hæc leges, illum Romæ eſſe oportebit. Ceteris de rebus,maximéque de pecunia cùm Panſæ mortem ignorares,ſcripſiſti: quæ per nos ab eo cōſequi te poſſe arbitrarēre. quæ te non feſelliſſent, ſi viueret. nam te diligebat. Poſt mortem autem eius quid fieri poſſet,non videbamus. De Venuleio, Latino, Horatio,valdè laudo. Illud non nimiùm probo, quod ſcribis,quo illi animo æquiore ferrent,te tuis etiam legatis lictores ademiſſe. Honore enim digni cum ignominia dignis non

n al. pertulit.

o v.c. ſuſcē fuerim.

p L. & orbus eſt ſenatus.

* al Statorius.

p L. quod.

* actionū L.

q al. obtemperauerit.

erant comparandi, cóſque ex ſenatuſconſulto, ſi non decedunt, cogendos, vt decedant exiſtimo. Hæc ferè ad eas literas, quas eodem exemplo binas accepi. De reliquo, velim tibi perſuadeas, nō eſſe mihi meā dignitatem tua cariorem. Vale.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD Familiareis, Liber XIII. Ad Cn.* Memmium.

ARGVMENTVM.

Exulabat C. Memmius de ambitu biennio ante damnatus accuſante Q. Curtio. Eum Cicero in prouinciam Ciliciam proficiſcens, cùm Athenis non reperiſſet, pridie enim quàm Cicero venit Athenas profectus eſt Mitylenas (ep. x. lib. ad Atticum) petiit ab eo per literas, vt cum Patrone Epicureo in gratiā rediret, eique locum, vbi habitauerat Epicurus cōcederet. Seru. Sulpitio Rufo, & M. Claudio, Marcello coss.

M. T. C. S. P. D. C. MEMMIO. 1

ETSI non ſatis mihi conſtiterat, cum aliquáne animi mei moleſtia, an potius libenter te* Athenis viſurus eſſem, quòd iniuria, quam accepiſti, dolore mea afficeret: ſapientia tua, qua fers iniuriam, lætitia: tamen vidiſſe te mallem. Nam quod eſt moleſtiæ, nū ſanè multò leuius eſt, cùm te non video. quod eſſe potuit voluptatis, certè, ſi vidiſſem te, plus fuiſſet. Itáque non dubitabo dare operam, vt te videam, cùm id ſatis commodè facere potero. Interea quòd per literas & agi tecū &, vt arbitror, cōfici poteſt, agā. *a* Nunc à te illud primū rogabo, nequid inuitus mea cauſa facias: ſed id, quod me intelliges multùm tua nullam in partem intereſſe, ita mihi des, ſi tibi vt id libēter facias, antè perſuaſeris. 2 Cum * Patrone Epi-

* De hoc Memmio. vide Appianū lib. 3. belli ciuil. Plut. in Lucu. Suet. in Cæſare, & de claris grā. Cicer. 4. At. ep. vlt. 3. ad Q. fr. ep. 2. hanc gentē à Mneſteo Aeneæ ſocio fluxiſſe putat Seru. l. 4. Aene. in illo verſu, Mox Italus Mneſtheus, Plebeium fuiſſe hinc conſtat, quòd hic Memmius tribunatum qui patricio nō dabatur, exercuerit.

* Athenæ enim Mitylenę, Rhodus, Smyrna. Dyrrachium, Maſſilia, & aliæ quædam ciuitates Romanis exſul. lib. erant liberæ.

a L. Nunc te il. pr.

* hic videtur principē locū Athenis tenuiſſe in Epicurea famil.

Epicuréo mihi *b* omnia ſunt:niſi quòd in philoſophia vehementer ab eo diſſentio. Sed & in illo Romæ,cùm te quoque, & tuos omneis obſeruabat, *c* me coluit in primis:& nuper, cùm ea, quæ voluit, *c* de ſuis commodis,& præmiis conſecutus eſt,me habuit ſuorum defenſorum & amicorũ ferè principem:*d* & iam à * Phædro,qui nobis, cùm pueri eſſemus ante quàm * Philoni *e* cognouimus valde,vt Philoſophus, poſteà tamen, vt vir bonus, & ſuauis,& officioſus, probabatur, *f* traditus, mihi commendatúſque eſt. Is igitur Patro, cùm ad me Romã literas miſiſſet, vti te ſibi placarẽ peteremque, vt n. ſcio quid illud Epicuri pari tinarũ ſibi concederes:nihil ſcripſi ad te ob eam rem, quòd ædificationis tuæ conſilium mea commendatione nolebã impediri. Idem, vt veni Athenas, cùm idẽ, vt ad te ſcriberem,rogaſſet:ob eam cauſam impetrauit,quòd te abiec iſſe illam ædificationem conſtabat inter omneis amicos tuos. Quod ſi ita eſt, *g* & ſi iam plane tua nihil intereſt:velim,ſi qua offenſiũcula facta eſt animi tui, peruerſitate aliquorum(noui enim gentem illã) des te ad lenitatem, vel propter tuam ſummam humanitatẽ, vel etiam honoris mei cauſa. Equidem ſi, quid ipſe ſentiam, quæris:nec cur ille tantopere cõtendat video,nec cur tu repugnes:niſi tamen multò minùs tibi concedi poteſt,quàm illi,laborare ſine cauſa. Quamquam Patronis & orationem, & cauſam tibi cognitam eſſe certò ſcio. honorem,officium, * teſtamentorum ius, Epicuri auctoritatem, * Phædri obteſtationem, ſedem, domicilium, veſtigia ſummorum hominum,ſibi tuenda eſſe dicit. Totam hominis vitam, rationémque, quam ſequitur in philoſophia,derideamus licet,ſi hanc eius contentionem volumus *h* reprehendere. Sed mehercule, quando illi, ceteríſque, quos illa delectant, non valde inimici ſumus: neſcio an ignoſcendum ſit huic, ſi tantopere laborat: in quo etiam ſi peccat, magis ineptiis, quàm improbitate pec-

b al. omnia communia ſunt.
c q. v. c. de ſuis præmiis, & cõmodis cõſ.
d q. v. c. & à Phædro.
* 5. Philip. Phædrus vocatur.
* Vide lib. 9. epi. 8. 5. de Fin. & 2. Tuſcul.
e v. c cognouiſſemus.
f L. Traditus, mihíque cõmendat. q. eſt.
g q. v. c. & planè tua nihil int.
* moriẽs enim Epicurus hortos ſuos Metrodoro teſtaméto reliquit,vt ad alios Epicureæ ſectæ principes poſſeſſio perueniret. Laërtius.
* obteſtatus erat moriẽs Phædrus, ne hortos Epicuri negligerẽt, néue ab quoquã occupari ſinerent.
h v. c. reprendere.

cat. Sed,ne plura (dicendum enim aliquãdo eſt) Põponium Atticum ſic amo, vt alterum fratrem. nihil eſt illo mihi nec carius, nec iucundius. Is (*i* non quo ſit ex iſtis: eſt enim omni liberali *k* doctrina politiſſimus: ſed valde diligit Patronem, valde Phædrum amauit) ſic à me hoc contendit, homo minimè ambitioſus, minimè *l* in rogitando moleſtus, vt nihil vmquam magis: nec dubitat, quin ego à te nutu hoc conſequi poſſem, ita etiã, ſi ædificaturus eſſes. Nunc verò, ſi audierit, te ædificationem depoſuiſſe, neque tamen me à te impetraſſe: non te in me liberalem, ſed me in ſe negligentem putabit. Quamobrem peto à te, vt ſcribas ad tuos, poſſe tua voluntate decretum illud Areopagitarũ, quem ὑπομνηματισμὸν illi vocãt, tolli. Sed redeo ad prima. Prius velim tibi per ſuadeas, vt hoc mea cauſa libẽter facias, quàm vt facias. ſic tamen habeto: ſi feceris, quod rogo: fore mihi gratiſſimum. Vale.

i al. non quod ſit.
k q.v.c. arte polit.
l al. in rogando.

ARGVMENTVM.

Commendat Euandrum ſtatuarium, rogans Memniũ vt ei de habitatione accommodet. Scripta antequã Athenis decederet.

M. T. C. S. P. D. C. MEMMIO. 2

CAIO † * Auiano Euandro, *m* qui habitat in tuo ſacrario, & ipſo multum vtor, & patrono eius, M. *n* Aemilio familiariſsimè. Peto igitur à te maiorem in modum, quod ſine *o* tua moleſtia fiat, *p* vt ei de habitatione accommodes. Nam propter opera inſtituta multa multorum, ſubitum eſt ei *q* remigrare kal. Quinct. Impedior verecundia, ne te pluribus verbis rogem. Neque tamen dubito, quin ſi tua nihil, aut non multum interſit, eo ſis animo, quo ego eſſem, ſi quid tu me rogares. mihi certè gratiſsimum feceris. Vale.

* Vrſ. ab Anieno de quo Fam. ep. 23.
m al. qui habitabat.
n L. Aemilio. & ita v.c.
o al. moleſtia tua.
p al. vt te ei de hab.
q L. demigrare.

ARGVMENTVM.

Commendat Fuſium, quem antea quoque præſens præſenti cõmendauerat. Scripta videtur anno ſequẽti, cùm ad vrbẽ Cicero reuertiſſet, Memmiúmq;

Athe-

Athenis in reditu allocutus eſſet.

M. T. C. S. P. D. C. MEMMIO. 3

AVLVM r Fuſium, vnum ex meis intimis obſeruantiſsimum, ſtudioſiſsimúmque noſtri eruditum hominem, & ſumma humanitate, tuáque amicitia digniſsimum, velim ita tractes, vt mihi coràm recepiſti. s Tam mihi gratum id erit, quàm quod gratiſsimum. Ipſum præterea ſummo t officio, & ſumma obſeruantia tibi in perpetuum deuinxeris. Vale.

r L. Fuſiū.

s L. Tam gratum mi hi id erit, quàm q. & ita v. c.

t q.v.c. ſtudio.

ARGVMENTVM.

Commendat Volaterranos. Scripta videtur Q. Fabio Maximo, C. Trebonio Coſſ. deuictis in Hiſpania Cæſaris liberis.

M. T. C. Q. VALERIO, Q. F. ORCAE, LEG. PROPRAET. S D. 4

CVM municipibus Volaterranis mihi ſumma neceſsitudo eſt. magno enim u meo beneficio affecti, cumulatiſsimè mihi gratiam retulerunt. nam nec in honoribus meis, nec in laborib. vmquam x defuerunt. Cum quib. ſi mihi nulla cauſa intercederet, tamen, quòd te vehementiſsimè diligo, quódq; me à te plurimi fieri ſentio, & monerem te, & hortarer, vt eorum fortunis conſuleres, præſertim cùm propè præcipuā cauſam haberent y ad ius obtinendum. Primùm quòd Syllani temporis acerbitatem, deorum immortalium benignitate ſubterfugerunt: deinde, quòd ſummo ſtudio populi R. à me in conſulatu meo defenſi ſunt. cùm enim tribuni * pl. legem iniquiſsimam de eorum agris z promulgaſſent facile S. P. Q. R. perſuaſi vt eos ciues quibus fortuna pepercisset, ſaluos eſſe vellent. Hanc actionem meam C. Cæſar primo ſuo conſulatu a in lege * Agraria comprobauit, agrúmque Volaterranum, & oppidum omni periculo in perpetuum liberauit: vt mihi dubium non ſit, quin is, qui nouas neceſsitudines adiungat, vetera ſua beneficia conſeruari velit, Quamobrem eſt tuæ prudentiæ, aut

u L. à me benef.

x fort. mihi defuerunt.

y fort. ad ius ſuū t. in.

* præſertim Rullus in quem extāt orationes Agrariæ.

z q.v.c. promulgauiſſent.

a q.v.c. lege in Agraria.

* legem eā intelligit, quam de Campano agro & Stellate diuidēdo tulit. vide Suet.

ſequi eius auctoritatem, cuius ſectam, atq; imperium ſumma cũ tua dignitate ſecutus es: aut certè illi integram omnem cauſam reſeruare. Illud verò dubitare non debes, quin tam graue, tam firmum, tam honeſtum municipium tibi tuo ſummo beneficio in perpetuum obligare velis. Sed hæc, quæ ſcripta ſunt ſuprà, eò ſpectant, vt te horter, *b* & ſuadeam. Reliqua ſunt quæ pertinent ad rogandum: vt non ſolùm tua cauſa tibi conſilium me dare putes, ſed etiã quod mihi opus ſit, me à te petere, & rogare. Gratiſſimum igitur mihi feceris, ſi Volaterranos omnibus rebus integros, incolumeiſque eſſe volueris. Eorum ego domicilia, ſedes, rẽ, fortunas, quæ & à diis immortalibus,* & à præſtantiſſimis * in noſtra rep. ciuibus, ſummo S. P. Q. R. ſtudio conſeruatæ ſunt, tuæ fidei, iuſtitiæ, bonitatíque commendo. Si pro meis priſtinis opibus facultatem mihi res hoc tempore daret, vt ita defendere poſſem Volaterranos, quẽadmodum cõſueui tueri meos: nullũ officiũ nullũ denique certamen, in quo illis prodeſſe poſſem, prætermitterẽ. Sed quando apud te nihilominus hoc tempore valere me confido, quàm valuerim ſemper apud omnes pro noſtra ſumma neceſſitudine, paríque inter nos, & mutua *d* beneuolentia abs te peto, vt ita de Volaterranis mereare, vt exiſtiment, eum quaſi diuino conſilio iſti * negotio præpoſitum eſſe, apud quem vnum nos eorum perpetui defẽſores, plurimũ valere poſſemus. Vale.

b q.v.c.& tibi perſuadeã. L.& tibi ſuadeam.
c q.v.c.ſed quod mihi op.
* Syllanis temporib.
* C.Cæſarẽ fortaſſe etiã intelligit, qui Volaterranos in Cõſulatu defenderat.
d v.c. beniuolentia.
* agrorum diuiſioni.

ARGVMENTVM.

Et rogat, & rationibus etiam perſuadere conatur Curtij agrum non eſſe diuidendum. Eodem anno.

M. T. C. Q. VALERIO, Q. F. ORCAE, LEG. PROPRAET. S. P. D. 5

NON moleſtè fero, eam neceſſitudinem, quæ mihi tecum eſt, notam eſſe quàm plurimis, neq; tamen ob eã cauſam (quod tu optimè exiſtimare potes) te impedio, quo minùs ſuſceptum negotium, pro tua fide, & diligentia, ex volunta-

te

te Cæſaris, qui tibi rem magnam, difficilémque commiſit, gerere poſſis. Nam cùm multi à me petant multa, quòd de tua erga me voluntate non dubitent, non committo, vt ambitione mea conturbem officium tuum. C. Curtio ab ineunte ætatat familiariſſimè ſum vſus. Eius & Syllani temporis iniuſtiſſima calamitate dolui: & cum iis qui ſimilem iniuriam acceperant, amiſſis omnib. fortunis, reditus tamen in patriam voluntate omnium cōcedi videretur, adiutor incolumitatis fui. Is habet in Volaterrano poſſeſſionem, cùm in eā, tanquam è naufragio reliquias contuliſſet. Hoc autem tempore eū Cæſar in ſenatum legit: quem ordinem ille, iſta poſſeſſione amiſſa, tueri vix poteſt. * *Grauiſſimū autem eſt, cùm ſuperior e factus ſit ordine, inferiorem eſſe fortuna:* miniméque conuenit, ex eo agro, qui Cæſaris iuſſu diuidatur, eum moueri, qui Cæſaris beneficio ſenator ſit. Sed mihi minùs liber multa de æquitate rei ſcribere, ne cauſa potius apud te valuiſſe videar quàm gratia. Quamobrē te maiorē in modum rogo, vt C. Curtij rem, meam putes eſſe: quidquid mea cauſa faceres, vt id C. Curtij cauſa cùm feceris, meum exiſtimes. quod ille per me habuerit, id me habere abs te putato. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

* Senator nemo eſſe poterat, niſi 8000. poſsideret. Su. in Auguſt.
e al. factus fis.

ARGVMENTVM.

Commendat Cuſpij amicos generatim, nominatim Iulium & Cornelium. Anno incerto.

M. T. C. Q. VALERIO Q. F. ORCAE, f S. P. D. 6

SI vales, bene eſt: ego quidem valeo. Credo te memoria tenere, g me & corām † P. * Cuſpio tecū locutū eſſe, cū te proſequerer * paludatū: & idē poſtea plurimis verbis tecū egiſſe, vt quoſcūq; tibi eius neceſſarios cōmendarē haberes eos in numero meorū neceſſariorū. Id tu pro tua ſumma erga me h beneuolentia, perpetuáque obſeruantia mihi liberaliſſimè, atque humaniſſimè recepiſti. Cuſpius, homo in omneis ſuos offi-

f I. S. V. B. E. E. Q. V.
g al. me & corā de P. Cuſpio tecum.
† Vrſ. Ciſpio.
* Paludati ibant in prouincias 15. Fam. ep. 17.
h v. c. beniuolentia.

cioſiſſimus, mirificè quoſdam homines ex iſta prouincia tuetur, & diligit, propterea quòd fuit in Africa bis, cùm maximis * ſocietatis negotiis præeſſet. Itaque hoc eius officium, quod adhibet erga illos, ego mea facultate, & gratia ſoleo, quantum poſſum, adiuuare. Quare Cuſpianorum omnium commendationis cauſam hac tibi epiſtola exponendam putaui. reliquis epiſtolis tantùm faciam, vt notam apponã eam, quæ mihi tecũ conuenit, & ſimul ſignificẽ, de numero eſſe Cuſpij amicorum, Sed hanc commendationem, quã his literis conſignare volui, ſcito eſſe omnium grauiſſimã Nam P. Cuſpius ſingulari ſtudio contendit à me, vt tibi quàm diligentiſſimè L. Iulium commendarẽ. Eius ego ſtudio vix videor mihi ſatisfacere poſſe, ſi vtar verbis iis, quibus, cùm diligẽtiſſimè quid agimus, vti ſolemus. Noua quædam poſtulat: & putat me eius generis artificium quoddam tenere. Ei ego pollicitus ſum, me ex intima noſtra arte depromturum mirificum genus commendationis. Id quando aſſequi nõ poſſum, tu re velim efficias, vt ille genere mearum literarũ incredibili *i* quodam perfectum arbitretur. Id facies, ſi omne genus liberalitatis, quod & ab humanitate, *k* & poteſtate tua proficiſci poterit, non modò re, ſed etiam verbis, *l* vultu denique expreſſeris: quæ quantum in prouincia valeant, vellem expertus eſſes. Sed tamen ſuſpicor, ipſum hominẽ, quem tibi commẽdo, perdignum eſſe tua amicitia: *m* non ſolùm, quia mihi Cuſpius dicit, credo (tametſi id ſatis eſſe debebat) ſed quia noui eius iudicium in hominibus, & amicis *n* deligendis. Harum literarũ vis quanta fuerit, propediem iudicabo: tibique, vt confido, gratias agam. Ego, quæ te velle, quæque ad te pertinere arbitrabor, omnia ſtudioſè, diligentérque curabo. Cura, vt valeas. P. Cornelius, qui tibi has literas reddidit, eſt mihi à P. Cuſpio commendatus: cuius cauſa quantopere cuperem, deberémque, profectò ex me facile cognouiſti. Vehementer te rogo,

* Publicianorũ, qui in Africa vectigalia exigebant.

i L. quiddam.

k fort. & à poteſt.

l al. fronte, vultu denique.

m al. nec id ſolùm.

n fort. diligendis. v. c. dilegendis.

re rogo, vt cures, vt ex hac commendatione mihi Cuſpius quam maximas, quàm primùm, quàm ſæpiſſime gratias agat. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat municipium Atellanum, & ne eius ager diuidatur, ſed integram Cæſari cauſam reſeruet. Q. Fabio Maximo, & C. Trebonio Coss.

M. T. C. * CLVVIO S. P. D. 7

* Cluuium Puteolanũ intelligit, de quo ep. 56.

CVM in Galliam proficiſcens, pro noſtra neceſſitudine, tuáque ſumma in me obſeruantia, ad me domum veniſſes, locutus ſum tecum de agro vectigali municipij Attellani, qui eſſet in Gallia: quantóque opere eius municipij cauſa laborarem, tibi oſtendi. Poſt tuam autem profectionem, cùm & maxima res municipij honeſtiſſimi, mihique coniunctiſsimi, & ſummum meum officium ageretur, pro tuo animo in me ſingulari, exiſtimaui me oportere ad te accuratiùs ſcribere: etſi non ſum neſcius, & quæ temporum ratio, & quæ tua poteſtas ſit: tibique * negotium datum eſſe à C. Cæſare, non iudicium, præclarè intelligo. Quare à te tantum peto, quantum & te facere poſſe, & libenter, mea cauſa facturũ eſſe arbitror. Et primùm velim exiſtimes, quod res eſt, municipij fortunas omneis in iſto vectigali conſiſtere: his autem temporibus hoc municipium maximis oneribus preſſum, ſummis affectum eſſe difficultatibus. Hoc etſi *o* commune videtur eſſe cũ multis: tamen, mihi crede, ſingulareis huic municipio calamitates accidiſſe. quas idcirco non cõmemoro, ne de miſeriis meorum neceſſariorũ conquerẽs, homines, * quos nolo, videar offendere. Itaque, niſi magnã ſpẽ haberẽ, C. Cæſari nos cauſam municipij probaturos: non erat cauſa, cur à te hoc tẽpore aliquid cõtenderẽ, ſed quia confido, mihique perſuaſi, illũ & dignitatis municipij, & æquitatis, & volũtatis etiam erga ſe habiturũ eſſe rationẽ: ideò à te, nõ dubitaui contẽdere, vt hanc cauſam illi integrã *p* conſeruares. Quod etſi nihilominùs à te peterem ſi nihil audi-

* diuidendorum agrorum.

o L. commune ei videtur.

* Cæſarem. vel Cæſarianum aliquẽ ſignificat.

p fort. reſeruares.

audiuiſſem te tale feciſſe: tamen maiorem ſpe impetrandi nactus ſum, poſteá quàm mihi dictum eſt, hoc idem à te Rhegienſeis impetrauiſſe. qui etſi te aliqua neceſſitudine attingunt: tamen tuus amor in me, ſperare me cogit, te, quod tuis neceſſariis tribueris, idem eſſe tributurum meis: præſertim cùm ego pro his vnis petam: habeam autem, qui ſimili cauſa laborent, complureis neceſſarios. Hoc me non ſine cauſa facere, neque aliqua leui ambitione commotum à te contendere, etſi te exiſtimare arbitror: tamen mihi affirmanti crédas velim, me huic municipio debere plurimum: nullum vnquam fuiſſe tempus neque honorũ, neque laborum meorũ, in quo non huius municipij ſtudium in me exſtiterit ſingulare. Quapropter à te et ã, atque etiam, pro noſtra ſumma coniunctione, próque tua in me perpetua, & maxima *q* beneuolentia, maiorem in modum peto, atque contendo, vt, cùm fortunas agi eius municipij intelligas, quod ſit mihi neceſſitudine, officiis, *r* beneuolentia coniunctiſſimum, id mihi des. Quod erit huiuſmodi, vt, ſi à Cæſare, quod ſperamus, *s* impetrauerimus, tuo beneficio nos id conſecutos eſſe iudicemus. ſin minùs: pro eo tamẽ id habeamus, quando à te *t* data ſit opera, vt impetraremus. Hoc cùm mihi gratiſſimum feceris: tum viros optimos homines honeſtiſſimos, eoſdémque gratiſſimos, & tua neceſſitudine digniſſimos, ſummo beneficio in perpetuum tibi, tuiſque deuinxeris. Vale.

q v.c. beniuolentia.

r v.c. beniuolentia.

s L. impetrarimus. & ita v.c.

t L. data eſt opera.

ARGVMENTVM.

Rogat Rutilium, vt in agrorum diuiſione, Albini prædia ne attingat. Eodem anno.

M. T. C. M. RVTILIO, S. P. D. 8

CVM & mihi conſcius eſſem, quanti te facerem, & tuam erga me *v* beneuolentiam expertus eſſem, non dubitaui à te petere, quod mihi petendum eſſet. * P. Sextium quanti faciam, ipſe optimè ſcio: quanti autem facere debeam, & tu, & omnes homines ſciunt. Is cùm ex aliis te mihi ſtudio-

v v.c. beniuolentiam.

* qui tribunus plebis Ciceronem ab exilio reduxit.

ſtudioſiſſimum eſſe cognoſceret, petiuit à me, vt ad te quàm accuratiſſimè ſcriberem de re C. Albini ſenatoris: cuius ex * filia natus eſt L. Sextius, optimus adoleſcens, filius P. Sextij. Hoc idcirco ſcripſi, vt intelligeres, non ſolum me pro P. Sextio laborare debere, ſed Sextium etiam pro Albino. Res autem hæc eſt: A M. Laberio C. Albinus prædia in æſtimationem accepit: quæ prædia Laberius emerat à Cæſare de bonis Plotianis. ea ſi dicam non eſſe è rep. diuidi, docere te videar, non rogare. Sed tamen cùm Cæſar Syllanas venditiones, & aſſignationes, ratas eſſe velit, quò firmiores exiſtimentur ſuæ: ſi ea prædia diuidentur, quæ ipſe Cæſar vendidit, quæ tandem in eius venditionibus eſſe poterit auctoritas? Sed hoc quale ſit, x tu pro tua prudentia conſiderabis. Ego te planè rogo, atque ita, vt maiore ſtudio, iuſtiore de cauſa, magis ex animo rogare nihil poſſim, vt Albino parcas, prædia Laberiana ne attingas. Magna me affeceris non modò lætitia, ſed etiam quodammodo gloria, ſi P. Sextius homini maximè * neceſſario y per me ſatisfecerit, cùm ego illi plurimum debeam. Quod vt facias, te vehementer etiam atque etiam rogo. Maius mihi dare beneficium nullum potes. Id mihi intelliges eſſe gratiſſimũ. Vale.

* al. familia, malè vt ex oratione pro Sextio ſect. 6. conſtat.

x al. pro tua prud.

* ſocero ſuo.

y q. v. c. ſatisfecerit per me.

ARGVMENTVM.

Commendat Bithynicam publicanorum ſocietatem, & in his Puppium. Annus incertus.

M. T. C. CRASSIPEDI, S. P. D. 9

QVAMQVAM tibi præſens commendaui, vt potui, diligentiſſimè, ſocios * Bithyniæ: teque cùm ea commendatione, tum etiam tua ſponte intellexi cupere ei ſocietati, quibuſcunque rebus poſſes, commodare: tamen cùm ij, quorum res agitur, magni ſua intereſſe arbitrantur me etiam per literas declarare tibi, qua eſſem erga ipſos voluntate, non dubitaui hæc ad te ſcribere.

* Publicanos qui in ea prouincia vectigal exigebant.

Volo

perſuaſiſſet ipſe,meas de ſe accuratè ſcriptas literas,maximum apud te pondus habituras: à méque contenderet,vt quàm diligentiſſimè ſcriberem:malui facere quod meus familiaris tanti ſua intereſſe arbitraretur.Vt,igitur debere me facere hoc intelligas,cùm primùm M.Terentius * in forum venit,ad amicitiam ſe meā contulit.Deinde,vt ſe corroborauit,duæ cauſæ acceſſerunt,quæ meam in illum a beneuolentiam augerent, vna, quod verſabatur in hoc ſtudio noſtro, quo etiam nunc maximè delectamur, & cum ingenio, vt noſti: nec ſine induſtria: deinde quòd naturæ ſe contulit in ſocietates publicanorum: quod quidem nollem.maximis enim damnis affectus eſt. ſed* tamen cauſa communis ordinis,mihi commendatiſſimi,fecit amicitiam noſtram firmiorem. Deinde verſatus in vtriſque ſubſellijs optima & fide,& fama,iam ante hanc cōmutationem reip. petitioni ſeſe dedit,honorémque honeſtiſſimum exiſtimauit,fructum laboris ſui. His autem tēporibus à me Brundiſio cum literis, & mandatis profectus eſt ad Cæſarem:qua in re & amorē eius in ſuſcipiendo negotio perſpexi,b & fidem in cōficiendo,ac renuntiando.Videor mihi, cùm ſeparatim de probitate eius,& moribus dicturus fuiſſem,ſi priùs cauſam, cur eum tantopere diligerē, tibi expoſuiſſem,in ipſa cauſa exponenda ſatis etiam de probitate dixiſſe. Sed tamen ſeparatim promitto, in méque recipio,fore eum tibi & voluptati,& vſui. Nam & modeſtum hominem cognoſces,& prudentem, & à cupiditate omni remotiſſimum: præterea magni laboris:ſummæque induſtriæ.Neque ego hæc polliceri debeo,quæ tibi ipſi,cùm bene c cognoueris,iudicāda ſunt: SED TAMEN IN OMNIBVS NOVIS CONIVNCTIONIBVS *intereſt,qualis primus aditus ſit,& qua cōmendatione* d *quaſi amicitiæ fores aperiantur.* quod ego his literis efficere volui:etſi id ipſa per ſe neceſſitudo quæſturæ effeciſſe debet, ſed tamen nihilo

* ſumpta virili toga, ineunte ætatis anno xvij. in forum ibant, vt oratores audirēt,eoſque imitari diſcerēt.

a v.c. beniuolentiam.

* Vict.,vet. ſed tamen communis. Vict.ſed tamen communis ordinis.

b q.v.c. & in conficiēdo,ac renūtiando fidē. Vid.

c I.cognoris.& ita v.c.

d al.amicitiæ quaſi f.

infirmius illud, hoc addito. Cura igitur, ſi me tāti facis, quanti & Varro exiſtimat, & ipſe ſentio vt quàm primùm intelligam, hanc meam commendationem tantum illi vtilitatis attuliſſe, quantum & ipſe ſperarit, nec ego dubitarim. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat Bruto & vectigalia, quæ Arpinates habebant in Gallia, & legatos, qui ad ea exigenda proficiſcebantur. Eodem anno.

M. T. C. BRVTO, S. P. D. II

QVIA ſemper animaduerti, ſtudioſè te operam dare, vt nequid meorum tibi eſſet ignotum: propterea non dubito, quin ſcias, non ſolù a cuius municipij ſim, ſed etiam, quā diligenter ſoleam meos municipes Arpinateis tueri. Quorum quidem omnia commoda, omnéſque facultates, quibus & ſacra conficere, & ſarta tecta ædium ſacrarum, locorumque communium tueri poſſint, conſiſtunt in his vectigalibus, quæ habent in prouincia Gallia. Ad ea viſenda, pecuniáſque, quæ à colonis debentur, exigendas, totámque rem & cognoſcendam, & adminiſtrandam, legatos equites Romanos miſimus, Q. e Fuffidium, Q. F. M. Fauciū, M. F. Q. f Mamercum, Q. F. Peto à te maiorem in modum, pro noſtra neceſſitudine, vt ea res tibi curę ſit, operámque des, vt per te quàm commodiſſimè negotium municipij adminiſtretur, quàm primúmque conficiatur, ipſóſque, quorum nomina ſcripſi, vt quam honorificentiſſimè pro tua natura, & quàm liberaliſſimè tractes. Bonos viros ad tuā neceſſitudinē adiunxeris: municipiúmq; gratiſſimū beneficio tuo deuinxeris: mihi verò g etiā eò gratius feceris, quòd cùm ſemper tueri municipes meos conſueui, tum hic annus præcipuè ad meam curam, officiumq; pertinet. Nā conſtituēdi municipij cauſa, hoc anno Aedilē filium meum fieri volui, & fratris filium, & M. Cæſium hominē mihi maximè neceſſarium (is enim *magiſtratus in noſtro municipio, nec alius vllus creari ſolet) quos cohoneſtaris, in primiſque me, ſi reſp. muni-

e L. Suſidiū. f al. Mamercium. g al. eo etiā gr. * ædilitas, in aliis enim municipiis, vel dictator creari ſolebat, vt Lanuuij pro Mil. vel Cōſul vt Tuſculi. vel Duumuir, vt Corfinij. Cæſar 1. bel. ciuil. vel Quatuoruiri, vt Neapoli, & Cumis. 10. Att. ep. 11. vel Quæſtor, vt Sidicini, & Ferentini. Gel. 10. c. 3.

cipij tuo ſtudio,&diligẽtia beneadminiſtrata erit. Quod vt facias, te vehementer etiam atque etiã rogo.

ARGVMENTVM.

Q. Fuſidium legatum commendat. Eodem anno.

M. T. C. BRVTO, S. P. D. 12

ALTA epiſtola communiter commendaui tibi legatos Arpinatium, vt potui diligẽtiſſimè: hac ſeparatim Q. *h* Fuffidium, quo cum mihi omnes neceſſitudines ſunt, diligentiùs commendo: non vt aliquid de iila commendatione *i* deminuam, ſed vt hinc addam. Nam & præuignus eſt M. Cæſij, mei maximè & familiaris, & neceſſarij, & fuit in Cilicia mecum tribunus * militum: quo in munere ita ſe tractauit, vt accepiſſe ab eo beneficium viderer, non dediſſe. Eſt præterea (quod apud te, valet plurimum) à noſtris ſtudiis non abhorrens. Quare velim eum quam liberaliſſimè complectare: operámque des, vt in ea legatione, quam ſuſcepit contra ſuum commodum, ſecutus auctoritatem meam quam maximè eius excellat induſtria. Vult enim, id quod optimo cuique natura tributum eſt, quam maximam laudem cùm à nobis, qui eum impulimus, tum à municipio conſequi: quod ei continget, ſi hac mea commendatione tuum erga ſe ſtudium erit conſecutus, Vale.

h l. Suſidiũ.

i l. diminuam.

* Aſconius duo tribunorum militum genera facit, vnum eorũ qui Rufuli vocabantur, qui creari ſolebant in exercitu: Alterũ quì Comitiati, Romæ comitiis deſignati.

ARGVMENTVM.

Cõmendat L. Caſtroniũ Pætum Lucẽſem. Eodẽ anno.

M. T. C. BRVTO S. P. D. 13

L. CASTRONIVS Pætus, longè princeps municipij Lucenſis, eſt honeſtus, grauis, plenus officij, bonus planè vir, & cum virtutibus, tum etiam fortuna, ſi quid hoc ad rem pertinet, ornatus: meus autem eſt familiariſſimus, ſic prorſus, vt noſtri ordinis obſeruet neminẽ diligentius. Quare & vt eum amicum, & vt tua dignũ amicitia, tibi cõmendo. Cui, quibuſcũq; rebus cõmendaueris, tibi profectò iucundũ, mihi certè erit gratum. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat L. Titium Strabonem, eiúſque procurato-

rem libertum. Eodem anno.

M. T. C. BRVTO, S. P. D.

14 L. Titione Strabone, equite Romano, in primis honeſto, & ornato, familiariſſimè vtor. Omnia mihi cum eo intercedunt iura ſummæ neceſſitudinis. Huic in tua prouincia pecuniã debet P. Cornelius. Ea res à Volcatio, qui Romæ ius dicit, reiecta in Galliam eſt. Peto à te hoc diligentiùs, quàm ſi mea res eſſet, quo eſt honeſtius de amicorum pecunia laborare, quàm de ſua, vt negotium conficiendum cures: ipſe ſuſcipias, tranſigas, operámque des, *l* quod tibi æquum, & rectũ videbitur, vt quàm commodiſſima conditione libertus Strabonis, qui eius rei cauſa miſſus eſt, negotium conficiat, ad nummóſque perueniat. Id & mihi gratiſſimum erit: & tu ipſe *m* L. Titionem cognoſces amicitia tua digniſſimum. quod vt tibi curæ ſit, vt omnia ſolent eſſe, quæ me velle ſcis, te vehementer etiam, atque etiam rogo. Vale.

k al. Titio Strab. Vrſ. Tidione. vt l. 12. ep. 6.

l L. quoad tibi æq. & ita v. c.

m al. L. Titium.

ARGVMENTVM.

Præcilium adoleſcentem patre natum Cæſari amiciſſimo, commendat. Cæſare tertium Conſule ſine collega.

M. T. C. C. CAESARI IMP. S. P. D. 15

PRAECILIVM tibi commendo vnicè, tui neceſſarij, mei familiariſſimi, viri optimi, filium: quem cùm adoleſcentem ipſum propter eius modeſtiam, humanitatem, animum, & amorem erga me ſingularem, mirificè diligo: tum patrem eius, re doctus, intellexi, & didici mihi fuiſſe ſemper amiciſſimum. En hic ille eſt, de illis maximè, qui irridere, atque obiurgare me ſoliti ſunt; quòd me non tecum, præſertim cùm *n* abs te honorificentiſſimè inuitarer, coniungerem * *ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν, Ὣς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα.* audiebam enim noſtros proceres clamitanteis, ✱ *Ἄλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ.* I Sed tamen *o* idem me conſolatur: & iam

n L. ab te.

* Homer. Odyſſ. *η*.

* Home. Odyſſ. *α* & v.

o L. iidem me conſolantur: etiã hominem peruſtum inani gloria.

iam hominem peruſtum* etiamnum gloria, volũt incendere: atque ita loquuntur, ἀλλ' ἄγε, πῶς μὴ μονας, ἀ δεῖ γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολέσθαι, ἀλλὰ μέγα ῥέξας τὶ καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. Sed me minùs iam mouent, vt vides. Itaque ab Homeri magniloquẽtia confero me ad vera præcepta. Εὐριπίδου μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. quem verſum ſenex Præcilius laudat egregiè: & ait, poſſe ad eundem & ἅμα πρόσω, καὶ ὀπίσω videre, & tamen nihilominus, *Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων. Sed, vt redeam ad id, vnde cœpi: vehementer mihi gratum feceris, ſi hunc adoleſcentem humanitate tua, quæ eſt ſingularis, comprehenderis: & ad id, quod ipſorum Præciliorum cauſa te velle arbitror, addideris cumulum commendationis meæ. Genere nouo ſum literarum ad te vſus, vt intelligeres non vulgarem eſſe commendationem. Vale.

* intimum. al. etiam non. al. inani. al. & inani.

* Homer. Ili. β.

ARGVMENTVM.

Apollonium P. Craſſi libertum, Cæſari bellum in Hiſpania contra Cæſaris liberos gerenti, commendat.
Eodem anno.

M. T. C. C. CAESARI IMPER. S. P. D. 16

P. CRASSVM ex omni nobilitate adoleſcentem dilexi plurimùm: *p* & ex eo, cũ ab ineunte eius ætate bene ſperauiſſem, *q* tum optimè exiſtimare cœpi ex iis iudiciis, quæ de eo feceram, cognitis. Eius libertũ Apolloniũ iam tum equidẽ, cùm ille viueret, & magni faciebam, & probabam. Erat enim & ſtudioſus Craſſi, & ad eius optima ſtudia vehementer aptus. itaque ab eo admodum diligebatur. Poſt mortem autem Craſſi, eò mihi etiam dignior viſus eſt, quem in fidem, atq; amicitiam meam reciperem, quòd eos à ſe obſeruandos, & colendos putabat, quos ille dilexiſſet, & quibus carus fuiſſet. Itaq; & ad me in* Ciliciã venit, multiſq; in rebus mihi magno vſui fuit & fides eius, & prudentia: & vt opinor, tibi in Alexandrino bello, quantum ſtudio, & fidelitate conſequi

p L. & de eo.
q al. tũ per me exiſt.

* L. Ciciliã.

 po

potuit,non defuit.Quòd cùm ſperaret te quoque ita exiſtimare,in Hiſpaniã ad te maximè ille quidem ſuo conſilio ſed etiam me auctore eſt profectus.Cui ego commendationem non ſum pollicitus,nõ quin eam valituram apud te arbitrarer: ſed neque mihi egere commẽdatione videbatur, qui & in bello tecum fuiſſet,& propter memoriã Craſsi de tuis vnus eſſet:& ſi vti commendationibus vellet,etiã per alios eum videbam id cõſequi poſſe.Teſtimonium r meum de eo iudicij,quod & ipſe magni æſtimabat,& ego apud te valere etiam expertus,ei libenter dedi.Doctũ igitur hominem cognoui,& ſtudiis optimis deditum, idque à puero.Nam domi meæ s cum Diodoro Stoico, homine,meo iudicio,eruditiſsimo,multũ à puero fuit. Nunc autem incenſus ſtudio rerum tuarum, eas literis Græcis mandare cupiebat. poſſe arbitror: valet ingenio:habet vſum:iãpridem in eo genere ſtudij literarúmque verſatur: ſatisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. Habes opinionis meæ teſtimonium : ſed tu hoc faciliùs multò pro tua ſingulari prudentia iudicabis. Et tamen,quod negauerã,commẽdo tibi eum.Quidquid ei commodaueris, erit id mihi maiorem in modum gratum.Vale.

r L.mei de eo iud.

s L. cum Diodoro.

ARGVMENTVM.

Sulpitio Iuriſconſultorum principi Achaiæ præfecto commendat M.Curium patris negotiantem. Cæſare quartùm Conſule ſine collega, pugnante in Hiſpania contra Pompeij liberos.

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. P. D. 17

t MARCVS Curius, qui Patris negotiatur, multis,& magnis que cauſis à me diligitur. Nam & amicitia peruetus mihi cum eo eſt,vt primùm in forum veni,inſtituta : & Patris cùm aliquoties anteà,tum proximè hoc miſerrimo bello,domus eius tota mihi patuit : qua ſi opus fuiſſet,tam eſſem vſus,quàm mea.Maximum autem mihi vinculum cum eo eſt, quaſi ſanctioris cuiuſ-

t L.M.Curius.

dam neceſsitudinis, quod eſt Attici noſtri familiariſsimus, eúmque vnum præter cæteros obſeruat, ac diligit. Quem ſi tu iam fortè v cognouiſti, puto me hoc, quod facio, facere ſeriùs. Ea enim eſt humanitate, & obſeruantia, vt eum tibi iam ipſum per ſe commendatum putem. Quod tamen ſi ita eſt, magnopere à te quæſo, vt ad eã voluntatem ſi quã in illum ante has meas literas cõtuliſti, t quã maximus x poſtea commendatione cumulus accedat. Sin autem propter verecundiam ſuam minùs ſe tibi obtulit, aut eum nondum ſatis habes cognitum, y aut quæ cauſa eſt, cur maioris commendationis indigeat: ſic tibi eum commendo, vt neque maiore ſtudio quemquam, neque iuſtioribus de cauſis cõmendare poſsim. Faciámque id, quod debent facere ij, qui religioſè, & ſine ambitione commendat, ſpondebo enim tibi, vel potiùs ſpondeo in méque recipio, eos eſſe *M. Curij mores, eámque tum probitatem, tum etiam humanitatem, vt eum & amicitia tua, & tam accurata cõmendatione, ſi tibi ſit cognitus, dignum ſis exiſtimaturus. Mihi certè gratiſsimum feceris, ſi intellexero, has literas tantum, quantum ſcribens confidebam, apud te pondus habuiſſe. Vale.

v c. cognoſti. & ita. L.

x L. poſt mea commendatione noſtra cumul. Faern. & Man. quam maximè poteſt mea commendatione. al. quàm maximus poſtea. vel, quàm maximus poſtea commẽdat cumulus.

y fort. aut ſi quæ cauſa eſt.

* L. M.

ARGVMENTVM.

Agit gratias de optima in Atticum voluntate. Deinde non neceſſariam commendationem addit, vt neque in Epiroticis negotiis, neque in aliis rebus Attico deſit. Eodem loco.

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. P. D. 18

NON concedam, vt Attico noſtro, quem elatum lætitia vidi, iucũdiores tuę ſuauiſſimè ad eũ, & humaniſsimè ſcriptæ literæ, fuerint, quã mihi. Nã etſi vtriq; noſtrûm propè æquè gratæ erãt: tamẽ ego admirabar z magis, te, quaſi rogatus, aut certè admonitus, liberaliter Attico reſpondiſſes (quod tamẽ dubium nobis quin ita futurũ fuerit,

z L. magis, quàm ſi rogatus, aut certè admonitus, li. Att. reſp. (q. t. d. n. q. ita f. f. n. er.) te vltrò, &c.

non erat) vltrò ad eum ſcripſiſſe, eique nec opinanti voluntatem tuam tantam per literas detuliſſe. De quo non modò rogare te, vt eo ſtudioſiùs mea quoque cauſa facias, non debeo (nihil enim cumulatius fieri poteſt, quàm polliceris) ſed ne gratias quidem agere, quòd tu & ipſius cauſa, & tua ſponte feceris. Illud tamen dicã, mihi id, quod feciſti, eſſe gratiſsimum. Tale enim tuum iudiciũ de homine eo, quem ego vnicè diligo, non poteſt mihi non ſummè eſſe iucundum. Quod cùm ita ſit, eſſe gratum neceſſe eſt. Sed tamen, quando mihi, pro coniunctione noſtra, vel peccare apud te in ſcribendo licet: vtrumque eorum. quæ negaui mihi facienda eſſe, faciam. Nam & ad id, quod Attici cauſa te oſtendiſti eſſe facturum, tantum velim addas, quantum ex noſtro amore acceſsionis fieri poteſt. Et, quo modò verebar tibi gratias agere, nunc planè ago, téque ita exiſtimare volo, quibuſcunque officiis in * Epiroticis, reliquiſque rebus Atticum obſtrinxeris, iiſdem me tibi obligatum fore. Vale.

* vbi poſſeſsionem habuit Atticus.

ARGVMENTVM.

Rogat vt Lyſonem in fidem neceſsitudinémque recipiat. Eodem anno.

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. P. D. 19

CVM Lyſone Patrenſi eſt mihi quidem hoſpitium vetus: quam ego neceſsitudinem ſanctè colendam puto: ☧ ſed ea cauſa etiam cũ aliis compluribus: familiaritas tanta nullo cũ hoſpite: & ea cùm officiis eius multis, tum etiam conſuetudine quotidiana ſic eſt aucta, vt nihil ſit familiaritate noſtra coniunctius. Is cùm Romæ annum propè ita fuiſſet, vt mecum viueret, etſi eramus in magna ſpe, te meis literis, commendationéque diligentiſsimè facturum, id quod feciſti, vt eius rem, & fortunas abſentis tuerere, tamen quòd in vnius poteſtate erant omnia, & quòd Lyſo fuerat in noſtra * cauſa, noſtriſque præſidiis, quoti

☧ L. ſed ea cauſa eſt etiam c. al. ſed ea cauſa communi ſei eſt cũ aliis cõpl.

* Pompeij partes intelligit.

quotidie aliquid timebamus. Effectum tamen eſt & ipſius ſplendore, & noſtro, reliquorúmque hoſpitum ſtudio, vt omnia, quæ vellemus à Cæſare impetrarentur: quod intelliges ex iis literis, quas Cæſar ad te dedit. Nunc non modò non remittimus tibi aliquid ex noſtra commendatione, quaſi adepti iam omnia: ſed eò vehementiùs à te contendimus, vt Lyſonem, in fidem, neceſſitudinemque tuam recipias. Cuius dubia fortuna timidius tecum agebamus, verentes, ne quid accideret eiuſmodi, vt ne tu quidē mederi poſſes. Explorata verò eius incolumitate, omnia à te ſtudia ſumma cura peto. Quæ ne ſingula enumerem, totam tibi domũ cõmendo. In his adoleſcentem filium eius, quē C. Mēmius Gemellus, cliens meus, cùm in calamitate *a* exſulij ſui Patrenſis ciuis factus eſſet, Patrenſium legibus adoptauit: vt eius ipſius hereditatis ius, cauſámque tueare. Caput illud eſt, vt Lyſonem, quem ego virum optimum gratiſſimúmque cognoui, recipias in neceſſitudinem tuam. Quod ſi feceris, non dubito, quin in eo diligendo, ceteríſque poſteà commendando idem, quod ego, ſis iudicij, & voluntatis habiturus. Quod cùm fieri vehementer ſtudeo, tum etiam illud vereor, ne ſi minùs cumulatè videberis feciſſe aliquid eius cauſa, me ille negligenter ſcripſiſſe de ſe putet, nō te oblitum mei. Quanti enim me faceres, cùm ex ſermonibus quotidianis meis, tum ex epiſtolis etiam tuis potuit cognoſcere. Vale.

a al. ex filij.

ARGVMENTVM.

Commendat Aſclaponem medicum. Eodem anno.

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. P. D. 20

ASCLAPONE Patrenſi medico, vtor valde familiariter: eiúſque cum conſuetudo mihi iucunda fuit, tum etiam ars, quam ſum expertus in *b* valetudine meorum. In qua mihi *c* tum ipſa ſciētia, tum etiam fidelitatē, *d* beneuolentiáque ſatisfecit. Hunc igitur tibi commendo: & à te peto,

b v. c. valitudine.
c al. cùm.
d v. c beneuolentiaq;.

vt des operam, vt intelligat, diligenter me ſcripſiſſe de ſeſe. meámque cōmendationem vſui magno ſibi fuiſſe. Erit id mihi vehemēter gratū. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat M. Aemilium Auianum & C. Hammonium libertum eius. Eodem anno.

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. P. D. 21

M. e AEMILIVS Auianus ab ineunte adoleſcentia me obſeruauit, ſempérque dilexit, vir cùm bonus, tum perhumanus, & in omni genere officij *f* diligendus. Quem ſi arbitrarer eſſe Sicyone, ibi & audirem ibi eū etiā nūc, vbi ego reliqui, Cibyræ commorari, nihil eſſet neceſſe plura me ad te de eo ſcribere. Perficeret enim ipſe profectò ſuis moribus, ſuáq; humanitate, vt ſine cuiuſquā cōmendatione diligeretur abs te non minùs, quā & à me, & à ceteris ſuis familiaribus. Sed cùm illū abeſſe putē, cōmendo tibi maiorem in modū domū eius, quæ eſt Sicyone, rémque familiarem, maximè Caium Auianum *g* Ammonium, libertum eius: quem quidem tibi etiā ſuo nomine cōmendo. Nam cùm propterea mihi eſt probatus, quòd eſt in patronum ſuū officio, & fide ſingulari: tum etiam quòd in me ipſum magna officia contulit, mihiq; moleſtiſſimis temporibus ita fideliter, *h* beneuoléque præſtò fuit, vt ſi à me manumiſſus eſſet. Itaque peto à te, vt eum *i* Ammonium, & in patroni eius negotio ſic tueare, vt eius procuratorem, quem tibi commendo, & ipſum ſuo nomine diligas, habeáſque in numero tuorum. hominē *k* pudentem, & officioſum cognoſces, & dignum qui à te diligatur. Vale.

e v.c. Aimilius.

f fort. diligentiſſimus.

g L. Hammonium.

h v.c. beniuoléque.

i L. Hammonium. al. Auianū libertum eius.

k L. prudentem.

ARGVMENTVM.

T. Manlium ſuo, Varroniſque Murenæ nomine, commendat. Eodem anno.

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. P. D. 22

T. MANLIVM, qui negotiatur Theſpiis, vehemēter diligo. Nam & ſemper me coluit, diligentiſſi

tiſſiméque obſeruauit, & à ſtudiis noſtris non abhorret. Accedit eò, quòd Varro* Murena magnopere eius cauſa vult omnia: qui ita exiſtimauit, etſi ſuis literis, quibus tibi Manlium commendabat, valde confideret: tamen mea commendatione aliquid acceſſionis fore Me quidem cùm Manlij familiaritas, tum Varronis ſtudium commouit, vt ad te quàm accuratiſſimè ſcriberem. Gratiſſimum igitur mihi feceris, ſi huic commendationi meæ tantum tribueris, quantum tribuiſti plurimum: id eſt, ſi T. Manlium quã maximè, quibuſcũque rebus honeſtè, ac pro tua dignitate poteris, iuueris, atque ornaueris. Ex ipſius prætereà gratiſſimis, & humaniſſimis moribus confirmo tibi, cũ te, quem ſoles, fructum à bonorum virorum officiis exſpectare, eſſe capturum. Vale.

* Varro Terentiæ gentis, Murena Liciniæ cognomen. Hic igitur vel ex Terẽtia in Liciniam: vel ex Licinia in Terentiã adoptatus.

ARGVMENTVM.

L. Coſsinium libertum commendat.

M. C. C. SER. SVLPICIO, S. P. D. 23

L. Cossinio, amico, & tribuli meo, valde familiariter vtor. Nam & inter noſmetipſos vetus vſus intercedit: & Atticus noſter maiorem etiam mihi cum Coſſinio conſuetudinem fecit. Itaq; tota Coſſinij domus me diligit, in primiſq; libertus eius, L. Coſſinius Anchialus, homo & patrono, & patroni neceſſariis, quo in numero ego ſum, probatiſſimus. Hunc tibi ita commendo, vt, ſi meus libertus eſſet, eodémque apud me loco eſſet, *l* quo & eſt apud patronum ſuum, maiore ſtudio commendare non poſſem. Quare pergratum mihi feceris, ſi eum in amicitiam tuam receperis: atque eum, quod ſine moleſtia tua fiat, ſi qua in re opus ei fuerit, iuueris. Id & mihi vehementer gratum erit, & tibi poſteà iucundum. Hominem enim ſũma probitate, humanitate, obſeruantiáq; cognoſces. Vale.

l al. que eſt apud.

ARGVMENTVM.

Rogat Sulpitium vt omnibus officiis, omnique liberali

ralitate Lyſonem complectatur. Eodem anno.

M. T. C. SER. SVLPITIO, S. P. D. 24

CVm antea capiebam ex officio meo voluptatem, quòd memineram, quàm tibi diligẽter Lyſonem hoſpitem, & familiarem meum, commendaſſem, tum verò poſteà, quàm ex literis eius cognoui, tibi eum falsò ſuſpectũ fuiſſe, vehementiſſimè lætatus ſum, me tam diligentem in eo cõmendando fuiſſe. Ita enim ſcripſit ad me, ſibi meã commendationem maximo adiumẽto fuiſſe, quòd ad te delatum diceret, ſeſe contra dignitatem tuã Romæ de te loqui ſolitum eſſe. De quo etſi pro tua facilitate, & humanitate purgatum ſe tibi ſcribit eſſe: tam primùm, vt debeo, tibi * maximas gratias ago, cum tantũ literæ meæ potuerunt, vt, his lectis, omnem offenſionem ſuſpicionis, quam habueras de Lyſone, deponeres: deinde credas mihi affirmanti velim, me hoc non pro Lyſone magis, quàm pro omnibus ſcribere hominem eſſe neminem, qui vmquam mentionem tui ſine tua ſumma laude fecerit. Lyſo verò cùm mecum propè quotidie eſſet, vnáque viueret: non ſolùm quia me libenter audire arbitrabatur, ſed quia libentiùs ipſe loquebatur, omnia mihi tua & facta, & dicta laudabat. Quapropter etſi à te ita tractatur, vt iã non deſideret commendationem meam, vníſque ſe literis meis omnia conſecutum putet: tamen à te peto maiorem in modum, vt eum etiam atque etiã tuis officiis, *m* liberalitate complectare. Scriberem ad te, qualis vir eſſet, vt ſuperioribus literis feceram, niſi eum iam per ſeipſum *n* ſatis tibi eſſe notum arbitrarer. Vale.

* L. non habet, maximas.

m L. liberalitateq;.

n L. tibi ſatis eſſe & ita v. c.

ARGVMENTVM.

Hageſaretum breuiter & accuratè commendat. Eodem anno.

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. P. D. 25

† *HAGESARETVS Lariſſæus, magnis meis beneficiis ornatus in cõſulatu meo, memor, & gratus fuit: méque poſteà diligentiſſimè coluit.

* al. Ageſaretus. Vrſ. Hegeſaretus Lariſæus.

Eum

Eum tibi magnopere cõmendo, vt & hoſpitem, & familiarem meum, & gratũ hominem, & virum bonum, & principem ciuitatis ſuæ, & tua neceſſitudine digniſſimum. Pergratum mihi feceris, ſi dederis operam, vt is intelligat, hanc meã cõmendationẽ magnum apud te pondus habuiſſe. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat Meßinij Achaica negotia. Eodem anno.

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. P. D. 26

L. MESSINIVS ea mecum *neceſſitudine coniunctus eſt, quòd mihi quæſtor fuit Sed hãc cauſam, quam ego, vt à maioribus accepi, ſemper grauem duxi, fecit virtute, & humanitate ſua iuſtiorem. Itaque eo ſic vtor, vt nec familiariùs vllo, nec libentiùs Is quamquam confidere videbatur, te ſua cauſa, quæ honeſtè poſſet, * libenter eſſe factum, magnum tamen eſſe ſperauit apud te meas quoque literas pondus habituras. Id cùm ipſe ita iudicabat, tum pro familiari conſuetudine ſæpe ex me audierat, quàm ſuauis eſſet inter nos & quanta coniunctio. Peto igitur à te, tanto ſcilicet ſtudio quanto intelligis debere me petere pro homine tam mihi neceſſario, & tam familiari: vt eius negotia quæ ſunt in Achaia, ex eo, quòd heres eſt M. Mindio fratri ſuo, qui Elide negotiatus eſt, explices, & expedias tum iure, & poteſtate, quã habes, tum etiam auctoritate, & conſilio tuo. Sic enim præſcripſimus iis, quibus ea negotia mandauimus, vt omnibus in rebus, quæ in aliquam controuerſiam vocarentur, te arbitro, &, p quod commodo tuo fieri poſſet, te diſceptatore vterentur. Id vt honoris mei cauſa ſuſcipias, vehementer te etiam atque etiam rogo. Illud prætereà, ſi non alienum à tua dignitate putabis eſſe, feceris mihi pergratum: ſi qui difficiliores erunt, vt rem ſine controuerſia confici nolint, ſi eos, quando cum ſenatore res eſt, Romam reieceris. Quod quo minore dubitatione face

o L. L. Meſcinius.
* vide ſuprà, ep. 10.
* al. libẽter te eſſe factum.
p ſic habent vet. cod. duo.

faceres poſſis, literas ad te à M. Lepido conſule, nō quæ te aliquid iuberent (neq; enim id tuæ dignitatis eſſe *q* arbitrabamur) ſed quodāmodo *r* quaſi commendatitias ſumſimus. Scriberem, quàm id beneficium bene apud Meſſinium poſiturus eſſes, niſi & te ſcire confiderem, & mihi peterem. Sic enim velim exiſtimes, non minùs me de illius re laborare, quàm ipſum de ſua. Sed cùm illū ſtudeo quàm facillimè ad ſuum peruenire: tum illud laboro, vt non minimum hac mea commendatione ſe conſecutum arbitretur. Vale.

q q.v.c. arbitramur.
r furt. & quaſi cōm.

ARGVMENTVM.

Gratias agit Sulpitio quòd Aemilium Auianum liberaliter tractaſſet, tandémque rurſus commendat. Laudat in extremo Seruium filium. Eodem anno.

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. P. D. 27

LICET eodem exemplo ſæpius tibi huius generis literas mittam, cùm gratias agam, quòd meas commendationes tam diligenter obſerues: quod feci in aliis, & faciam, vt video, ſæpius. ſed tamen non parcam operæ, *s* & vt vos in veſtris formulis, ſic ego in epiſtolis de eadem re alio modo. C. Auianus igitur *t* Ammonius incredibileis mihi gratias per literas egit & ſuo, & *v* Aemilij Auiani, patroni ſui nomine, nec liberaliùs, nec honorificentiùs potuiſſe tractari, nec ſe præſentem, nec rem familiarem abſentis patroni ſui. Id mihi cùm iucundum eſt eorū cauſa, quos ego tibi ſumma neceſſitudine, & ſumma coniunctione adductus commendaueram, quod M. Aemilius vnus eſt ex meis familiariſſimis, atque intimis, maximè neceſſarius homo, & magnis meis beneficiis debere videntur, gratiſſimus: tum multò iucundius te eſſe in me tali voluntate, vt plus prodis amicis meis, quàm ego præſens fortaſſe prodeſſem: credò, quòd magis ego dubitarem, quid illorum cauſa facerem, quàm tu quid mea. Sed hoc non dubito quin exiſtimes mihi eſſe gratum. Illud te

s L. & vt vos ſaletis in formulis, ſ.
t L. Hammonius.
v v.c. Aimilij.

rogo, vt illos quoque gratos homines eſſe putes: quod ita eſſe tibi promitto, atque confirmo. Quare velim, quidquid habent negotij, des operam, quod commodo tuo fiat, vt te obtinente Achaiam, conficiant. Ego cum tuo Seruio iucundiſſimè, coniunctiſſiméque viuo: magnámque cùm ex ingenio eius, ſingularique ſtudio, tum ex virtute, & probitate voluptatem capio. Vale.

ARGVMENTVM.

Agit gratias de Meßinio humaniter tractato, laudatq; Lacedamonios. Niſi, cum Manutio, duas eſſe epiſtolas malis. Eodem anno.

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. P. D. 28

ETsi libenter petere à te ſoleo, ſi quid opus eſt meorum cuipiam: tamen multò libentiùs gratias tibi ago, cùm feciſti aliquid commendatione mea: quod ſẽper facis. Incredibile eſt enim, quas mihi gratias omnes agant, etiã mediocriter à me tibi cõmendari: x quæ omnia mihi grata: ſed de L. Meſcinio gratiſſimũ. Sic enim eſt mecum locutus, te, vt meas literas legeris, ſtatim procuratoribus ſuis pollicitũ eſſe omnia: multò verò plura, & maiora feciſſe. Id igitur (puto enim etiã atq; etiam mihi dicendũ eſſe) velim exiſtimes mihi te feciſſe gratiſſimum. Quod quidem hoc vehementiùs lætor, quòd ex ipſo Meſcinio te video magnã capturũ voluptatẽ. Eſt enim in eo cùm virtus, & probitas, & ſummum officium, ſummaque obſeruantia: tum ſtudia illa noſtra, quibus antea delectabamur, nunc etiam viuimus. Quod reliquũ eſt, velim augeas tua in eũ beneficia omnibus rebus, quæ te erunt dignæ. y Sed duo, quæ te nominatim rogo: Primùm, vt ſi quid ſatiſdandum erit, AMPLIVS EO NOMINE NON PETI, cures, vt ſatiſdetur fide mea. Deinde, cùm ferè conſiſtat hereditas in iis rebus, quas auertit Oppia, quæ vxor Mindij fuit: adiuues, incáſque rationem, quemadmodum ea mulier Romam perduca

x q. v. c. quæ mihi omnia grata.

y q. v. c. Sed duo quidẽ te nominatim rogo. L. ſed duo ſunt quæ.

ducatur. quod ſi putarit illa fore, vt opinio noſtra eſt, negotium conficiemus. Hoc vt aſſequamur, te vehementer etiam atque etiam rogo. Illud, quod ſuprà ſcripſi, id tibi confirmo, in meque recipio, te ea, quæ feciſti Meſcinij cauſa, quæq; feceris, ita bene* collocaturum, vt ipſe iudices, homini te gratiſſimo, z & iucundiſſimo benignè feciſſe. Volo enim, ad id, quod mea cauſa feciſti, hoc etiam accedere. Nec Lacedæmonios dubitare arbitror, quin ipſi ſua, maiorúmque ſuorum auctoritate ſatis cõmendati ſint fidei, & iuſtitiæ tuæ: & ego, qui te optime nouiſſem, non dubitaui, quin tibi notiſſima & iura, & merita populorum eſſent. Itaque cùm à me peteret Philippus Lacedæmonius, vt tibi ciuitatem commendarem: etſi memineram, me ei ciuitati omnia debere: tamen reſpondi, commendatione Lacedæmonios apud te non egere. Itaque ſic velim exiſtimes, me omneis Achaiæ ciuitates arbitrari pro horum temporum perturbatione feliceis, quòd tu his præſis: eundémque me ita iudicare, te, quòd vnus optimè noſſes, non noſtra ſolùm, ſed etiam Græciæ monumenta omnia, tua ſponte amicum Lacedęmoniis & eſſe, & fore. Quare tantùm à te peto, vt, cùm ea facies Lacedæmoniorum cauſa, quę tua fides, amplitudo, iuſtitia poſtulat: his, ſi tibi videbitur, ſignifices, te non moleſtè ferre, quòd intelligas, ea quæ facias, mihi quoque grata eſſe. Pertinet enim ad officium meũ, eos exiſtimare, curæ mihi ſuas res eſſe. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

* L. collaturum.

z al. iucundiſſimoque ben.

ARGVMENTVM.

Capitonem diligentiſſimè commendat pro hæreditate Antiſtij. Eodem anno.

M. T. C. *a* CN. PLANCO, S. P. D. 29

NON dubito, quin ſcias, in iis neceſſariis, qui tibi à patre relicti ſunt, me tibi eſſe vel coniunctiſſimum, non his modo cauſis, quæ ſpeciem *b* habent magnæ coniunctionis, ſed iis etiã, quæ familiaritate, & cõſuetudine *c* tenen-

a al. L. Planco, ſ. d.

b q. v. c. habeant mag.

c fort. teneantur.

nentur, quam ſcis mihi iucundiſſimam cum patre tuo & ſummam fuiſſe. Ab his initiis noſter in te amor profectus, auxit paternam neceſſitudinem, & eò magis, quod intellexi, vt primùm per ætatem iudicium facere potueris, quanti quiſque tibi faciendus eſſet, me à te in primis cœptum eſſe obſeruari, coli, diligi. Accedebat non mediocre vinculum cùm ſtudiorum, quod ipſum eſt per ſe graue: tum eorum ſtudiorum, earúmque artium, quæ per ſe ipſæ eos, qui voluntate eadem ſunt, etiam familiaritate deuinciunt. Exſpectare te arbitror, hæc tam longè repetita principia, quò ſpectent. Id primùm ergo habeto, non ſine magna iuſtáq; cauſa hanc à me commemorationem eſſe factam. C. Atteio. Capitone vtor familiariſſimè. Notæ tibi ſunt varietates meorum tẽporum in omni genere, & bonorum, & laborum meorum, & animus, & operæ, & auctoritas, & gratia, † etiam res familiaris C. Capitonis præſto fuit, *d* & paruit, & temporibus, & fortunæ meæ. Huius propinquus fuit T. Antiſtius: qui cùm * forte quæſtor Macedoniam obtineret; neque ei ſucceſſum eſſet. Pompeius in eam prouinciam cum exercitu venit. Facere Antiſtius, nihil potuit. Nam ſi potuiſſet, nihil ei fuiſſet antiquius, *e* quàm ad Capitonem, quem vt parentem diligebat, reuerti: præſertim cũ ſciret, quanti is Cæſarem faceret, ſempérque feciſſet. Sed oppreſſus, tantum attigit negotij, quantum recuſare non potuit. Cùm ſignaretur argentum Apolloniæ, non poſſum dicere, eum præfuiſſe, neque poſſum negare eum affuiſſe, ſed non plus duobus, aut tribus menſibus. Deinde *f* abfuit à caſtris: fugit omne negotium, hoc mihi, vt teſti, velim credas meam enim ille mœſtitiam in illo bello videbat: mecum omnia communicabat. Itaque abdidit ſe in intimam Macedoniam, *g* quò potuit longiſſimè à caſtris, non modò vt non præeſſet vlli negotio, ſed etiam vt ne intereſſet quidem. Is poſt prælium ſe ad hominem neceſ-

d L. & paruit.

* al. ſorte.

e v. e quam vt ad Capitonem, quẽ vt parentẽ, diligebat, reuerteretur: præſ.

f L. afuit.

g al. quàm pot.

ſarium, † ſi *b* Aulum Plancium in Bithyniam cõtulit. Ibi eum Cæſar cùm vidiſſet, nihil aſperè, nihil acerbè dixit. Romam iuſſit venire. Ille in morbum continuò incidit: ex quo non conualuit. Aeger Corcyram venit, ibi eſt mortuus. teſtamento, quod Romæ Paulo & Marcello conſulibus fecerat heres ex parte dimidia, & tertia eſt Capito. in ſextante ſunt ij, quorum pars ſine vlla cuiuſquã querela publica poteſt eſſe: ea eſt *i* ad x x x. L L S. Sed de hoc Cæſar viderit. Te mihi Plance, pro paterna * neceſſitudine, pro noſtro amore, pro ſtudiis, & omni curſu *k* noſtro totius vitæ ſimillimo, rogo, & à te ita peto, vt maiore cura, maiore ſtudio non poſſim, vt hanc rem ſuſcipias: meam putes *l* eſſe: enitare, contendas, efficias, vt mea commendatione, tuo ſtudio, Cæſaris beneficio, hereditatem propinqui ſui C. Capito obtineat. Omnia, quæ potui in hac ſumma *m* tua gratia, ac potentia à te impetrare, ſi petiuiſſem, vltrò te ad me detuliſſe putabo, ſi hanc rem impetrauero. Illud fore tibi adiumento ſpero, cuius ipſe Cæſar eſſe optimus iudex poteſt: ſemper Cæſarem Capito & dilexit, & coluit. Sed ipſe huius rei teſtis eſt. noui hominis memoriam. Itaque te nihil doceo: tantũ tibi ſumito pro Capitone apud Cæſarem, quantum ipſum meminiſſe ſenties. Ego, quod in meipſo experiri potui, ad te deferam. in in eo quãtum ſit ponderis, tu videbis. Quam partem in rep. cauſamque defenderim, per quos homines, ordinéſque ſteterim, quibúſque munitus fuerim, nõ ignoras. Hoc mihi velim credas: ſi quid fecerim hoc ipſo in bello minùs ex Cæſaris voluntate, quod intellexerim ſcire ipſum Cæſarem, me inuitiſſimum feciſſe: *o* id feci aliorũ conſilio, hortatu, auctoritate: quod fuerim moderatior, temperantiórque, quàm in ea parte quiſquam, id me feciſſe maximè auctoritate Capitonis: cuius ſimileis, ſi reliquos neceſſarios habuiſſem, reip. fortaſſe nonnihil mihi certè plurimùm profuiſſem.

Hanc

h L. A. Plautium. hic Aedilis curulis fuit, cuius mentio in antiquis nummis. Vrſi.

i Lamb. ad L L S. x x x. CIↃ.

* Io. Fami. ep. 3. 16. Att. 17,

k L. noſtræ.

l q. non habent infinitiuum eſſe.

m al. gratia tua, ac p.

n q. v. c. coluit, & dilexit. Sed.

o fort. id feciſſe aliorũ cõſ. vulgat. id fecit.

Hanc rem mihi Plance,ſi eff*ceris, meam de tua erga *p* beneuolentia ſpem confirmaueris, ipſúmq; Capitonem, gratiſſimum , officioſiſſimum , optimum virum, ad tuam neceſſitudinem, tuo ſummo beneficio adiunxeris. Vale.

p v.c. beneuolentia.

ARGVMENTVM.

L.Manlium familiariſſimum ſuum in hæreditate paterna,omnibúſque rebus commendat, ornátque probitatis & doctrinæ laudibus. Eodem anno.

M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D. 30

LVCIVS Manilius eſt *q* Soſis. is fuit Catinenſis : ſed eſt vnà cum reliquis Neapolitanis ciuis Romanus factus, decurioque Neapoli. erat enim adſcriptus in id municipium ante ciuitatem, ſocis,& Latinis * datam. Eius frater Catinæ nuper mortuus eſt. Nullã omnino arbitrabamur de ea hereditate controuerſiam eum habiturum: & eſt : hodie in bonis : ſed quando habet præterea negotia vetera in Sicilia ſua : & hanc hereditatem fraternam,& omnia eius tibi commendo,in primiſque ipſum virum optimum, mihíque familiariſſimum , his ſtudiis literarum , doctrinæque *r* præditum: quibus ego maximè delector. Peto igitur abs te , vt eum , ſiue aderit, ſiue non venerit in Siciliam,in meis intimis, maximéque neceſſariis ſcias eſſe,itaque tractes,vt intelligat,meã commendationem ſibi magno adiumento fuiſſe.

q L. Suſis:

*datam eſſe lege Iulia, oſtendit Cicero pro C. Balbo.

r al. deditũ.

ARGVMENTVM.

Flauium Piſonis generis ſui,cùm viueret, perneceſſariũ commendat. Eodem anno.

M. T. C. ACILIO PROC. S. P D. 31

C. FLAVIO *s* honeſto , & ornato equite Romano , vtor valde familiariter. Fuit enim generi mei, * C. Piſonis perneceſſarius : méque diligentiſſimè obſeruat. & ipſe,& L. Flauius,frater eius. Quapropter velim honoris mei cauſa, quibus rebus honeſtè , & pro tua dignitate poteris , quàm honorificentiſſimè , & quàm liberaliſſimè , C. Flauium tractes. Id mihi

s al. ornato, & honeſto eq.

* Hic primus fuit Ciceronis gener, ſecundus Craſſipes, tertius Dolabella.

ſic erit gratum, vt gratius eſſe nihil poſſit. Sed præterea tibi affirmo, neque id ambitione adductus facio, ſed tum familiaritate, & neceſſitudine, tum etiam veritate: te ex C. Flauij officio, & obſeruantia, & præterea ſplẽdore, atque inter ſuos gratia, magnam voluptatem eſſe capturum. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat hoſpites ſuos Archagathum & Philonem. Eodem anno.

M. T. C. ACILIO, PROC. S. P. D. 32

t v.c. tàmque nobili.

IN HALESINA ciuitate, tam lauta, *t* quàm nobili, coniunctiſſimos habeo & hoſpitio, & familiaritate M. & C. Claudios, Archagathum, & Philonem. ſed vereor, ne, quia complureis tibi præcipuè commẽdo, exequare videar ambitione quadam commendationes meas: quamquam à te quidem cumulatè ſatisfit & mihi *v*, & meis omnibus. Sed velim ſic exiſtimes, hanc familiam *u* & hos, mihi maximè eſſe coniunctos vetuſtate, officiis, *x* beneuolentia. Quamobrem peto à te maiorem in modum, vt his omnibus in rebus, quantũ tua dignitas, fidéſque patietur, commodes. Id ſi feceris, erit mihi vehementiſſimè gratum.

v al. & hos homines, mihi max.

x v.c. beniuolentia.

ARGVMENTVM.

Commendat Cn. Otacilij Piſonis negotia & libertos. Eodem anno.

M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D. 33

• al. Qthacilio.

• id eſt, conditionis.

CN. * OTACILIO Narbone vtor familiariſſimè, ita prorſus, vt illius * ordine nullo familiariùs. Nam & humanitate eius, & probitate in cõſuetudine quotidiana magnopere delector. Nihil iam opus eſt exſpectare te, quibus eum verbis tibi commendem, *y* quo ſic vtor, vt ſcripſi. Habet is in prouincia tua, negotia, quæ procurant liberti, Hilarius, Antigonus, Demonſtratus: quos tibi negotiáque omnia Naſonis, non ſecus commendo, ac ſi mea eſſent. Gratiſſimum mihi feceris, ſi intelle-

y q. v.c. quo ſic vtar. & ita Lamb.

intellexero, hanc commendationem magnum apud te pondus habuiſſe. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat Lyſonem hoſpitem ſuum. Eodem anno.

M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D. 34

AVITVM mihi hoſpitium eſt cum Lyſone, Lyſonis filio, Lilybætano, valdéque ab eo obſeruor: cognouíque dignum & patre, & auo. Eſt enim nobiliſſima familia. Quapropter commendo *a* tibi maiorem in modum rem domúmque eius: magnoque opere abs te peto *b* cures, vt is intelligat meam commendationem maximo ſibi apud te & adiumento & ornamento fuiſſe. Vale.

a q. v. c. tibi rē eius, domúmque maiorem in modum magnoque.

b quidā v. c. non habent verbū, cures.

ARGVMENTVM.

Commendat C. Auianum Philoxenum hoſpitem & familiarem ſuum. Eodem anno.

M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D. 35

CAIANVS Philoxenus, antiquus eſt hoſpes meus, & præter hoſpitium, valdè etiam familiaris: quem Cæſar meo beneficio *c* in Nouocomenſeis retulit. Nomen autem Auiani conſecutus eſt, quòd homine nullo plus eſt vſus, quàm Flacco * Auiano meo, quemadmodum te ſcire arbitror, familiariſsimo. Quæ ego omnia collegi, vt intelligeres non vulgarem eſſe commendationem hanc meam. Peto igitur abs te, vt omnibus rebus, quod ſine moleſtia tua facere poſſis, ei cōmodes, habeaſque in numero tuorum: perficiaſque, vt intelligat, has literas meas magno ſibi vſui fuiſſe. Erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

c o. v. c. in Nouocomēſeis ret. id eſt, quos Cæſar Nouocomum deductos ciuitate donauit. Suet. Stra.

* adde ep. 75.

ARGVMENTVM.

Commendat Demetrium Megam in iure ciuitatis omnibúſque in rebus.

M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D. 36

CVM Demetrio Mega mihi vetuſtum hoſpitiū eſt, familiaritas autem tanta, quanta cum Siculo nullo. * Ei Dolabella rogatu meo ciuitatem à Cæſare impetrauit: qua in re ego interfui. Itaq; nunc P. * Cornelius vocatur. Cúq; propter quoſ-

* Gener Ciceronis.

* Peregrini ciuitate Romana donati eorum nomina & prænomina aſſumebāt, quorum beneficio ciues fiebant, vt hic [Demet. Mega quod P. Cornelius Dolabella ei ciuitatem impetraſſet, eius aſſumpſiſſe dicit prænomina.

dã ſordidos homines,qui Cæſaris beneficia venbant, tabulam, in qua nomina ciuitate donatorum inciſa eſſent, reuelli iuſſiſſet: eidem Dolabellæ, me audiente, Cæſar dixit, nihil eſſe, quod de Mega vereretur: beneficium ſuum in eo manere. Hoc te ſcire volui,vt eum in ciuium Romanorum numero haberes. Ceteriſque in rebus tibi eum ita commendo, vt maiore ſtudio neminem commendarim. Gratiſſimum mihi feceris, ſi eum ita tractaris,vt intelligat meam commendationẽ magno ſibi ornamento fuiſſe. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat Hippiã in liberatione bonorũ. Eodẽ anno.

M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D. 37

HIPPIAM, Philoxeni filium *d* Calatinum hoſpitem, & neceſſarium meum, tibi commẽdo maiorem in modum. Eius bona quemadmodũ ad me delata res eſt,* publicè poſſidentur alieno nomine, contra leges *e* Calatinorum. Id ſi ita eſt, etiam ſine mea commendatione ab æquitate tua res ipſa impetrare debet,vt ei ſubuenias. Quoquo modo autem ſe res habet, peto à te, vt honoris mei cauſa,eum expedias, tantumque ei commodes & in hac re,& in ceteris, quantum tua fides, dignitáſque patietur. Id mihi vehementer gratũ erit. Vale.

d L. Calactinum.

* legẽ apud Calactinos fuiſſe putat Man. quæ vetaret,ne quidquam publicè niſi publicò nomine poſſideretur. Hippiæ autem bona alieno nomine publicè poſſidebantur.

e L. Calactinorum.

ARGVMENTVM.

Commendat L. Bruti negotia & procuratores. Eodem anno.

M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D. 38

L. BRVTIVS, eques Rom. adoleſcens omnibus rebus ornatus, in meis familiariſsimis eſt, méque obſeruat diligentiſsime: cuius cum patre magna mihi fuit amicitia iam inde à quæſtura * mea Sicilienſi. Omnino nunc ipſe Brutius Romæ mecum eſt: ſed tamen domum eius,& rem familiarem,& procuratores tibi ſic commendo, vt maiore ſtudio commendare non poſsim. Gratiſſimum mihi feceris,ſi curaris,vt intelligat Brutius,

* ſub Sixto Peducæo. Pratore.

id

id quod ei recepi hanc meam commendationem, ſibi magno adiumento fuiſſe. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat Titurnium Rufum.

M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D. 39

CVM familia Titurnia neceſſitudo mihi intercedit vetus: ex qua reliquus eſt M. Titurnius Rufus, qui mihi omni diligētia, atq; officio eſt tuēdus. Eſt igitur in tua poteſtate, vt ille in me ſatis ſibi præſidij putet eſſe. Quapropter eū tibi cōmēdo maiorē in modū: & abs te peto, efficias, vt is commendationem hanc intelligat ſibi magno adiumēto fuiſſe. Erit id mihi vehementer gratum. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat L. & C. Aurelios fratres Pompeio magno & M. Craſſo iterum Coſs. vel fortè Domitio & Appio Coſs.

M. T. C. Q. ANCHARIO, Q. F. PROC. S. P. D. 40

L. ET C. Aurelios, & L. filios, quibus & ipſis, & patre eorum, viro optimo, familiariſſimè vtor, commendo tibi maiorem in modum, adoleſcenteis omnibus optimis artibus ornatos, meos perneceſſarios, tua amicitia digniſſimos. Si vlla mea apud te commendatio valuit, quod ſcio multas *pluri mùm valuiſſe: hæc vt valeat, rogo. Quod ſi eos honorificè liberalitérque tractaris: & tibi gratiſſimos, optimóſque adoleſcentes adiunxeris, & mihi gratiſſimum feceris, Vale.

* Lamb. pluſ mùm.

ARGVMENTVM.

Gratias agit & ſuo & Pompeij nomine de Lucceio humaniter accepto, eundémque denuo cōmendat. Incertus annus.

M. T. C. L. CVLLEOLO, S. P. D. 41

QVAE feciſti f L. Lucceij cauſa, ſcire te planè volo, te homini gratiſsimo commodaſſe: & cùm ipſi, quæ feciſti pergrata ſunt, tum Pompeius, quotieſcumque me videt (videt autem ſæpiſſimè) gratias tibi agit ſingulareis. Addo etiam illud, quod tibi iucundiſsimum

f al. L. Lucceij.

g L.Luceiũ. eſſe certò ſcio, meipſum ex tua erga g Luceium benignitate, maxima voluptate affici. Quod ſupereſt, quamquam mihi non eſt dubium, quin cùm anteà noſtra cauſa, nunc iam etiam tuæ conſtantiæ gratia, manſurus ſis in eadem iſta liberalitate: tamen abs te vehementer etiam atque etiam peto, vt ea, quæ initio oſtendiſti, *h* deinceps feciſti etiam ad exitum augeri, & cumulari per te velis. Id & Luceio & Pompeio valdè gratum fore, téq; apud eos præclarè poſiturum confirmo, & ſpódeo. De repub déque his negotiis, cogitationibúſque noſtris p rſcripſeram ad te diligenter paucis antè diebus: eáſque literas dederam pueris tuis. Vale.

h q.v.c. deincepſque feciſti ad exitum aug.

ARGVMENTVM.

Eundem Luceium commendat. Eodem anno.

M. T. C. L. CVLLEOLO PROC.

S. P. D. 42

L.Luceius. *t* LVCEIVS, meus familiariſſimus, homo omniũ grauiſsimus, mirificas tibi apud me gratias egit, cùm diceret, omnia te cumulatiſsimè, & liberaliſſimè procuratoribus ſuis pollicitum eſſe. Cùm oratio tua tam ei grata fuerit, quàm gratam rem ipſam exiſtimas fore, cùm, vt ſpero, quæ pollicitus es, feceris. Omnino oſtẽderunt * Byliones, ſeſe Luceio Pompeij arbitratu ſatisfacturos. ſed vehementer opus eſt nobis, & voluntatem, & auctoritatem, & imperium tuum accedere. Quod vt facias, te etiam atque etiam rogo. Illúdque mihi gratiſsimum eſt, quod ita ſciunt Luceij procuratores, & ita Luceius ipſe *i* ex literis tuis, quas ad eũ miſiſti, intellexit hominis nullius apud te auctoritatem, aut gratiam valere plus, quàm meam. Id vt re experiatur, iterũ, & ſæpius te rogo. Vale.

* al. Bulliones. al. Byliones, à Bylide, ſiue Bullide Illyrici vrbe. Pl. Stra. 7.

i v.c. ex literis, quas ad eũ miſ. & ita L.

ARGVMENTVM.

Oppium Gallio commendat. Incertus annus.

M. T. C. Q. GALLIO, S. P. D. 43

ETSI

ETSI plurimis rebus ſpero fore: vt perſpiciã, quod tamen iampridem perſpicio, me à te amari: tamen nunc ea cauſa tibi datur, in qua facilè declarare poſsis tuam erga me *k* beneuolentiam. L. Oppius, Marci filius, Philomeli negotiatur, homo mihi familiaris eum tibi vnicè commendo: eóque magis, quod *l* cùm ipſum diligo, tũ quod negotia procurat L. Egnatij Rufi: quo ego vno equite Romano familiariſsimè vtor, & qui cũ conſuetudine quotidiana, tum officiis plurimis, maximiſque mihi coniunctus eſt. Oppium igitur præſentem vt diligas, Egnatij abſentis rẽ vt tueare, æquè à te peto, ac ſi mea negotia eſſent. Velim memoriæ tuæ cauſa des literarum aliquid, quæ tibi in prouincia reddantur: ſed ita conſcribas, vt tum, cùm eas leges, facilè recordari poſſis huius meæ commendationis diligentiam. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

k v.c. beniuolentiam.

l L. cũ per ſeipſum diligo.

ARGVMENTVM.

Eundem Oppium iterum commendat.

M. T. C. Q. GALLIO, S. P. D. 44

ETSI * ex tuis *m* & L. Oppij. familiariſsimi meï, literis cognoui, te memorem commendationis meæ fuiſſe, idque pro tua ſumma erga me *n* beneuolentia, proque noſtra neceſſitudine minimè ſum admiratus: tamen etiam atque etiam tibi L. Oppium præſentem, & L. Egnatij, mei familiariſsimi, abſentis negotia commendo. Tanta mihi cum eo neceſſitudo eſt, familiaritáſque, vt, ſi men res eſſet, non magis laborarem. Quapropter mihi gratiſsimum feceris, ſi curaris, vt is intelligat, me à te tantum amari, quantum ipſe exiſtimo. aHoc mihi gratiùs facere nihil potes. Idque vt facias, vehemementer te rogo. Vale.

* meminit infra ep. 73.

m v.c. & ex L. Oppij.

n v.c. beniuolentia.

ARGVMENTVM.

Anchialũ L. Egnatij ſeruũ cõmendat Incertus annus.

M. T. C. APVLEIO o PROQVAESTORI. S. P. D. 45

o al. Proquæſtoris.

LEGNATIO vno, equite Romano, vel familiariſsimè vtor. Eius Achialum ſeruum, nego-

tiáque, quæ habet in Aſia tibi commendo, nõ minore ſtudio, quàm ſi rem meam cõmendarem. Sic enim exiſtimes velim, mihi cum eo non modò quotidianã cõſuetudinem ſummã intercedere, ſed etiam officia magna, & mutua noſtra inter nos eſſe. Quamobrem etiam, atque etiam à te peto, vt cures, vt is intelligat, me ad te ſatis diligẽter ſcripſiſſe. Nã de tua erga me voluntate nõ dubitabat. Id vt facias, te etiam atque etiam rogo. Vale.

ARGVMENTVM.

Noſtium cohæredem ſuum commendat.

M. T. C. ACVLEIO PROQVAESTORI. S. P. D. 46

LNOSTIVS Zoilus, eſt coheres meus: hæres autem patroni ſui. ea re vtrumque ſcripſi, vt & mihi cum illo cauſam amicitiæ ſcires eſſe, & hominẽ probum exiſtimares, qui patroni iudicio ornatus eſſet. Eũ tibi igitur ſic commendo, vt vnum ex noſtra domo. Valdè mihi gratum erit, ſi curaris, vt intelligat, hanc *p* meam cõmendationem ſibi apud te magno adiumento fuiſſe. Vale.

p prouocabulum, meã abeſt à *v.c.*

ARGVMENTVM.

Egnatium communem amicum commendat.

M. T. C. SILIO, S. P. D. 47

QVID ego tibi commendem eum, quẽ tu ipſe diligis? Sed tamen, vt ſcires, eum à me nõ diligi ſolum, verùm etiam amari, ob eã rẽ tibi hæc ſcribo. Omnium tuorum officiorum, quæ & multa, & magna ſunt, mihi gratiſsimum fuerit, ſi ita tractaris Egnatium, vt ſentiat & ſe à me, & me à te amari. Hoc te *q* vehemẽter etiam atque etiam rogo. Illa noſtra ſcilicet ceciderunt. *r* Vtamur igitur vulgari conſolatione. Quid ſi hoc melius? Sed hæc coràm. Tu fac, quod facis, vt me ames, téque amari à me ſcias. Vale.

q v.c. vehementer.
r copulatio

ARGVMENTVM.

Omnes Cyprios, maximéque Paphios commendat. Annus incertus,

M. T. C. C. SEXTILIO RVFO, QVAEST. S. P. D. 48

OMNIBVS

OMNEIS tibi commendo Cyprios, ſed magis Paphios: quibus tu quæcunque commodaris, erunt mihi gratiſsima. Eóque facio libentiùs, vt eos tibi commendem, quòd r & tuæ laudi, cuius ego fautor ſum, conducere arbitror, * cùm primus in eam inſulam quæſtor veneris, ea te inſtituere, quæ ſequantur alij: quæ, vt ſpero, faciliùs conſequêre, ſi & P. Lentuli, neceſſarij tui, legem, & ea, quæ à me conſtituta ſunt, ſequi volueris. Quam rem tibi confido magnæ laudi fore. Vale.

r copulatio &, abeſt à quibuſ. lib.

* Cyprus regnum fuerat non prouincia, ſed cùm in eam lege Clodia M. Cato veniſſet, cùque Ptolemeus audito eius aduentu, mortem ſibi cōſciuiſſet, regno publicato prouincia Prætoriafacta eſt. Str. lib. 12.

ARGVMENTVM.

Commendat Q. Pompeium Sexti filium.

CICERO CVRIO, PROC. S. P. D. 49

QPOMPEIVS, Sext. filius, multis, & veteribus cauſis neceſſitudinis mihi cōiunctus eſt. Is cùm antea meis commendationibus & rem, & gratiam, & auctoritatem ſuam tueri conſueuerit: nunc profectò, te prouinciam obtinente, meis literis aſſequi debet, vt nemini ſe intelligat commendatiorem vnquã fuiſſe. Quamobrem à te maiorem in modũ peto, vt, cum omneis meos æquè, ac tuos obſeruare pro noſtra neceſſitudine debeas, hunc in primis ita in tuam fidem recipias, vt ipſe intelligat, nullam rem ſibi maiori vſui, aut ornamento, quàm meam commendationem eſſe potuiſſe. Vale.

ARGVMENTVM.

Petit vt M. Curium ab omni incommodo, moleſtia, detrimento, ſincerum integrumq́, conſeruet. C. Cæſare quintùm & Antonio Coss.

M. T. C. s ARISTO, PROC. S. D. 50

s al. Aucto.

SVMSI hoc mihi pro tua in me obſeruantia quam penitus perſpexi, quãdiu * Brundiſij fuimus, vt ad te familiariter, & quaſi pro meo iure ſcriberem, ſi qua res eſſet, de qua valde laborarē. t M. Curius, qui Patris negotiatur, ita mihi familiaris eſt, vt nihil poſsit eſſe coniunctius. Multa illius in me officia: multa in illum mea, quodque maximum eſt, ſummus inter nos amor, & mutuus. Quæ cùm ita ſint, ſi vllam in amicitia mea ſpem habes: ſi ea,

* Lamb. Brundiſij.
t L. M. Curius.

ſi ea,quæ in me officia,& ſtudia Brunduſij contu-
liſti, vi, mihi etiam gratiora efficere, quamquam
ſunt gratiſſima: ſi me à tuis omnibus,amari vides:
hoc mihi da,atque largire,vt *u* M.Curium,ſartum
& tectum,vt aiunt, ab omniq́ue incommodo, detrimento,moleſtia ſincerum,integrúmque conſerues. Et ipſe ſpondeo,& omnes hoc tibi tui pro me recipient,ex mea amicitia, & ex tuo in me officio maximum te fructum, ſummámque voluptatem eſſe capturum. Vale.

u L. M.

ARGVMENTVM.

Publium Meſſienum commendat.

M. T. C. P. CASSIO, S. D. 51.

x D. MESCIENVM, equitem Romanum, omnibus rebus ornatum, meúmque perfamiliarem, tibi commendo ea commendatione, quæ poteſt eſſe diligentiſſima. Peto à te & pro noſtra,& pro paterna amicitia, vt eum in tuam fidē recipias, eiúſque rem,famámque tueare. Virum bonū, tuâq; amicitia dignum tibi adiunxeris,mihiq́; gratiſsimum feceris. Vale.

x L.P.Moſcienum. al. Meſtienum.

ARGVMENTVM.

Hoſpitem ſuum Ariſtotelem Melitenſem commendat. Poſt Africanum bellum ſcripta eſt,annus tamen incertus.

CICERO *REGI, S. D. 52

A. LICINIVS Ariſtoteles Melitenſis antiquiſsimus eſt hoſpes meus, *y* & præterea coniunctus magno vſu familiaritatis. Hæc cùm ita ſint,non dubito, quin tibi ſatis commendatus ſit. Etenim ex multis cognoſco,meam commendationem plurimum apud te valere. Hunc ego à Cæſare liberaui. Frequens enim fuerat nobiſcum: atque etiam diutius in cauſa eſt,quàm nos,commoratus: quo meliùs te de eo exiſtimaturum arbitror. Fac igitur, mi Rex, vt intelligat,has ſibi literas plurimum profuiſſe. Vale.

*cognomen gentisMartię.abſurdè nōnulli hūc putant Deiotarū regem.

y L.& præterea mihi c.

ARGVMENTVM.

Commendat L.Genucilium Curuum. Seruio Sulpitio & M.

& M. Marcello Coſ. *vel anno ſequente,* Paulo & Marcello Coſſ. *quo enim tempore pro Conſule Cicero militiæ, eodem Aſiæ Thermus præerat.*

M. T. C. Q. THERMO,
PROPR. S. D.

53

I. GENVCILIO Curuo iampridem familiariſsimè vtor, optimo viro, & homine gratiſſimo. Eum tibi penitus commendo, atque trado. Primùm, vt omnibus in rebus ei te cõmodes, quoad fides tua dignitáſque patietur: patietur autem in omnibus. nihil enim abs te vmquam quod ſit alienum tuis, aut etiam ſuis moribus, poſtulabit. Præcipuè autem tibi commendo negotia eius, quę ſunt in Helleſpõto, primùm, vt obtineat id iuris in agris, quod ei * Pamana ciuitas decreuit, & dedit, & quod ſemper obtinuit ſine vlla controuerſia: deinde, ſi quid habebit cum aliquo Helleſpontio controuerſiæ, vt in illam * διοίκησιν reiicias. Sed non mihi videor, cùm tibi totum hominem diligentiſsimè commendarim, ſingulas ad te eius cauſas perſcribere debere. Summa illa ſit: quidquid officij, beneficij, honoris, in Genucilium contuleris, id te exiſtimabo in meipſum, atque in rem meam contuliſſe. Vale.

* Pariana ciuitas in Helleſponto. Plinius Strab. Stephanus.

* Nam διοικήσεις, variæ in Aſia erant. ep. 67.

ARGVMENTVM.

Gratias agit de M. Marcilio humaniter tractato. Deinde petit, vt operam det ne ſocrus Marcilij rea fiat. Paulo & Marcello Coſſ.

M. T. C. Q. THERMO.
PROPR. S. D.

54

a CVM mihi multa grata ſunt, quæ tu adductus mea commẽdatione feciſti: tum in primis, quòd M. Marcilium, amici, atque *interpretis mei filium, liberaliſsimè tractauiſti. Venit enim Laodicéam, & tibi apud me, mihíque propter te *b* gratias maximas egit. Quare, quod reliquum eſt, à te peto, quãdo apud gratos homines beneficium ponis, vt eo libentiùs his commodes: operámque des, quoad fides tua patietur, vt ſocrus adoleſcen-

a I. Cùm multa mihi grata.

* interpretes praibãt pro Conſulibus.

b v. c. maximas gratias egit. & ita L.

tis rea ne fiat. Ego cùm anteà ſtudioſè commendabam Marcilių,tum multò nunc ſtud oſiùs,quòd in longa *c* apparatione,ſingularem,& propè incredibilem patris Marcilij ſidem, abſtinentiam, modeſtiámque cognoui. Vale.

c L.apparitione. Omnes apparebant,id eſt, præibāt magiſtratibus. Apparitores dicebātur:apparitio verò ipſū munus. Apparitores autem erāt ſcribæ interpretes acceſi,præcones,liƈtores, viatores,quosom nes libertos fuiſſe putat Manutius.

ARGVMENTVM.

Commendat M. Anneium legatum ſuum,in controuerſia Sardiana. Eodem anno.

M. T. C. Q. THERMO, PROPR. S. D. 55

Etsi mihi videor intellexiſſe, cùm tecum Epheſi de re *d* M. Anneij, legati mei, locutus ſum,te ipſius cauſa vehementer omnia velle: tamen & M. Anneium tanti facio, vt mihi nihil putem prætermittendum,quod illius interſit,& me à te tanti fieri puto, vt non dubitem, quin ad tuam voluntatem magnus cumulus accedat commendationis meæ. Nam cùm iamdiu diligerem M. Anneium, déque eo ſic exiſtimarem, vt res declarat, quòd vltrò ei detulerim legationem,*e* cùm multis petentibus denegaſſem: tum verò poſteà quàm mecum * in bello,atque in re militari fuit,tantam in eo *f* virtutem, prudentiam, fidem, tantámque erga me *g* beneuolentiam cognoui, vt hominem neminem pluris faciam. Eum cum * Sardianis habere controuerſiam ſcis: cauſam tibi expoſuimus Epheſi:quam tu tamen coràm faciliùs, meliúſque cognoſces. De reliquo mihi, *h* mehercule,diu dubium fuit, quid ad te potiſſimùm ſcriberem. Ius enim, quemadmodum dicas, clarum, & magna cum tua laude notum eſt Nobis autem in hac cauſa nihil aliud opus eſt, niſi te ius inſtituto tuo dicere. Sed tamen cùm me non fugiat, quanta ſit in prætore auƈtoritas, præſertim iſta integritate,grauitate,clementia,qua te eſſe inter omneis cōſtat: *i* peto abs te,pro noſtra cōiunƈtiſſima neceſſitudine, plurimiſque officiis paribus, ac mutuis,vt voluntate,auƈtoritate, ſtudio tuo perficias, vt M. Anneius intelligat,te,& ſibi amicū eſſe,quod non dubitat

d al. Anicij.
e L. quam multis p.
* de quo vide l. 15. ep. 4.
f q.v.c.prudentiā, virtutem,fid.
g v.c.beniuolentiam.
* Sardeis vrbs eſt Lydiæ.
h v.c. hercule.
i q.v.c.peto à te.

dubitat (ſæpe enim mecum locutus eſt) & multò amiciorem his meis literis eſſe factum. In tuo toto imperio, atque prouincia nihil eſt, quod mihi gratius facere poſſis. Iam, apud ipſum gratiſsimum hominem, atque optimum virum, quàm bene poſiturus ſis ſtudium tuum, atque officium, dubitare te non exiſtimo. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat negotia Cluuij Puteolani aduerſus Mylaſios Alabandenſes, Heracleotas, Bargyletas. Sulpitio & Marcello Coſs. vel ſequenti anno.

M. T. C. Q. THERMO, PROPR. S. D. 56.

C. CLVVIVS Puteolanus valde me obſeruat, valdéque eſt mihi familiaris. Is ita ſibi perſuadet: quod in tua prouincia negotij [k] habeat, niſi te prouinciam obtinente, meis commendationibus confecerit, id ſe in perditis, & deſperatis habiturum. Nunc quando mihi ab amico officioſiſsimo tantum oneris imponitur, ego quoque tibi imponam pro tuis in me ſummis officiis: ita tamen, vt tibi nolim moleſtus eſſe. Mylaſij, & * Alabandenſes pecuniam Cluuio debent. Dixerat mihi Euthydemus, cùm Epheſi eſſem, ſe curaturum, vt * écdici Mylaſij Romam mitterentur. Id factum non eſt. Legatos audio miſſos eſſe, ſed malo écdicos, vt aliquid confici poſſit. Quare peto à te, vt eos, & Alabandenſes iubeas écdicos Romam mittere. Præterea Philotes Alabãdenſis ὑποθήκας Cluuio dedit. hæ commiſſæ ſunt. [l] Velim cures, vt aut de hypothecis decedat: eáſque procuratoribus Cluuij tradat: aut pecuniam ſoluat. Præterea [k] Heracleotæ, & Bargyletæ, qui item debent, aut pecuniam ſoluant, aut fructibus ſuis ſatisfaciant. * Caunij prætereà debent: ſed aiunt ſe depoſitam pecuniam habuiſſe. Id velim cognoſcas: &, ſi intellexeris, eos neq; ex edicto, neque ex decreto depoſitam habuiſſe, des operã, vt vſuræ Cluuio, inſtituto tuo conſeruentur. His de rebus eò magis laboro, quòd agitur [m] res Cn. Pompeij, etiam noſtri neceſſarij: & quòd is

k al. habet.
* Mylaſis.
* vet. man. Ababãdes.
* Ecdici quæſtores quidam rationẽ nummariam curantes. Budæus horũ eſſe munus cenſet experiri iudicio, quid reipu. deberent.
l L. cures velim.
* populi erant Cariæ, autor. Plin. lib. 5. c. 29.
* Ethi populi Cariæ. Plin. Stra.
m fort. res etiam Cn. Pomp. noſtri.

magis etiam mihi laborare videtur, quàm ipſe Cluuius: cui ſatisfactum eſſe à nobis valde volo. His de rebus te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat M. Anneum legatum ſuum aduerſus populum Sardianum. Paulo & Marcello Coss.

M. T. C. Q. THERMO. PROPR. S. D. 57

* Parthicũ. Attic. lib. 6. ep. 3. 4. 5.

QVo magis quotidie ex literis, nunciiſq; bellum * magnum eſſe in Syria cognoſco, eò vehementiùs à te pro noſtra neceſſitudine contẽdo, vt mihi M. Anneium legatum primo quoque tempore remittas. Nam eius opera, cõſilio, ſcientia rei militaris vel maximè intelligo, me, & rem, adiuuari poſſe. Quòd niſi tanta res eius ageretur, nec ipſe adduci potuiſſet, vt à me diſcederet: neque ego, vt eum à me dimitterem. Ego in Ciliciam proficiſci cogito circiter Kal. *n* Maias. Ante eam diem Anneius ad me redeat oportet. Illud, quod tecum & coràm, & per literas diligentiſsimè egi. id te nunc etiam rogo, *o* curæ tibi ſit, vt ſuum negotiũ, quod habet cum populo Sardiano, pro cauſæ veritate, & pro ſua dignitate conficiat. Intellexi ex tua oratione, cùm tecum Epheſi locutus ſum, te ipſius M. Anneij cauſa omnia velle. Sed tamen ſic velim exiſtimes, te mihi nihil gratius facere poſſe, quàm ſi intellexero, per te, illum ipſum negotium ex ſententia confeciſſe. Idque quàm primùm vt efficias, te etiam atque etiam rogo. Vale.

n L. Maij.

o L. Curæ ſit tibi vt ſ.

ARGVMENTVM.

Commendat L. Cuſtodium. Eodem anno aut ſuperiori, ſcripſit enim in Prouincia.

M. T. C. TITIO L. F. RVFO, PR. VRBANO S. 58

LCVSTIDIVS eſt * tribulis, & municeps, & familiaris meus. Is cauſam habet: quã cauſam ad te *p* deferet. Cõmendo tibi hominem, ſicuti tua fides, & meus pudor poſtulat: tantùm, vt faci-

* ex eadem tribu.

p q. v. c. refert. L. defert.

leis ad te aditus habeat: I quæ æqua poſtulabit, q vt iubente te impetret: ſentiátque meam ſibi amicitiam, etiam cùm longiſſimè abſim, prodeſſe in primis apud te. Vale.

q L. vt iubēte te. al. libente.

ARGVMENTVM.

Commendat M. *Fabiū Curtio Prætori*, Eodem anno.

M. T. C. C. CVRTIO * PEDVCAEANO PRAETORI, S. D. 59

M.FABIVM vnicè diligo, ſummáque mihi cum eo conſuetudo, & familiaritas eſt peruetus. In eius contiouerſiis r quid decernas à te non peto (ſeruabis, s vt tua fides, & dignitas poſtulat, edictum, & inſtitutum tuum) ſed vt quàm facillimos ad te aditus habeat: quæ erunt æqua, t iubente te impetret: vt meam amicitiam ſibi, v etiam cùm procul abſim, prodeſſe ſentiat, præſertim apud te. Hoc vehementer etiam atque etiam te rogo. Vale.

* Peducæo alij.
r fort. vt aliquid decernas.
s v c. vt tua, dignitas, & fides, poſtul. &
t L. iubente te.
v q. v. c. & cùm procul.

ARGVMENTVM.

Commendat L. *Liuineium Triphonem L. Reguli familiariſſimi ſui libertum.* Annus incertus.

M. T. C. MVNATIO, C. F. S. D. 60

L. LIVINEIVS Tripho eſt omnino *L. Reguli, familiariſsimi mei, Libertus: cuius calamitas etiam officioſiorem me facit in illum. nam x beneuolentior, quàm ſemper fui, eſſe non poſſum. Sed ego libertum eius per ſeipſum diligo, ſumma enim eius erga me officia extiterunt his noſtris temporibus y quibus facillimè bonam beneuolentiam hominum, & fidem perſpicere potui. Eum tibi ita commendo vt homines grati, & memores benemeritos de ſe commendare debent. Pergratū mihi feceris, ſi ille intellexerit, ſe quòd pro ſalute mea multa, pericula adierit, ſæpe hyeme ſumma nauigarit: pro tua erga me beniuolentia gratum etiam tibi feciſſe.

* Liuineæ enim gentis cognomen erat Regulus.
x v. c. beniuolētior.
y for. quibus facillimè beneuolentiā hominum, & bonam fidem p.

ARGVMENTVM.

Commendat Pinnium in exactione pecuniæ, quam ei Nicæenſes debebant, Scripta à proconſule Cice-

DDD rone

cerone, *vt conſtat ex epiſt. 64*

M. T. C. P. SILIO, PROPR. S. D. 61

T. Pinnio familiariſſimè me vſum eſſe, ſcire te arbitror: quod quidem ille teſtamento declarauit: qui me tum tutorem, tum etiam ſecundū heredem inſtituerit. Eius filio mirè ſtudioſo, & erudito, & modeſto pecuniam Nicæenſes grandem debent, ad HS. octogies: &, vt audio, in primis volunt ei ſoluere. Pergratū igitur mihi feceris, quādo non modò reliqui tutores, qui ſciunt, quanti me facias, ſed etiam puer ipſe ſibi perſuaſit, te omnia mea cauſa facturum eſſe, ſi dederis operam quoad tua fides, digitáſque patietur, vt quam primùm pecunia Pinnio ſoluatur Nicæenſium nomine. Vale.

ARGVMENTVM.

De Atilio gratias agit. Q. fratrem commendat. Eodem anno.

M. T. C. P. SILIO, PROPR. S D. 62

ET in Atilij negotio te amaui: cùm enim ſerò veniſſem, tamen honeſtum equitem Romanum beneficio tuo conſeruaui: & mehercule ſemper ſic in animo habui, te in meo ære eſſe propter Lamiæ noſtri coniunctionem, & ſingularem neceſſitudinem. Itaque primùm tibi ago gratias, quòd me omni moleſtia liberas: deinde impudentia proſequor: ſed idem ſarciam. Te enim ſemper ſic colam, & tuebor, vt quem diligentiſſimè. Quinctum fratrem meum, ſi me diligis eo numero cura vt habeas, quo me. Ita magnum beneficiū tuum magno cumulo auxeris. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat ſtudioſè, imprimis C. Lænium, eiuſq; cauſam. Eodem anno.

M. T. C P SILIO, PROPR. S. D. 63

NON putaui fieri potuiſſe, vt mihi verba deeſſent: ſed tamen in C. Lænio commendando deſunt. Itaque rem tibi exponam paucis verbis: ſed tamen, vt planè perſpicere poſſis voluntatē

a fort. ita tamen.

meam

meam. Incredibile eſt, quanti faciamus & ego & frater meus, qui mihi cariſsimus eſt, * C. Lænium, id fit cùm plurimis eius officiis, tum ſumma *b* probitate, & ſingulari modeſtia. Eum ego à me inuitiſſimus dimiſi, tum propter familiaritatem, & cõſuetudinis ſuauitatem: tum quod conſilio eius fideli, *c* ac bono libenter vtebar. Sed vereor, ne iam mihi ſupereſſe verba putes, quæ dixeram defutura, Commendo tibi hominẽ, ſicuti intelligis, *d* me de quo ea *e* ſupra ſcripſerim debere commendare. A téque vehementer etiam atque etiam peto, Vt quod habet in tua prouincia negotij, expedias: quod tibi videbitur rectum eſſe, ipſi dicas. Hominem facillimum, liberaliſſimúmque cognoſces. Itaque te rogo, vt eum ſolutum, *f* liberum, confectis eius negotiis per te, quàm primùm ad me remittas. Id mihi fratrique meo gratiſſimum feceris. Vale

* de quo li. 14. epp. 4.
b Lab. eius.
c L. atque etiam al. ac etiã bono.
d L. me eũ de q.
e ſuprà abe à q. v. c.
f q. v. c. liberumque.

ARGVMENTVM.

Agit gratias de Nerone honorifice acceptiſſimè tractato, Eundem Neronem omnibus in rebus, præterea familiares eius, Nyſæos, & Seruilium commẽdat. Eodem anno.

M. T. C. P. SILIO, PROPR. S. D. 6

NERO * meus mirificas apud me tibi gratias egit, prorſus incredibileis, vt nullum honorem ſibi haberi potuiſſe diceret, qui à te prætermiſſus eſſet. Magnum fructum ex ipſo capies, nihi eſt enim illo adoleſcente gratiùs. Sed mehercule mihi quoque gratiſſimum feciſti. Pluris enim ex omni * nobilitate neminem facio. Itaque, ſi ea feceris, quæ ille per me tecum agi voluit, gratiſſimum mihi feceris. Primùm de Pauſania Alabandenſi, ſuſtentes, rem, dum Nero veniat. Vehementer enim eius cauſa cupere eum intellexi. Itaque hoc valde te rogo. Deinde † Niſæos, quos Nero in primis habet neceſſarios, diligentiſſiméque tuetur, ac defendit, habeas tibi commendatiſſimos: vt intelligat illa ciuitas, ſibi in Neronis patrocinio ſummum eſſe præſidium. Strabonem

* Hic eſt T. Claudius Nero cuius vxorem Liuiam Druſi filiam Auguſtus poſtea prægnãtẽm abduxit. Quæſtor fuit C. Cæſaris, Põtifex in locum Scipionis ſubſtitutus Colonias Narbonem & Arelate duxit. Interempto Cæſare de præmiis Tyrãnidarum referẽdum cenſuit, &c. Suet. Dion. Velleius.

* nobilitas non à genere Patricio, ſed maiorũ virtute ſumebatur, ideò nulli plebeij nobiles, Patricij ignobiles fuerunt

bonem Seruilium tibi ſæpe commandaui. nũc eò facio id impenſiùs; quod eius cauſam Nero ſuſcepit. Tantùm à te petimus,vt agas eam rem, nec relinquas hominem innocentem ad alicuius tui ſimilis quæſtum. Id tum gratum mihi erit,tum etiã exiſtimabo, te humanitate tua eſſe vſum. Summa huius epiſtolæ hæc eſt, vt ornes omnibus rebus Neronem, ſicut inſtituiſti, atque feciſti. Magnũ theatrum habet iſta prouincia,non vt hęc noſtra, adoleſcentis nobilis,ingenioſi,abſtinentis commẽdationem atque gloriam. Quare,ſi te fautore vſus erit,g ſicut & vtetur profectò h & vſus eſt ampliſſimè clientelas acceptas à maioribus confirmare poterit, & beneficiis ſuis obligare. Hoc in genere ſi eũ adiuueris eo ſtudio. quo oſtendiſti:apud ipſum præclariſſimè poſueris : ſed mihi etiam gratiſſimum feceris. Valè.

g q. v. e. ſicuti profectò & vtetur, & vſ.

h al. & vſus eſt ampliſſimè cl.

ARGVMENTVM.

Commendat P. Terentium Hiſponem, vt pactiones cum ciuitatibus conficiat. Eodem anno.

M. T. C. P. SYLIO, PROPR. S. D. 65

CVm P. Terentio Hiſpone qui operas * in ſcriptura pro magiſtro dat, mihi ſumma familiaritas, conſuetudóque eſt:multáque,& magna inter nos officia paria, & mutua intercedunt. Eius ſumma exiſtimatio agitur in eo,vt * pactiones cũ ciuitatibus reliquis conficiat. Non me præterit,nos eam rem Epheſi expertos eſſe, neque ab Epheſiis vllo modo impetrare potuiſſe. Sed quando quemadmodum omnes exiſtimant,& ego intelligo, tua cùm ſumma integritate, tum ſingulari humanitate,& manſuetudine conſecutus es,vt libentiſſimis Græcis,nutu,quod velis,conſequare:peto à te maiorem in modum,vt honoris mei cauſa, hac laude Hiſponem affici velis. Præterea cum ſociis ſcripturæ mihi ſumma neceſſitudo eſt, non ſolùm ob eam cauſam quòd ea ſocietas vniuerſa in mea fide eſt,ſed etiam quòd pleriſque ſociis vtor familia-

* id eſt, negotia publicanorum curat. Scriptura verò eſt ratio tota publica. nornm, quæ vel decumas,vel portoria, vel paſcua redimunt. Sed hic Terentius videtur tantum in portu operas dediſſe. Vid. 11. Att. ep. 10.

* id eſt, pecunias publicanis debitas.

liariſſimè. Ita & Hiſpónem meum per me ornaris,& ſocietatem mihi coniunctiorem feceris:túq; ipſe & ex eius obſeruantia: gratiſſimi hominis,& ex ſociorum gratia, * hominum ampliſſimorum, maximum fructum *i* capies, & me ſummo beneficio affeceris. Sic enim velim exiſtimes, ex tota tua prouincia,omniq;iſto imperio,nihil eſſe,quod mihi gratiùs facere poſſis. Vale.

ARGVMENTVM.

A. Cæcinam in colligendis Aſiaticæ negotiationis reliquiis commendat. Cæſare III.& Lepido Coss.

M. T. C. P. ✱ SERVILIO ISAVRICO, PROPR. S. P. D. 66

A. ✱ CAECINAM, maximè proprium clientē familiæ veſtræ, non commendarem tibi, cùm ſcirem,qua fide in tuos, qua clementia in calamitoſos ſoleres eſſe:niſi me & patris eius, * quo ſum familiariſſimè vſus,memoria,& huius* fortuna ita moueret, vt hominis,& omnibus mecum ſtudiis, officiiſque coniunctiſſimi,mouere *k* debeat. A te hoc omni cōtentione peto,ſic,vt maiore cura,maiore animi labore petere nō poſſim: vt ad ea,quæ tua ſponte ſine cuiuſquam commendatione faceres,in † hominem tantum, & talem calamitoſum, aliquem afferant cumulum meæ literæ, quò ſtudioſiùs eum, quibuſcumque rebus poſsis, iuues. Quod ſi Romæ fuiſſes, etiam ſalutem A. Cæcinæ eſſemus(vt opinio mea fert) per te conſecuti. De qua tamen magnam ſpem habemus,freti clementia collegæ tui. Nunc quando iuſtitiam tuam ſecutus,*m* tutiſſimum ſibi portum prouinciam iſtā eſſe duxit:etiam atque etiam te rogo,atque oro,vt eum & in reliquiis *n* veteris negotiationis colligendis iuues,*o* & ceteris rebus tegas,atque tueare. Hoc mihi gratiùs facere nihil potes. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat Andronem Laodicenſem. Eodem anno.

* publicanos homines, vocat ampliſſimos,ideò quòd erant ex equeſtri ordine. in oratione pro Planc.
i fort. ceperis.
* cognomē accepit à patre qui de Iſauris triūphauit.
* *Liciniæ* gentis. Pli. *li. 20. c. 18.*
* meminit ſuprà li. *6.* ep.*6.*
* exilium quòd Pompeij partes eſſet ſecutus,& Cæſari ſcripto maledixerit
k q.v.c. debebat.al. debet
l fort. & calamitoſum. Hanc vocē gloſſema eſſe putat. Vrſinus.
m al. portū ſibi tutiſſimum.
n q.v. c. negotiationis veteris col.
o fort. & ceteris.

M. T. C. P. SERVILIO, PROPR. S. D. 67

p v.c. treis diœceſes eæ fuerunt Laodicea, Cybira, Apamea.
* Al. Arthemonis.
q L. Laodiceenſi.
r v.c. vehementer.
s L. Non enim te fugit. & ita v.c.
t al. quàm non multi grati rep.
* L. vt me non ſine.

EX prouincia mea Ciciliensi, cui ſcis *p* τρεῖς διοικήσεις: Aſiaticas attributas fuiſſe, nullo ſum familiariùs vſus, quàm † Androne, * Artemonis filio, *q* Laodicenſi: cúmque habui in ea ciuitate tum hoſpitem, tum *r* vehemẽter ad meæ vitæ rationem & conſuetudinem acccommodatũ. Quem quidem multò etiam pluris poſteà quàm deceſsi, facere cœpi, quòd multis rebus expertus ſum gratum hominem, meique memorem. Itaq; eum Romæ libentiſsimè vidi. *s* Non te enim fugit, qui plurimis in iſta prouincia benignè feciſti, *t* quã multi grati reperiantur. Hæc propterea ſcripſi, * vt & me non ſine cauſa laborare intelligeres, & tu ipſe eum dignum hoſpitio tuo iudicares. Feceris igitur mihi gratiſsimũ, ſi ei declararis, quãti me facias: id eſt, ſi receperis eum in fidem tuã, & quibuſcunque rebus honeſtè, ac ſine moleſtia tua poteris, adiuueris. Hoc mihi vehementer erit gratum: idque vt facias, te etiam atque etiam rogo. Vale.

ARGVMENTVM.

Curſum nauigationis illius cognouiſſe, gratum ſibi fuiſſe ait. De ſtatu prouinciæ ac inſtitutis ſuis petit. Officium pollicetur. Eodem anno.

M. T. C. P. SERVILIO ISAVRICO, PROC. COLLEGAE, S. D. 68

GRATAE mihi vehementer tuæ literæ fuerunt: ex quibus cognoui curſus nauigationũ tuarum. Significabas enim memoriam tuam noſtræ neceſsitudinis: qua mihi nihil poterat eſſe iucũdiùs. Quod reliquum eſt, multò etiam erit gratius, ſi ad me de rep. *x* id eſt, de ſtatu prouinciæ, de inſtitutis tuis familiariter ſcribes. Quæ quamquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentiſsime ex tuis literis cognoſcam. Ego ad te *y* de reip. ſumma quid ſentiam, non ſæpe ſcribam, propter periculum eiuſmodi literarum. Quid agatur

v q. v.c. vehementer.
x hoc totũ, ad eſt, abeſt à q. v.c.
y L. de rep. ſumma.

tur z autem, ſcribam ſæpius. Sperare tamen, videor † Cæſari, * collegæ noſtro, fore curæ, & eſſe, vt habeamus aliquam rêp. cuius conſiliis magni referebat te intereſſe. Sed, ſi tibi vtiliùs eſt, id eſt, glorioſus, Aſiæ preſſe, & iſtam partem reip. malè affectã tueri: mihi quoque idem, quod tibi, & laudi tuæ profuturum eſt, optatiùs debet eſſe. Ego, quæ ad tuam dignitatẽ pertinere arbitrabor, ſummo ſtudio, diligentiáque curabo: in primíſque tuebor omni obſeruantia clariſsimam virum, patrẽ tuum: quod & pro vetuſtate neceſsitudinis, & pro beneficiis veſtris, & pro dignitate ipſius facere debeo. Vale.

z particula autem abeſt à q. v. c. * erant Augures Seruilius, Cicero, Cæſar.

ARGVMENTVM.

Commendat C. Curtium. Eodem anno.

M. T. C. P. SERVILIO COLLEGAE, S. D. 69

C. CVRTIVS, Mithres eſt ille quidem, vt ſcis, libertus Poſthumij, familiariſsimi mei: ſed me colit, & obſeruat æquè, atque illum ipſum patronum ſuum. Apud eum ego ſic Epheſi fui, quotieſcumque fui, tanquam domi meæ. Multáque acciderunt, in quibus *a* & beneuolentiã eius erga me experirer, & fidẽ. Itaque ſi quid aut mihi aut meorum cuipiam in Aſia opus eſt, ad hunc ſcribere cõſueui: cũ huius opera, & fides tũ domo, & re vti tãquam mea. Hæc ad te eò pluribus ſcripſi, vt intelligeres, me non vulgariter, nec ambitioſè, ſed vt pro homine intimo, ac mihi perneceſſario, ſcribere. Peto igitur à te, vt in ea controuerſia, quam habet de fundo cum quodam Colophonio, & in ceteris rebus, quantum fides tua patietur, quantúmque tuo commodo poteris, tantum ei honoris mei cauſa commodes: etſi, vt eius modeſtiam cognoui grauis tibi nulla in te erit. Si & mea cõmendatione, & ſua probitate aſſecutus erit, vti de ſe bene exiſtimes: omnia ſe adeptum arbitrabitur. Vt igitur eum recipias *b* in fidem, habeáſque in numero tuorum, te vehementer etiam atque etiam rogo. Ego, quæ te velle, quæque ad te

a v. c. & beniuol.

b fort. in fidem tuam, hab.

pertinere arbitrabor, omnia ſtudioſè, diligentérque curabo. Vale.

ARGVMENTVM.

Commẽdat Menandrum libertum Balbi. Eodẽ anno.

M.T.C P. SERVILIO, COLLEGAE, S.P.D. 70

c v.c. beniuol.

QVIA non eſt obſcura tua in me *c* beneuolẽtia, ſic fit, vt multi per me tibi velint commendari. Ego autem tribuo nõnumquam in vulgus: ſed plerumque neceſſariis, *d* vt hoc tempore. Nam cum T. Ampio Balbo mihi ſumma familiaritas, neceſſitudóque eſt. Eius libertum, T. Ampium, Menandrum, hominem frugi, & modeſtum, & patrono, & nobis vehementer probatum, tibi commendo maiorem in modum. Vehementer mihi gratum feceris, ſi, quibuſcumque rebus, ſine tua moleſtia poteris, ei commodaris. Quod vt facias, *e* te vehementer etiam atque etiam rogo.

d q.v.c. vt in hoc tempore.

e L.q. c.v. non habent prouocabulum te.

ARGVMENTVM.

T. Aguſium commendat veterem amicum. Eodem anno.

M. T. C. * SERVILIO, COLLEGAE, S. D. 71

f L. quoniã omn. & ita v.c.

g v.c. beniuolentia.

MVLTOS tibi commendem neceſſe eſt, *f* quando omnibus nota noſtra neceſſitudo eſt, tuáque in me *g* beneuolentia. Sed tametſi omnium cauſa, quos commendo, velle debeo: tamen cum omnibus non eadem mihi cauſa eſt. T. Aguſius, & comes meus fuit illo miſerrimo * tempore, & omnium itinerum, nauigationum, laborum, periculorum meorum ſocius: neque hoc tempore diſceſſiſſet à me, niſi ego ei permiſiſſem. Quare *h* ſic tibi eum commendo, vt vnum de meis domeſticis, & maximè neceſſariis. Pergratum mihi feceris, ſi eum ita tractaris, vt intelligat, hanc commendationem ſibi magno vſui, atque adiumento fuiſſe. Vale.

* exulii.

h L. ſic eum tibi comm.

ARGVMENTVM.

Commendat Carelliam. Eodem anno.

M. T. C. P. SERVILIO, COLLEGAE, S. D. 72

CAR

CAERELLIAE, neceſſariæ meæ, rem, nomina, poſſeſſiones Aſiaticas commendaui tibi pręſens in hortis tuis, quàm potui diligentiſſimè: tuque mihi pro tua conſuetudine, *i* próque tuis in me perpetuis, maximiſque officiis, omnia te facturum liberaliſſimè recepiſti. Meminiſſe te id ſpero. ſcio enim ſolere. Sed tamen Cærelliæ procuratores ſcripſerunt te propter magnitudinem prouinciæ multitudinémque negotiorum, etiam atque etiam eſſe commonefaciendum. Peto igitur, vt memineris, te omnia, quæ tua fides pateretur, mihi cumulatè recepiſſe. Equidem exiſtimo *k* te habere magnam facultatem (ſed hoc eſt tui conſilij, & iudicij) ex eo ſenatuſconſulto, quod in heredes C. Vennonij factum eſt, Cærelliæ commodandi: id ſenatuſconſultum tu interpretabere pro tua ſapientia Scio enim eius ordinis auctoritatē ſemper apud te magni fuiſſe. Quod reliquum eſt, ſic velim exiſtimes, quibuſcumque rebus Cærelliæ benignè feceris, mihi te gratiſſimum eſſe facturū. Vale.

i Lam. pro tuis in me p.

k al. habere te mag.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Philippo ſaluo & incolumi. De Egnatio & Oppio gratias agit: petit, vt Antipatri filios ſibi condonet. Incertus annus poſt proximè ſequentem ſcriptam eſſe cenſet Manutius.

M. T. C. Q. PHILIPPO * PROCOS. S. D. 73

GRATVLOR tibi, quod ex prouincia ſaluum te ad tuos recepiſti incolumi fama, & rep. Quod ſi Romæ te vidiſſem, coram gratias egiſſem, quòd tibi L. Egnatius, familiariſſimus meus, abſens, L. Oppius præſens, curæ fuiſſet. Cum Antipatro Derbete mihi non ſolùm hoſpitium, verum etiā ſumma familiaritas intercedit. Ei te vehemēter *l* ſuccenſuiſſe audiui, & moleſtè tuli. De re nihil poſſum iudicare, niſi illud mihi certè perſuadeo, te, talem vnum, nihil temerè feciſſe. A te autem pro vetere

* ſuſpicatur Manut. vocem Procoſ. abundare.

l q. v. c. ſuſ cenſuiſſe aud.

noſtra neceſsitudine, etiam atque etiam peto, vt eius filios, qui in tua poteſtate ſunt, mihi potiſsimùm condones: niſi quid exiſtimas in ea re violari exiſtimationem tuam. Quod ego ſi arbitrarer, numquam te rogarem: mihique tua fama multò antiquior eſſet, quàm illa neceſsitudo eſt. Sed mihi ita perſuadeo (poteſt fieri vt fallar) eam rẽ laudi tibi potiùs, quàm vituperationi fore. Quid fieri poſsit, & quid mea cauſa facere poſsis (nam, quin velis, non dubito) velim, ſi tibi graue non erit, certiorem me facias. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat L. Oppium, & L. Egnatij negotia.

M. T. C. Q. PHILIPPO, PROCONS. S. D. 74

ETsi non dubito, pro tua in me obſeruantia, próque noſtra neceſſitudine, quin commendationem meam memoria teneas: tamen etiam atque etiam eundem tibi L. Oppium, familiarem meum præſentem, & L. Egnatij, familiariſsimi mei, abſentis, negotia commendo. Tanta mihi cum eo neceſsitudo eſt, familiaritáſque, vt, ſi mea res eſſet, non magis laborarem. Quapropter gratiſsimũ mihi feceris, ſi curaris, vt is intelligat me à te tãtũ amari, quantum ipſe exiſtimo. Hoc mihi gratiùs facere nihil potes. Idque vt facias, te vehementer rogo. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat C. Auianum Flaccum. Pompeio III. & Scipione Coss. aut initio Conſulatus Sulpitij & Marcelli. Vide Manut. in ſuis Comment.

M. T. C. T. TITIO, TITI F. * LEGATO, S. P. D. 75

ETsi non dubito, quin apud te mea commẽdatio prima ſatis valeat, tamen obſequor homini familiariſsimo C. * Auiano Flacco: cuius cauſa omnià tum cupio, tum mehercule etiam debeo. De quo & præſens tecum egi diligenter, cùm tu mihi humaniſsimè reſpondiſti: & ſcripſi ad te accuratè anteà: ſed putat intereſſe ſua, me ad te quàm ſæpiſsimè ſcribere. Quare velim mihi ignoſcas,

* rei frumẽtariæ Prępoſitio.

* ep. 35. & 79. Eſt autẽ Auianus Aemiliorum Flaccus Valeriorum cognomen, vt geminũ huic cognomen fuerit, fortè, quòd cùm eſſet Valeriæ gẽtis adoptione tranſierit in Aemiliam.

ſcas, ſi illius voluntati obtemperans, minùs videbor meminiſſe conſtantiæ tuæ. A te *m* idem illud petœ, vt de loco, quo deportet frumentum, & de tempore, Auiano commodes: quorum vtrumque per eundẽ me obtinuit triennium, dum Pompeius iſti negotio præfuit. Summa eſt, in quo mihi gratiſſimum facere poſsis, ſi curaris, vt Auianus, quãdo ſe à me amari putat, me à te amari ſciat. Erit id mihi pergratum. Vale.

m q.v.c. illud idẽ peto. & ita L.

ARGVMENTVM.

Petit vt L. Valgius emptam in Fregellano agro poſſeſſionem immunem, habeat. Incertus annus.

M. T. C. *n* QVATVOR VIRIS, E T * DECVRIONIBVS, S. D. 76

n L. IIII. viris.

* Fregellanis.

TANTAE mihi cum Q. Hippio cauſæ neceſsitudinis ſunt, vt nihil poſsit eſſe coniunctius, quàm nos inter nos ſumus. Quod niſi ita eſſet, vterer mea conſuetudine, vt vobis nulla in re moleſtus eſſem. Etenim vos mihi optimi teſtes eſtis, cùm mihi perſuaſum eſſet, nihil eſſe, quod à vobis impetrare non poſſem, numquam me tamen grauẽ vobis eſſe voluiſſe. Vehementer igitur vos etiam atque etiam rogo vt honoris mei cauſa liberaliſsimè C. Valgium Hippianum tractetis, rẽque cum eo conficiatis, vt quam poſſeſsionem habet in agro * Fregellano, à vobis emtam, eam liberam, & immunem habere poſsit. Id ſi à vobis impetraro, ſummo me beneficio veſtro affectum arbitrabor. Valete.

*Fregellæ colonia deducta eſt anno v.c.424.

ARGVMENTVM.

Narrat officium in ſupplicatione decernenda, commendat Bollanum, petit vt ſibi Dionyſium ſeruum fugitiuum reſtituendum curet. Cæſare III. Conſule ſine Collega. Confecto Hiſpanienſi bello ex quo rediit in vrbem menſe Octobri.

M. T. C.

M. T. C. P. *SVLPICIO, IMP. S. D. 77

* Conrad. legit Vatinio. vide Manut. in Commentariis.

CVM his temporibus non ſanè in ſenatũ ventitarem, tamen, vt tuas literas legi, non exiſtimaui, me ſaluo iure noſtræ veteris amicitiæ, multorumq; inter nos officiorum, facere poſſe, vt, honori tuo deeſſem. Itaq; affui, ſupplicationémque *o* tibi libenter decreui: nec reliquo tempore vllo aut rei, aut exiſtimationi, aut dignitati tuæ deero. Atque, vt hoc tui neceſſarij ſciant, hoc me animo erga te eſſe, velim facias eos per literas certiores, vt ſi quid tibi opus ſit, ne dubitẽt mihi iure ſuo denuntiare. M *p* Bollanum, virum bonum & fortem, & omnibus rebus ornatũ, meumq; veterem amicum, tibi magnopere commendo. Pergratum mihi feceris, ſi curaris, vt is intelligat, hãc commendationem ſibi magno adiumento fuiſſe. *q* Ipſúmq; virum optimum, gratiſſimumq; cognoſces. Promitto tibi, te ex eius amicitia magnam voluptatem eſſe capturum. Præterea à te peto maiorem in modum, pro noſtra amicitia, & pro tuo perpetuo in me ſtudio, vt in hac re etiam elabores. Dionyſius, ſeruus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorũ tractauit, cùm multos libros ſurripuiſſet, nec ſe impunè laturum putaret, aufugit. Is eſt in prouincia tua. Eum & M. *r* Bollanus, familiaris meus, & multi alij Naronæ viderunt. Sed cùm ſe à me manumiſſum eſſe diceret, crediderunt. Hunc tu ſi mihi reſtituendum curaris, non poſſum dicere, quàm mihi gratum futurum ſit. Res ipſa parua, ſed animi mei dolor, magnus eſt. Vbi ſit, & quid fieri poſſit, *ſ* Bollanus te docebit. Ego, ſi hominem per te recuperaro, ſummo me à te beneficio affectum arbitrabor. Vale.

o v. c. libenter tibi decr.

p L. Bolanũ.

q L. Ipſum, virum opt.

r L. Bolanus.

s L. Bolanus.

ARGVMENTVM.

Petit Democritum Sicyonium in ſuam fidem recipiat.

Cæſare III. & Lepido Coss.

* L. Alieno.

M. T. C. *ALLIENO †PROC. S. D. 78

DEMOCRITVS Sicyonius, non ſolum hoſpes meus eſt,ſed etiam,quod non multis contingit,Græcis præſertim,valde familiaris.Eſt enim in eo ſumma probitas, ſumma virtus, ſumma in hoſpites liberalitas, & obſeruantia:méque *t* præ ceteris & colit, & obſeruat & diligit. Eum tu non modò ſuorum ciuium, verumetiam penè Achaiæ Principem cognoſces. Huic ego tantummodò aditum ad tuam cognitionem patefacio, *v* & munio. Cognitum, per te ipſum, quæ tua natura eſt, dignum tua amicitia, atque hoſpitio iudicabis. Peto igitur à te,vt, his literis lectis, recipias eum in tuam fidem:polliceâre,omnia te facturum mea cauſa. De reliquo,ſi,id quod confido,fore dignum eum tua amicitia hoſpitioque cognoueris, peto, vt eum complectâre, diligas,in tuis habeas. Erit id mihi maiorem in modum gratum.Vale.

t q. v. c. præter ceteros.

v L.innuo.

ARGVMENTVM.

*Commendat C.& M.Auianos.*Eodem anno.

M. T. C. ALIENO PROCONS. S. P. D. 79

ET te ſcire arbitror, quanti fecerim C. * Auianum Flaccum: & ego ex ipſo audieram,optimo, & gratiſſimo homine, quam à te liberaliter eſſet tractatus. Eius filios dignisſimos illo patre, meoſque neceſſarios,quos ego vnicè diligo,commendo tibi ſic,vt maiore ſtudio nullos commendare poſsim. C. Auianus in Sicilia eſt. Marcus eſt nobiſcum. Vt illius dignitatem præſentis ornes, rem vtriuſque defendas, te rogo. Hoc mihi gratius in iſta prouincia facere nihil potes. Idque: vt facias,te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

* vide ſup. ep. 75.

M. TVL.

ſimi viueremus,nunc,quãdo ſperare nos amici iubent dabo operam,ne mea *c* valetudo tuo labori deſit. Res quanta ſit,intelligo: quantóque fuerit faciliùs *manere domi,quàm redire.* Sed tamé ſi omneis tribunos pl.habemus, ſi Letulum *d* tã ſtudioſũ,quã videtur, ſi verò etiã Põpeium,& Cæſarem: non eſt deſperandũ.De familia,quomodo placuiſſe amiſsis ſcribis, *e* faciemus. De loco *f* nunc quidem iã abiit peſtilentia:ſed quamdiu fuit, me non attigit. Plancius, homo officioſiſsimus, me cupit eſſe ſecũ:& adhuc retinet. Ego volebã loco magis deſerto eſſe in Epiro quò neq; Hiſpo veniret,nec milites: ſed adhuc Plãcius,me retinet,ſperat poſſe fieri,vt mecum in Italiam decedat. Quem ego dié ſi videro,& ſi in veſtrum complexũ venero,ac ſi & vos,& meipſum recuperaro:ſatis magnũ mihi fructũ videbor percepiſſe & veſtræ pietatis, & meæ. Piſonis * humanitas,virtus,amor in omneis nos,tantus eſt,vt nihil ſuprà * poſsit Vtinam ea res ei voluptati ſit,gloriæ quidem video fore. De Q. Fratre nihil ego te accuſaui:ſed vos, cùm præſertim *g* tam pauci ſitis, volui eſſe quàm coniunctiſsimos. Quibus me voluiſti agere gratias,egi,& me à te certiorem factũ eſſe ſcripſi. Quòd ad me, mea Terentia,ſcribis te vicũ venditurã: quid obſecro te(me miſerũ) quid futurũ eſt? Et,ſi nos præmet eadé fortuna,quid puero miſero fiet?Nõ queo *h* reliqua ſcribere (tanta vis lacrymarum eſt)ne te in eundé fletũ adducã. Tantùm ſcribo: ſi erunt in officio amici,pecunia nõ deerit:ſi nõ erunt,tu efficere tua pecunia non poteris.Per fortunas miſeras noſtras,vide,ne puerũ perditũ perdamus Cui ſi aliquid erit:ne egeat,mediocri virtute opus eſt, & mediocri fortuna,vt cetera cõſequatur.Fac valeas & ad me tabellarios mittas, vt ſciã,quid agatur,& vos quid agatis.Mihi omninò iã breuis exſpectatio eſt.Tulliolæ, & Ciceroni ſalutẽ *i* dic. Valete. D.ante dié VI.kalendas Decẽbreis,Dyrrachij.Dyrrachium veni,quòd & libera ciuitas eſt, & in me

c.v.c.valitudo.

d fort. tam ſtudioſum noſtri,q.

e al faciendum.

f q.v.c.non habent aduerbium té poris,nunc.

* generi mei.

* Lamb.poſſit eſſe.

g q.v.c.non habent particulam tã.

h q.v.c.plura ſcrib.

i v.c.dicito al.dices.

citur negogotium, omnia conſequemur: ſin eadẽ nos fortuna premet, *o* etiãne reliquias tuas, miſera proiicies? Obſecro te, *p* mea vita, quod ad ſumtũ attinet, *q* ſine alios, qui poſſunt, ſi modò volunt, ſuſtinere: & valetudinem iſtam infirmam, ſi me amas, noli vexare. Nam mihi antè oculos dies, nocteiſque verſaris. Omneis labores te excipere video. timeo, vt ſuſtineas. ſed video in te eſſe omnia. Quare, *r* vt id quod ſperas, & quod agis conſequamur, ſerui *s* valetudini. Ego ad quos ſcribã, neſcio, niſi aut ad eos, qui ad me ſcribunt, aut ad eos, de quibus ad me vos aliquid ſcribitis. Longiùs, quoniam *t* vobis ita placet, non diſcedam: ſed velim quam ſæpiſsimè literas mittatis, præſertim ſi quid eſt firmiùs, quod ſperemus. Valete, mea deſideria, valete. Datum ad III. Nonas * Octob. Theſſalonicæ.

o al. etiam reliquias, &c.
p q. v.c. vita mea.
q q. v.c. & ſine alios, qui poſſ. & ita I.
r q.v.c. vt & id, quod ſperas, & id, quod ag.
s v.c. valitudini.
t q.v. c. ita vobis pl.
* ſcripta itaque antè ſuperiorem.

ARGVMENTVM.

Sua culpa factum eſſe dolet, vt & ipſe & ſui in maximas miſerias inciderint. Deinde ad varia literarũ Terentiæ capita dolenter valdè reſpondet. Iiſdem Coſs.

M. T. C. TERENT. SVAE, ET TVLL. CICER. S. P. D. 3

ACCEPI ab Ariſtocrito treis epiſtolas, quas ego lacrymis propè deleui. Conficior enim mœrore, mea Terentia: nec me meæ miſeriæ magis excruciant, quàm tuæ, veſtræque. Ego autem, hoc miſerior ſum, quàm tu, quæ es miſerrima quod ipſa calamitas, communis eſt vtriuſque noſtrûm: ſed culpa mea *u* propria eſt. Meum fuit officium vel legatione * vitare periculum: vel diligẽtia, & copiis reſiſtere: vel cadere fortiter. hoc miſerius, turpius, indignius, nobis *x* nihil fuit. Quare cùm dolore conficior, tum etiam pudore. Pudet enim me vxori meæ optimæ ſuauiſſimis liberis, virtutem, & diligentiam non præſtitiſſe. Nam mihi ante oculos dies nocteiſque verſatur ſqualor veſter, & mœror, & infirmitas *y* valetudinis

u fort. propriè eſt.
* mihi oblata à Cæſare 2. Att. ep. 18.
x q.v.c. non habent pro uocabulũ, nobis.
y v.c. valitudinis.

tuæ,ſpes autem ſalutis pertenuis oſtenditur. Inimici ſunt multi inuidi penè omnes. Eiicere nos magnũ fuit, excludere facilè eſt.Sed tamen quamdiu vos erit s in ſpe non deficiam, ne omnia mea culpa cecidiſſe videantur. Vt tutò ſim, quòd laboras,id mihi nunc facillimum eſt: quem etiã inimici volunt viuere *a* in his tantis miſeriis. Ego tamen faciam,quæ præcipis. Amicis, quibus voluiſti,egi gratias: & eas literas *a* Dexippo dedi: méque de eorum officio ſcripſi à te certiorẽ eſſe factũ. *Piſonẽ noſtrũ mirifico eſſe ſtudio, in nos & officio & ego perſpicio,& omnes prædicant. Dij faxint,vt tali genero mihi præſenti tecũ ſimul,& cũ liberis noſtris frui liceat. Nunc ſpes reliqua eſt in nouis tribunis pl. & in primis * quidẽ diebus. Nã ſi inueterauerit,actum eſt. Ea re ad te ſtatim Ariſtocritum miſi, vt ad me continuò initia rerum,& rationem totius negotij poſſes ſcribere:etſi *b* Dexippo quoque ita imperaui,ſtatim vt recurreret: & ad fratrem miſi,vt crebrò tabellarios mitteret. nam ego eo nomine ſum Dyrrachij hoc tempore, vt quàm celerrimè,quid agatur,audiam & ſin tutò. *c* Ciuitas enim hæc ſemper à me defenſa eſt. Cùm inimici noſtri venire dicentur, tum in Epirũ ibo. Quòd ſcribis,te,ſi velim ad me venturam:ego verò cùm ſciam magnam partem iſtius oneris abs te ſuſtineri,te iſtic eſſe volo. Si perficitis quod agitis,me ad vos venire oportet.ſin autem,*d* ſed nihil eſt opus reliqua ſcribere. Ex primis,*e* aut ad ſummum ſecundis literis tuis conſtituere poterimus,quid nobis faciendum ſit. Tu modò ad me velim omnia diligentiſſimè perſcribas,etſi magis *f* iam rem, quàm literas,debeo exſpectare. Cura, vt valeas,& ita tibi perſuadeas,mihi te cariùs, nihil eſſe,nec vmquam fuiſſe. Vale mea Terẽtia. quã ego videre videor. Itaque debilitor lacrymis. Vale. Pridie kalendas Decemb. Dyrrachij.

a L. in tantis miſ.
a L. Deſippo. & ita v.c.
* idem ep. 1. & 2.
* idem ep. 2.
* Primus dies tribunatus pl. erat quarto Id. Decẽb. Dionyſ.
b L. Deſippo.
c L. Ciuitas enim ſ.
d q.v.c. ſed nihil opus eſt r.
e L. aut ſummum.
f q.v.c. non habent particulã, iam.

ARGVMENTVM.

Conqueritur de ſtatu ſuo. De ſua manſione ſuóque itinere

nere ſcribit. De Terentia, Tulliola, Cicerone ſuis. De rebus domeſticis. De Piſone. De ſeruis ſuis manumiſſis. De ſua ſpe ſcribit. Conſolatur Terentiam. De libertis ſuis à ſe Terentia miſsis: ſuos ſalutat. Eodem tempore.

M. T. C. TERENTIAE ET TVLLIOLAE, ET CICERONI SVIS, S. P. D. 4

EGo minùs ſæpe ad vos do literas quàm poſsũ, propterea quòd cùm omnia mihi tẽpora ſunt miſera, tum vero cùm aut ſcribo ad vos, *g* aut veſtras lego, conficior lacrymis, ſic vt ferre non poſſim. Quòd vtinam minùs vitæ cupidus fuiſſem, certè nihil, aut non multum in vita mali vidiſſemus. Quod ſi nos ad aliquam alicuius commodi aliquando recuperandi ſpem fortuna reſeruauit: minùs eſt erratum à nobis. ſin hæc mala fixa ſunt: ego verò te quàm primùm, mea vita, cupio videre, & in tuo complexu emori: quando neque dij, quos tu caſtiſsimè coluiſti: neque homines, quos ego ſeruaui ſemper nobis gratiam retulerunt Nos * Brũduſij apud M. *h* Lennium Flaccum dies XIII. fuimus, virum optimũ: qui periculum fortunarum, & capitis ſui pro mea ſalute neglexit: neque * legis improbiſsimæ pœna deductus eſt, quo minus hoſpitij, & amicitiæ ius, officiũmque præſtaret. Huic vtinã aliquãdo gratiã referre poſsimus. Habebimus quidem ſemper *i* *k* Brunduſio profecti ſumus *i* ad V. kalendas Maias per Macedoniam Cyzicum petebamus. O me perditum! O me afflictum! quid obrogem te, vt venias, mulierẽ ægram, *k* & corpore, & animo confectam? non rogem. ſine te igitur ſim? Opinor, ſic agam ſi eſt ſpes noſtri reditus, eam confirmes, & * re adiuues ſin, vt ego metuo, *l* tranſactum eſt, quoquo modo potes, ad me facvenias. Vnum hoc ſcito: ſi te habebo, non mihi videbor planè periiſſe. *m* Sed quid de Tulliola mea fiet? iam id vos videte: mihi deeſt conſilium. Sed certè, quoquo modo *n* ſe res habebit, illius miſellæ & matrimo-

g al. aut veſtras literas lego.

* Lamb. Brũduſij.
h L. Lennium adde 13. ep. 63. pro Planc. & Sextio.
* Clodiæ, quæ pœnã irrogabat iis qui Ciceronem tecto recepiſſent. 3. At. 3.
* Brũduſio. *i* L. a. d. XI. Kal. Maij, ita Hotomanus. Rutij Manut.
k q. v. c. & animo & corpore cõf..
* al. rem.
l fort. actũ eſt.
m L. Sed quid Tulliola mea fiet?
n L. res ſe habebit.

nio & famæ ſeruiendum eſt ? Quid Cicero meus,quid aget? Iſte verò ſit in ſinu ſemper,& cõplexu meo Non queo iam plura ſcribere : impedit mœror. Tu quid egeris,neſcio, vtrùm aliquid teneas,an, quod metuo,planè ſis ſpoliata. Piſonẽ, vt ſcribis, ſpero fore ſemper noſtrum .De familia liberata, nihil eſt, quod te moueat. Primùm, tuis ita promiſſum eſt,te facturam eſſe,vt quiſque eſſet meritus. Eſt autem in officio adhuc Orpheus.præterea magnopere o nemo ceterorum ſeruorum. * Ea cauſa eſt,vt, 2ſi res à nobis * abeſſet,liberti noſtri eſſent, ſi obtinere potuiſſent : ſin ad nos pertinerent, ſeruirent, præterquàm oppido * pauci. Sed hæc minora ſunt. Tu quòd me hortaris, vt animo ſim magno, & ſpem habeã recuperandæ ſalutis:id velim ſit eiuſmodi,vt rectè ſperare poſſimus. Nunc miſer, quando tuas iam literas accipiam:quis ad me perferet? quas ego exſpectaſſem * Brunduſij,ſi eſſet licitum per nautas, qui tempeſtatem prætermittere noluerunt. Quod reliquum eſt, ſuſtenta te, mea Terentia, vt potes. honeſtiſsimè viximus: floruimus..non vitium noſtrum,ſed virtus noſtra nos afflixit. peccatum eſt nullum, niſi quòd non vnà animam cum ornamentis amiſimus. Sed ſi hoc fuit liberis noſtris gratius,nos viuere : cetera, quamquam ferenda non ſunt, feramus. p Atque ego,qui te confirmo, ipſe me non poſſum. Clodium Philetærum, quòd q valetudine oculorum impediebatur, r hominèm fidelem, remiſi. Salluſtius officio vincet omneis. Peſcennius eſt perbeneuolus nobis : quem ſemper ſpero tui fore obſeruantem. Sicca dixerat ſe mecum fore: ſed * Brunduſio diſceſſit. Cura, quoad potes,vt valeas: & ſic exiſtimes, s vehemẽtiùs me tua miſeria,quàm mea commoueri.Mea Terentia, fideliſſima,atque optima vxor,& mea cariſsima filiola,& ſpes reliqua noſtra,Cicero, valete. Pridie Kalendas Maij, * Brunduſio.

A R-

o L. nemo ceterorum ſeruorum Ea cauſa eſt. 2 hac lege ſeruos manumiſerat. Cicero. al. abiret vel abiſſet. quos ob ſidem & diligentiam omnino liberabat. * L. Brunduſij.

p. al itaque non plac. q v.c. valitudini ocul. r al.fidelem hominem. s L. vincet omneis ſpes Peſcennius. * L. Brũdiſij. s v.c. me vehementius tua.

* L. Brundiſio.

ARGVMENTVM.

Se Athenas veniſſe. De literis Terentiæ ſibi redditis ab Acaſto, literarum breuitatem excuſat. Mandat poſtremò quæ fieri velit de bonorum Precianorum auctione. Scripta aliquot annis poſt ſuperiores, L. Paulo & C. Marcello Coſs.

M. T. C. TERENTIAE ET TVL. SVIS. S. P. D. 5

SI tu, & Tullia, lux noſtra valetis, ego & ſuauiſſimus Cicero, valemus. Pridie idus Octobreis Athenas venimus, cũ ſanè aduerſis ventis vſi eſſemus, tardéq;, & incommodè nauigaſſemus. *t* De naui exeuntibus nobis Acaſtus cum literis præſtò fuit vno & viceſimo die, ſanè ſtrenuè. Accepi tuas literas, *v* quibus intellexi te vereri, ne ſuperiores mihi redditæ non eſſent. Omnes ſunt redditæ: diligentiſſiméque à te perſcripta ſunt omnia. idque mihi gratiſſimum fuit. *x* Neque ſum admiratus hanc epiſtolam, quam Acaſtus attulit, breuem fuiſſe: iam enim meipſum, exſpectas, ſiue nos ipſos, qui quidem quàm primùm ad vos venire *y* cupimus: etſi in quam tempus *z* venimus, intelligo. cognoui enim *a* ex multorum amicorum literis, quas attulit Acaſtus, ad arma rem ſpectare: vt mihi, cũ venero, diſſimulare non liceat, quid ſentiam. Sed, quando ſubeunda fortuna eſt, eò citiùs dabimus operam, vt veniamus, quò faciliùs de tota re deliberemus. Tu velim, quod commodo *b* valetudinis tuæ fiat, quàm longiſsime poteris obuiam nobis *c* prodeas. De hereditate * Præciana quæ quidem mihi magno dolori eſt (valdè enim illum amaui) hoc velim cures: ſi auctio ante meum aduentum fiet, vt Pomponius, aut, ſi is minùs poterit, Camillus noſtrum negotium curet. Nos *d* cùm venerimus, reliqua per nos agemus. Sin tu iam Roma profecta eris, tamen curabis, vt hoc ita fiat. Nos ſi dij adiuuabunt, circiter Idus Nouemb. in Italia ſperamus fore. Vos, mea ſuauiſſima, & optatiſsima Terentiã, & Tulliola, ſi nos amatis, *e* curate vt valeatis. Athenis, *f* ad xv. Kalẽdas

t q. v. c. De naue.
v al. ex quibus.
x al. neque ſum miratus.
y q. v. c. cupiamus.
z L. veniamus. & ita v. c.
a q v. c. non habet præpoſitionem ex.
b v. c valitudinis t.
c L. properes.
* al. Prætiana.
d v. c. cùm ſalui venerimus. & ita L.
e q. v. c. curate valeatis.
f L. ad xv.

das Nouembr.

ARGVMENTVM.

Excuſat infrequentiam literarum. Voluntatem ſuam in ære alieno diſſoluendo ſignificat. Adiungit de Terentiæ meritis in Tulliolam. Pollucem ſeruum ad ſe ſtatim mitti poſtulat. Manutio ſcripta videtur è caſtris Pompeij, cùm eſſet in Græcia, Cæſare II. & Seruilio Coſſ.

M. T. C. TERENTIAE * ET TVLLIAE, S. P D. 6

* al. Cicero S. D. Terentiæ ſuæ. al. ſuis. S. D. M. Cicero.

NEc ſæpe eſt, cui literas demus: nec rem habemus vllam, quam ſcribere velimus. Ex tuis literis, quas proximè accepi, cognoui, prædium nullum venire potuiſſe. Quare g videas velim, quomodo ſatisfiat ei, cui h ſcis me ſatis fieri velle. † Quòd * noſtra tibi gratias agit, id ego nõ miror te mereri, vt ea tibi merito tuo gratias agere poſsit. i Pollicem, ſi adhuc non eſt profectus, quàm primùm fac extrudas. Cura, vt valeas. Idibus Quincti. Vale.

g L. videatis. & ita v. c.
h L. ſcitis. & ita v. c.
* Vr. Quod Tullia noſtra.
i L. Pollucẽ.

ARGVMENTVM.

Quæ ſibi moleſtiarum & ſollicitudinum cauſa fuerit: quomodo liberatus ſit exponit. De ſua ad Pompeiũ profectione. Hortatur Terentiam ad fortitudinem & valetudinem tuendam, & vt Arpinati vtatur fundo. Scripta Lentulo, & Marcello Coss. qui primus annus ciuilis belli.

M. T. C. TERENTIAE SVAE, ET TVL. S. P. D. 7

k quibus te miſ.

OMNEIS moleſtias, & ſollicitudines, k quibus & te miſerrimam habui, id quod mihi moleſtiſſimum eſt, Tulliolamque, quæ nobis noſtra vita dulcior eſt, depoſui, & eieci. Quid cauſæ autem fuerit poſtridie intellexi, quàm à vobis diſceſsi. * χολὴν ἄκρατον noctu eieci. ſtatim ita ſum leuatus, vt mihi deus aliquis medicinã feciſſe videatur. Cui quidem tu deo, quemadmodum ſoles, piè & caſtè l ſatisfacias. Id eſt Apollini & Æſculapio. Nauim ſpero nos valdè bonam habe-re.

* bilẽ purã.
l L. ſatisfacias velim. Nauim, &c. al. ſatisfacias. Nauim.

re. in eam ſimul atque conſcendi, hæc ſcripſi. Deinde conſcribam ad noſtros familiareis multas epiſtolas, quibus te, & Tulliolam noſtram diligentiſſimè commendabo. Cohortarer vos, quo animo fortiore eſſetis, niſi vos fortiores cognoſcerem, quàm quemquam virum. Et tamen eiuſmodi ſpero negotia eſſe, vt & vos iſtic commodiſſimè ſperem *m* eſſe, & me aliquando cum ſimilibus noſtri remp. defenſurum. Tu primùm valetudinē tuam velim cures: deinde, tibi ſi videbitur, villis iis vtare, quæ longiſſimè aberunt à militibus. Fundo Arpinati bene poteris vti cum familia vrbana, ſi annona carior fuerit. Cicero belliſſimus tibi ſalutem plurimam dicit, etiam atque etiam vale. Datum III. Idus Iunij.

m l. fore, & ita v. c.

ARGVMENTVM.

Rogat vxorem vt valetudinem curet: laudat eius diligentiam, eaq́, vt deinceps vtatur, mandat. Anno ſecundo belli ciuilis, Cæſare II. & Seruilio Coss. ante pugnam Pharſalicam.

M. T. C. TERENTIAE. S. P. D. 8

SI vales, bene eſt: ego *n* quidem valeo. *o* Valetudinem tuam velim cures diligentiſſimè. Nam mihi & ſcriptum, & nuntiatum eſt, te in febrim ſubitò incidiſſe. Quòd celeriter me feciſti *p* de Cæſaris literis certiorem, feciſti mihi gratum. Item poſthac, ſi quid opus erit, ſi quid acciderit noui, facies vt ſciã. Cura, vt valeas. Vale. D. IIII. Nonas Iunias.

n quidem abeſt à q. v. c.
o v. c. Valitudinem.
p v. c. de literis Cæſaris cert.

ARGVMENTVM.

De Dolabellæ & Tulliæ valetudine. Eodem anno poſt pugnam Pharſalicam.

M. T. C. TERENTIAE, S. P. D. 9

AD ceteras meas miſerias acceſſit dolor è Dolabellæ *q* valetudine, & Tulliæ. omnino de omnibus rebus nec quid conſilij capiam, nec quid faciam, ſcio. Tu velim tuam, & Tulliæ valetudinem cures. Vale.

q v. c. valitudine.

ARGVMENTVM.

Mandat vt cum Attico loquatur literáſque mittat.

pertinere arbitrabor, omnia ſtudioſè, diligentérque curabo. Vale.

ARGVMENTVM.

Commẽdat Menandrum libertum Balbi. Eodẽ anno.

M. T. C. P. SERVILIO, COLLEGAE, S. P. D. 70

c v.c. beniuol.

QVIA non eſt obſcura tua in me c beneuolẽtia, ſic fit, vt multi per me tibi velint commendari. Ego autem tribuo nõnumquam in vulgus: ſed plerumque neceſſariis, d vt hoc tempore. Nam cum T. Ampio Balbo mihi ſumma familiaritas, neceſſitudóque eſt. Eius libertum, T. Ampium, Menandrum, hominem frugi, & modeſtum, & patrono, & nobis vehementer probatum, tibi commendo maiorem in modum. Vehementer mihi gratum feceris, ſi, quibuſcumque rebus, ſine tua moleſtia poteris, ei commodaris. Quod vt facias, e te vehementer etiam atque etiam rogo.

d q.v.c. vt in hoc tempore.

e L. q. c.v. non habent prouocabulum te.

ARGVMENTVM.

T. Aguſium commendat veterem amicum. Eodem anno.

M. T. C. * SERVILIO, COLLEGAE, S. D. 71

f L. quoniã omn. & ita v.c.

g v.c. beniuolentia.

MVLTOS tibi commendem neceſſe eſt, f quando omnibus nota noſtra neceſſitudo eſt, tuáque in me g beneuolentia. Sed tametſi omnium cauſa, quos commendo, velle debeo: tamen cum omnibus non eadem mihi cauſa eſt. T. Aguſius, & comes meus fuit illo miſerrimo * tempore, & omnium itinerum, nauigationum, laborum, periculorum meorum ſocius: neque hoc tempore diſceſſiſſet à me, niſi ego ei permiſiſſem. Quare h ſic tibi eum commendo, vt vnum de meis domeſticis, & maximè neceſſariis. Pergratum mihi feceris, ſi eum ita tractaris, vt intelligat, hanc commendationem ſibi magno vſui, atque adiumento fuiſſe. Vale.

* exulii.

h L. ſic eum tibi comm.

ARGVMENTVM.

Commendat Carelliam. Eodem anno.

M. T. C. P. SERVILIO, COLLEGAE, S. D. 72

CAR

CAERELLIAE, neceſſariæ meæ, rem, nomina, poſſeſſiones Aſiaticas commendaui tibi præſens in hortis tuis, quàm potui diligentiſſimè: tuque mihi pro tua conſuetudine, *i* próque tuis in me perpetuis, maximiſque officiis, omnia te facturum liberaliſſimè recepiſti. Meminiſſe te id ſpero. ſcio enim ſolere. Sed tamen Cærelliæ procuratores ſcripſerunt te propter magnitudinem prouinciæ multitudinémque negotiorum, etiam atque etiam eſſe commonefaciendum. Peto igitur, vt memineris, te omnia, quæ tua fides pateretur, mihi cumulatè recepiſſe. Equidem exiſtimo *k* te habere magnam facultatem (ſed hoc eſt tui conſilij, & iudicij) ex eo ſenatuſconſulto, quod in heredes C. Vennonij factum eſt, Cærelliæ commodandi: id ſenatuſconſultum tu interpretabere pro tua ſapientia Scio enim eius ordinis auctoritatē ſemper apud te magni fuiſſe. Quod reliquum eſt, ſic velim exiſtimes, quibuſcumque rebus Cærelliæ benignè feceris, mihi te gratiſſimum eſſe facturū. Vale.

i Lam. pro tuis inmep.

k al. habere te mag.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Philippo ſaluo & incolumi. De Egnatio & Oppio gratias agit: petit, vt Antipatri filios ſibi condonet. Incertus annus poſt proximè ſequentem ſcriptam eſſe cenſet Manutius.

M. T. C. Q. PHILIPPO * PROCOS. S. D. 73

GRATVLOR tibi, quod ex prouincia ſaluum te ad tuos recepiſti incolumi fama, & rep. Quod ſi Romæ te vidiſſem, coram gratias egiſſem, quòd tibi L. Egnatius, familiariſſimus meus, abſens, L. Oppius præſens, curæ fuiſſet. Cum Antipatro Derbete mihi non ſolùm hoſpitium, verum etiā ſumma familiaritas intercedit. Ei te vehemēter *l* ſuccenſuiſſe audiui, & moleſtè tuli. De re nihil poſſum iudicare, niſi illud mihi certè perſuadeo, te, talem vnum, nihil temerè feciſſe. A te autem pro vetere

* ſuſpicatu Manut. vocem Proconſ. abundare.

l q.v.c. ſuſ cenſuiſſe aud.

noſtra neceſsitudine, etiam atque etiam peto, vt eius filios, qui in tua poteſtate ſunt, mihi potiſsimùm condones: niſi quid exiſtimas in ea re violari exiſtimationem tuam. Quod ego ſi arbitrarer, numquam te rogarem: mihíque tua fama multò antiquior eſſet, quàm illa neceſsitudo eſt. Sed mihi ita perſuadeo (poteſt fieri vt fallar) eam rē laudi tibi potiùs, quàm vituperationi fore. Quid fieri poſsit, & quid mea cauſa facere poſsis (nam, quin velis, non dubito) velim, ſi tibi graue non erit, certiorem me facias. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat L. Oppium, & L. Egnatij negotia.

M. T. C. Q. PHILIPPO, PROCONS. S. D. 74

ETsi non dubito, pro tua in me obſeruantia, próque noſtra neceſſitudine, quin commendationem meam memoria teneas: tamen etiam atque etiam eundem tibi L. Oppium, familiarem meum præſentem, & L. Egnatij, familiariſsimi mei, abſentis, negotia commendo. Tanta mihi cum eo neceſsitudo eſt, familiaritáſque, vt, ſi mea res eſſet, non magis laborarem. Quapropter gratiſsimū mihi feceris, ſi curaris, vt is intelligat me à te tātū amari, quantum ipſe exiſtimo. Hoc mihi gratiùs facere nihil potes. Idque vt facias, te vehementer rogo. Vale.

* rei frumētariæ Prępoſitio.

* ep.35. & 79. Eſt autē Auianus Aemiliorum Flaccus Valeriorum cognomen, vt geminū huic cognomen fuerit, fortè, quòd cùm eſſet Valeriæ gētis adoptione tranſierit in Aemiliam.

ARGVMENTVM.

Commendat C. Auianum Flaccum. Pompeio III. & Scipione Coss. aut initio Conſulatus Sulpitij & Marcelli. Vide Manut. in ſuis Comment.

M. T. C. T. TITIO, TITI F. * LEGATO, S. P. D. 75

ETsi non dubito, quin apud te mea commēdatio prima ſatis valeat, tamen obſequor homini familiariſsimo C. * Auiano Flacco: cuius cauſa omnia tum cupio, tum mehercule etiam debeo. De quo & præſens tecum egi diligenter, cùm tu mihi humaniſsimè reſpondiſti: & ſcripſi ad te accuratè anteà: ſed putat intereſſe ſua, me ad te quàm ſæpiſsimè ſcribere. Quare velim mihi ignoſcas,

ſcas, ſi illius voluntati obtemperans, minùs videbor meminiſſe conſtantiæ tuæ. A te *m* idem illud peto, vt de loco, quo deportet frumentum, & de tempore, Auiano commodes: quorum vtrumque per eundẽ me obtinuit triennium, dum Pompeius iſti negotio præfuit. Summa eſt, in quo mihi gratiſſimum facere poſsis, ſi curaris, vt Auianus, quãdo ſe à me amari putat, me à te amari ſciat. Erit id mihi pergratum. Vale.

m q.v.c. illud idẽ peto. & ita L.

ARGVMENTVM.

Petit vt L. Valgius emptam in Fregellano agro poſſeſſionem immunem, habeat. Incertus annus.

M. T. C. *n* QVATVOR VIRIS, ET * DECVRIONIBVS, S. D. 76

n L.IIII.viris.

* Fregellanis.

TANTAE mihi cum Q. Hippio cauſæ neceſsitudinis ſunt, vt nihil poſsit eſſe coniunctius, quàm nos inter nos ſumus. Quod niſi ita eſſet, vterer mea conſuetudine, vt vobis nulla in re moleſtus eſſem. Etenim vos mihi optimi teſtes eſtis, cùm mihi perſuaſum eſſet, nihil eſſe, quod à vobis impetrare non poſſem, numquam me tamen graue vobis eſſe voluiſſe. Vehementer igitur vos etiam atque etiam rogo vt honoris mei cauſa liberaliſsimè C. Valgium Hippianum tractetis, réque cum eo conficiatis, vt quam poſſeſsionem habet in agro * Fregellano, à vobis emtam, eam liberam, & immunem habere poſsit. Id ſi à vobis impetraro, ſummo me beneficio veſtro affectum arbitrabor. Valete.

*Fregellæ colonia deducta eſt anno v.c.424.

ARGVMENTVM.

Narrat officium in ſupplicatione decernenda, commendat Bollanum, petit vt ſibi Dionyſium ſeruum fugitiuum reſtituendum curet. Cæſare III. Conſule ſine Collega. Confecto Hiſpanienſi bello ex quo rediit in vrbem menſe Octobri.

M. T. C.

M. T. C. P. *SVLPICIO, IMP. S. D. 77

* Conrad. legit Vatinio. vide Manut. in Commentariis.

CVM his temporibus non ſanè in ſenatū ventitarem, tamen, vt tuas literas legi, non exiſtimaui, me ſaluo iure noſtræ veteris amicitiæ, multorumq; inter nos officiorum, facere poſſe, vt, honori tuo deeſſem. Itaq; affui, ſupplicationémque o tibi libenter decreui: nec reliquo tempore vllo aut rei, aut exiſtimationi, aut dignitati tuæ deero. Atque, vt hoc tui neceſſarij ſciant, hoc me animo erga te eſſe, velim facias eos per literas certiores, vt ſi quid tibi opus ſit, ne dubitēt mihi iure ſuo denuntiare. M p Bollanum, virum bonum & fortem, & omnibus rebus ornatū, meumq; veterem amicum, tibi magnopere commendo. Pergratum mihi feceris, ſi curaris, vt is intelligat, hāc commendationem ſibi magno adiumento fuiſſe. q Ipſúmq; virum optimum, gratiſſimumq; cognoſces. Promitto tibi, te ex eius amicitia magnam voluptatem eſſe capturum. Præterea à te peto maiorem in modum, pro noſtra amicitia, & pro tuo perpetuo in me ſtudio, vt in hac re etiam elabores. Dionyſius, ſeruus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorū tractauit, cùm multos libros ſurripuiſſet, nec ſe impunè laturum putaret, aufugit. Is eſt in prouincia tua. Eum & M. r Bollanus, familiaris meus, & multi alij Naronæ viderunt. Sed cùm ſe à me manumiſſum eſſe diceret, crediderunt. Hunc tu ſi mihi reſtituendum curaris, non poſſum dicere, quàm mihi gratum futurum ſit. Res ipſa parua, ſed animi mei dolor, magnus eſt. Vbi ſit, & quid fieri poſſit, s Bollanus te docebit. Ego, ſi hominem per te recuperaro, ſummo me à te beneficio affectum arbitrabor. Vale.

o V. C. libenter tibi decr.

p L. Bolanū.

q L. Ipſum, virum opt.

r L. Bolanus.

s L. Bolanus.

ARGVMENTVM.

Petit Democritum Sicyonium in ſuam fidem recipiat.
Cæſare III. & Lepido Coss.

* L. A. Alieno.

M. T. C. * ALLIENO † PROC. S. D. 78

DEMOCRITVS Sicyonius, non ſolum hoſpes meus eſt, ſed etiam, quod non multis contingit, Græcis præſertim, valde familiaris. Eſt enim in eo ſumma probitas, ſumma virtus, ſumma in hoſpites liberalitas, & obſeruantia: méque *t* præ ceteris & colit, & obſeruat & diligit. Eum tu non modò ſuorum ciuium, verumetiam penè Achaiæ Principem cognoſces. Huic ego tantummodò aditum ad tuam cognitionem patefacio, *v* & munio. Cognitum, per te ipſum, quæ tua natura eſt, dignum tua amicitia, atque hoſpitio iudicabis. Peto igitur à te, vt, his literis lectis, recipias eum in tuam fidem: polliceâre, omnia te facturum mea cauſa. De reliquo, ſi, id quod confido, fore dignum eum tua amicitia hoſpitioque cognoueris, peto, vt eum complectâre, diligas, in tuis habeas. Erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

t q. v. c. præter ceteros.

v L. innuo.

ARGVMENTVM.

Commendat C. & M. Auianos. Eodem anno.

M. T. C. ALIENO PROCONS. S. P. D. 79

ET te ſcire arbitror, quanti fecerim C. * Auianum Flaccum: & ego ex ipſo audieram, optimo, & gratiſſimo homine, quam à te liberaliter eſſet tractatus. Eius filios digniſsimos illo patre, meoſque neceſſarios, quos ego vnicè diligo, commendo tibi ſic, vt maiore ſtudio nullos commendare poſsim. C. Auianus in Sicilia eſt. Marcus eſt nobiſcum. Vt illius dignitatem præſentis ornes, rem vtriuſque defendas, te rogo. Hoc mihi gratius in iſta prouincia facere nihil potes. Idque: vt facias, te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

* vide ſup. ep. 75.

M. TVL.

ſimi viueremus, nunc, quãdo ſperare nos amici iubent dabo operam, ne mea *c* valetudo tuo labori deſit. Res quanta ſit, intelligo: quantóque fuerit faciliùs *manere domi, quàm redire*. Sed tamẽ ſi omneis tribunos pl. habemus, ſi Lentulum *d* tã ſtudioſũ, quã videtur, ſi verò etiã Põpeium, & Cæſarem: non eſt deſperandũ. De familia, quomodo placuiſſe amiſsis ſcribis, *e* faciemus. De loco *f* nunc quidem iã abiit peſtilentia: ſed quamdiu fuit, me non attigit. Plancius, homo officioſiſsimus, me cupit eſſe ſecũ: & adhuc retinet. Ego volebã loco magis deſerto eſſe in Epiro quò neq; Hiſpo veniret, nec milites: ſed adhuc Plãcius, me retinet, ſperat poſſe fieri, vt mecum in Italiam decedat. Quem ego diẽ ſi videro, & ſi in veſtrum complexũ venero, ac ſi & vos, & meipſum recuperaro: ſatis magnũ mihi fructũ videbor percepiſſe & veſtræ pietatis, & meæ. Piſonis * humanitas, virtus, amor in omneis nos, tantus eſt, vt nihil ſuprà * poſsit Vtinam ea res ei voluptati ſit, gloriæ quidem video fore. De Q. Fratre nihil ego te accuſaui: ſed vos, cùm præſertim *g* tam pauci ſitis, volui eſſe quàm coniunctiſsimos. Quibus me voluiſti agere gratias, egi, & me à te certiorem factũ eſſe ſcripſi. Quòd ad me, mea Terentia, ſcribis te vicũ venditurã: quid obſecro te (me miſerũ) quid futurũ eſt? Et, ſi nos premet eadẽ fortuna, quid puero miſero fiet? Nõ queo *h* reliqua ſcribere (tanta vis lacrymarum eſt) ne te in eandẽ fletũ adducã. Tantùm ſcribo: ſi erunt in officio amici, pecunia nõ deerit: ſi nõ erunt, tu efficere tua pecunia non poteris. Per fortunas miſeras noſtras, vide, ne puerũ perditũ perdamus. Cui ſi aliquid erit: ne egeat, mediocri virtute opus eſt, & mediocri fortuna, vt cetera cõſequatur. Fac valeas & ad me tabellarios mittas, vt ſciã, quid agatur, & vos quid agatis. Mihi omninò iã breuis exſpectatio eſt. Tulliolæ, & Ciceroni ſalutẽ *i* dic. Valete. D. ante diẽ VI. kalendas Decẽbreis, Dyrrachij. Dyrrachium veni, quòd & libera ciuitas eſt, & in me

offi-

c v. c. valitudo.

d fort. tam ſtudioſum noſtri, q.

e al faciendum.

f q. v. c. non habent aduerbium tẽporis, nunc.

* generi mei.

* Lamb. poſſit eſſe.

g q. v. c. non habent particulam tã.

h q. v. c. plura ſcrib.

i v. c. dicito al. dices.

* idem 3. Att. ep. 22.

* officioſa, & proxima Italiæ. Sed ſi offendet me loci celebritas, aliò me conferam, & ad te ſcribam.

ARGVMENTVM.

Breuitatem literarum excuſat. Piſonis generi erga ſe officia commendat. Terentiæ vicem laudat: rogat vt de ſuo ſumptus non faciat, & vt valetudini ſeruiat. Eodem anno.

M. T. C. TERENTIAE, ET TVLLIOLAE, ET CICERONI SVIS, S. P. D. 2

NOLI putare, me ad quemquam longiores epiſtolas ſcribere; niſi, ſi quis ad me plura ſcripſit, cui puto reſcribi oportere. Nec enim habeo, quod ſcribam: nec hoc tempore quidquam difficiliùs facio. Ad te verò, & ad noſtram Tulliolam, non queo ſine plurimis lacrymis ſcribere. Vos enim video eſſe miſerrimas, quas ego beatiſſimas ſemper eſſe volui, idque præſtare debui: & niſi tam timidi fuiſſemus, præſtitiſſem. Piſonem noſtrum meritò eius amo plurimum. Eum, vt potui, per literas cohortatus ſum, gratiáſque egi, vt debui. In nouis tribunis pleb. intelligo ſpem te habere. id erit firmum, ſi Pompeij voluntas *k* erit. *l* ſed Craſſum tamen metuo. A te quidem omnia fieri fortiſſimè, & amantiſsimè video: nec miror: ſed mœreo caſum eiuſmodi, vt tantis tuis miſeriis meæ miſeriæ ſubleuentur. Nam ad me P. Valerius, homo officioſus, ſcripſit, id quod ego in animo cum fletu legi, quẽadmodum * à Veſta ad tabulam * Valeriam ducta eſſes. Hem, mea lux, meum deſiderium, vnde omnes opem petere ſolebant! te nunc, mea Terentia, ſic vexari, ſic iacere in lacrymis, & ſordibus! idque fieri mea culpa, qui ceteros ſeruaui, vt nos periremus? Quod de domo ſcribis, hoc eſt, * de area: ego verò tum denique mihi videbor reſtitutus, ſi illa *m* nobis erit reſtituta. Verũ hæc non ſunt in noſtra manu. Illud doleo, quæ impẽſa facienda eſt, in eius partem, *n* te miſeram, & deſpoliatam venire. Quod ſi

conſti-

k for. acceſſerit.

l q. v. c. ſed tamẽ Craſſum metuo.

* I. à Veſta. * locus vbi ius dicebatur. vide in Vatinium.

* euerſa enim Ciceronis domo, area ſupererat, quę reuerſo in patriam, reſtitutura eſt, & ſuperficies æſtimata.

m L. erit nobis reſt.

n L. miſeram.

citur negogotium, omnia conſequemur: ſin eadē nos fortuna premet, *o* etiāne reliquias tuas, miſera proiicies? Obſecro te, *p* mea vita, quod ad ſumtū attinet, *q* ſine alios, qui poſſunt, ſi modò volunt, ſuſtinere: & valetudinem iſtam infirmam, ſi me amas, noli vexare. Nam mihi antè oculos dies, noctéiſque verſaris. Omneis labores te excipere video. timeo, vt ſuſtineas. ſed video in te eſſe omnia. Quare, *r* vt id quod ſperas, & quod agis conſequamur, ſerui *s* valetudini. Ego ad quos ſcribā, neſcio, niſi aut ad eos, qui ad me ſcribunt, aut ad eos, de quibus ad me vos aliquid ſcribitis. Longiùs, quoniam *t* vobis ita placet, non diſcedam: ſed velim quam ſæpiſsimè literas mittatis, præſertim ſi quid eſt firmiùs, quod ſperemus. Valete, mea deſideria, valete. Datum ad III. Nonas * Octob. Theſſalonicæ.

o al. etiam reliquias, &c.
p q. v.c. viſta mea.
q q. v.c. & ſine alios, qui poſſ. & ita I.
r q.v.c. vt & id, quod ſperas, & id, quod ag.
s v.c. valitudini.
t q.v. c. ita vobis pl.
* ſcripta ita que antè ſuperiorem.

ARGVMENTVM.

Sua culpa factum eſſe dolet, vt & ipſe & ſui in maximas miſerias inciderint. Deinde ad varia literarū Terentiæ capita dolenter valdè reſpondet. Iiſdem Coſs.

M. T. C. TERENT. SVAE, ET TVLL. CICER. S. P. D. 3

ACcepi ab Ariſtocrito treis epiſtolas, quas ego lacrymis propè deleui. Conficior enim mœrore, mea Terentia: nec me meæ miſeriæ magis excruciant, quàm tuæ, veſtræque. Ego autem, hoc miſerior ſum, quàm tu, quæ es miſerrima quod ipſa calamitas, communis eſt vtriuſque noſtrûm: ſed culpa mea *u* propria eſt. Meum fuit officium vel legatione * vitare periculum: vel diligētia, & copiis reſiſtere: vel cadere fortiter. hoc miſerius, turpius, indignius, nobis *x* nihil fuit. Quare cùm dolore conficior, tum etiam pudore. Pudet enim me vxori meæ optimæ ſuauiſſimis liberis, virtutem, & diligentiam non præſtitiſſe. Nam mihi ante oculos dies noctéiſque verſatur ſqualor veſter, & mœror, & infirmitas *y* valetudinis tuæ:

u fort. propriè eſt.
* mihi oblata à Cæſare 2. Att. ep. 18.
x q.v.c. non habent pro uocabulū, nobis.
y v.c. valitudinis.

tuæ, ſpes autem ſalutis pertenuis oſtenditur. Inimici ſunt multi inuidi penè omnes. Eiicere nos magnũ fuit, excludere facilè eſt. Sed tamen quamdiu vos eritis in ſpe non deficiam, ne omnia mea culpa cecidiſſe videantur. Vt tutò ſim, quòd laboras, id mihi nunc facillimum eſt: quem etiã inimici volunt viuere *a* in his tantis miſeriis. Ego tamen faciam, quæ præcipis. Amicis, quibus voluiſti, egi gratias: & eas literas *a* Dexippo dedi: méque de eorum officio ſcripſi à te certiorẽ eſſe factũ * Piſonẽ noſtrũ mirifico eſſe ſtudio, in nos & officio & ego perſpicio, & omnes prædicant. Dij faxint, vt tali genero mihi præſenti tecũ ſimul, & cũ liberis noſtris frui liceat. Nunc ſpes reliqua eſt in nouis tribunis pl. & in primis * quidẽ diebus. Nã ſi inueterauerit, actum eſt. Ea re ad te ſtatim Ariſtocritum miſi, vt ad me continuò initia rerum, & rationem totius negotij poſſes ſcribere: etſi *b* Dexippo quoque ita imperaui, ſtatim vt recurreret: & ad fratrem miſi, vt crebrò tabellarios mitteret. nam ego eo nomine ſum Dyrrachij hoc tempore, vt quàm celerrimè, quid agatur, audiam & ſin tutò. *c* Ciuitas enim hæc ſemper à me defenſa eſt. Cùm inimici noſtri venire dicentur, tum in Epirũ ibo. Quòd ſcribis, te, ſi velim ad me venturam: ego verò cùm ſciam magnam partem iſtius oneris abs te ſuſtineri, te iſtic eſſe volo. Si perficitis quod agitis: me ad vos venire oportet. ſin autem, *d* ſed nihil eſt opus reliqua ſcribere. Ex primis, *e* aut ad ſummum ſecundis literis tuis conſtituere poterimus, quid nobis faciendum ſit. Tu modò ad me velim omnia diligentiſſimè perſcribas, etſi magis *f* iam rem, quàm literas, debeo exſpectare. Cura, vt valeas, & ita tibi perſuadeas, mihi te cariùs, nihil eſſe, nec vmquam fuiſſe. Vale mea Terẽtia quã ego videre videor. Itaque debilitor lacrymis. Vale. Pridie kalendas Decemb. Dyrrachij.

a L. in tantis miſ.
a L. Deſippo. & ita v.c.
* idem ep. 1. & 2.
* idem ep. 2.
* Primus dies tribunatus pl. erat quarto Id. Decẽb. Dionyſ.
b L. Deſippo.
c L. Ciuitas enim ſ.
d q.v.c. ſed nihil opus eſt r.
e L aut ſummum.
f q.v.c. non habent particulã, iam.

ARGVMENTVM.

Conqueritur de ſtatu ſuo. De ſua manſione ſuóque itinere

nere ſcribit. De Terentia, Tulliola, Cicerone ſuis. De rebus domeſticis. De Piſone. De ſeruis ſuis manumiſſis. De ſua ſpe ſcribit. Conſolatur Terentiam. De libertis ſuis à ſe Terentia miſsis: ſuos ſalutat. Eodem tempore.

M. T. C. TERENTIAE ET TVLLIOLAE, ET CICERONI SVIS, S. P. D. 4

EGo minùs ſæpe ad vos do literas quàm poſsū, proptereà quòd cùm omnia mihi tēpora ſunt miſera, tum vero cùm aut ſcribo ad vos, *g* aut veſtras lego, conficior lacrymis, ſic vt ferre non poſſim. Quòd vtinam minùs vitæ cupidus fuiſſem, certè nihil, aut non multum in vita mali vidiſſemus. Quod ſi nos ad aliquam alicuius commodi aliquando recuperandi ſpem fortuna reſeruauit: minùs eſt erratum à nobis. ſin hæc mala fixa ſunt: ego verò te quàm primùm, mea vita, cupio videre, & in tuo complexu emori: quando neque dij, quos tu caſtiſsimè coluiſti: neque homines, quos ego ſeruaui ſemper nobis gratiam retulerunt Nos * Brūduſij apud M. *h* Lennium Flaccum dies XIII fuimus, virum optimū: qui periculum fortunarum, & capitis ſui pro mea ſalute neglexit: neque * legis improbiſsimæ pœna deductus eſt, quo minus hoſpitij, & amicitiæ ius, officiūmque præſtaret. Huic vtinā aliquādo gratiā referre poſsimus. Habebimus quidem ſemper *i* [k] Brunduſio profecti ſumus *i* ad V. kalendas Maias per Macedoniam Cyzicum petebamus. O me perditum! O me afflictum! quid obrogem te, vt venias, mulierē ægram, *k* & corpore, & animo confectam? non rogem. ſine te igitur ſim? Opinor, ſic agam ſi eſt ſpes noſtri reditus, eam confirmes, & * re adiuues ſin, vt ego metuo, *l* tranſactum eſt, quoquo modo potes, ad me fac venias. Vnum hoc ſcito: ſi te habebo, non mihi videbor planè periiſſe. *m* Sed quid de Tulliola mea fiet? iam id vos videte: mihi deeſt conſilium. Sed certè, quoquo modo *n* ſe res habebit, illius miſellæ & matrimo-

g al. aut veſtras litera lego.

* Lamb. Brūduſij.

h L. Lemnium adde 13. ep. 63. pro Planc. & Sextio.

* Clodiæ, quæ pœnā irrogabat iis qui Ciceronem recepiſſent. 3. At. 3.

* Brūduſio.

i L. a. d. II. Kal. Maij, ita Hotomanus. Rutij Manut.

k q. v. c. & animo & corpore cōf..

* al. rem.

l fort. actū eſt.

m L. Sed quid Tulliola mea fiet?

n L. res ſe habebit.

nio & famæ ſeruiendum eſt? Quid Cicero meus, quid aget? Iſte verò ſit in ſinu ſemper, & cõplexu meo. Non queo iam plura ſcribere: impedit mœror. Tu quid egeris, neſcio, vtrùm aliquid teneas, an, quod metuo, planè ſis ſpoliata. Piſonẽ, vt ſcribis, ſpero fore ſemper noſtrum. De familia liberata, nihil eſt, quod te moueat. Primùm, tuis ita promiſſum eſt, te facturam eſſe, vt quiſque eſſet meritus. Eſt autem in officio adhuc Orpheus. præterea magnopere *o* nemo ceterorum ſeruorum. * Ea cauſa eſt, vt, ſi res à nobis * abeſſet, liberti noſtri eſſent, ſi obtinere potuiſſent: ſin ad nos pertinerent, ſeruirent, præterquàm oppido * pauci. Sed hæc minora ſunt. Tu quòd me hortaris, vt animo ſim magno, & ſpem habeã recuperandæ ſalutis: id velim ſit eiuſmodi, vt rectè ſperare poſſimus. Nunc miſer, quando tuas iam literas accipiam: quis ad me perferet? quas ego exſpectaſſem * Brunduſij, ſi eſſet licitum per nautas, qui tempeſtatem prætermittere noluerunt. Quod reliquum eſt, ſuſtenta te, mea Terentia, vt potes. honeſtiſsimè viximus: floruimus. non vitium noſtrum, ſed virtus noſtra nos afflixit. peccatum eſt nullum, niſi quòd non vnà animam cum ornamentis amiſimus. Sed ſi hoc fuit liberis noſtris gratius, nos viuere: cetera, quamquam ferenda non ſunt, feramus. *p* Atque ego, qui te confirmo, ipſe me non poſſum. Clodium Philetærum, quòd *q* valetudine oculorum impediebatur, *r* hominem fidelem, remiſi. Salluſtius officio vincet omneis. Peſcennius eſt perbeneuolus nobis: quem ſemper ſpero tui fore obſeruantem. Sicca dixerat ſe mecum fore: ſed * Brunduſio diſceſſit. Cura, quoad potes, vt valeas: & ſic exiſtimes, *s* vehemẽtiùs me tua miſeria, quàm mea commoueri. Mea Terentia, fideliſſima, atque optima vxor, & mea cariſsima filiola, & ſpes reliqua noſtra, Cicero, valete. Pridie Kalendas Maij, * Brunduſio.

[Margin notes: L. nemo ceterorum ſeruorum acauſa eſt. hac lege ſeruos manumiſerat. Cicero. | al. abiret vel abiſſet. | quos ob ſidem & diligentiam omnino liberabat. | L. Brundiſij. | al. itaque non plac. | v.c. valitudini ocul. | al. fidelem hominem. | L. vincet omneis ſpes Peſcennius. | L. Brũdiſij. | q.v.c. me vehementius tua. | L. Brundi-]

ARGVMENTVM.

Se Athenas veniſſe. De literis Terentiæ ſibi redditis ab Acaſto, literarum breuitatem excuſat. Mandat poſtremò quæ fieri velit de bonorum Præcianorum auctione. Scripta aliquot annis poſt ſuperiores, L. Paulo & C. Marcello Coſs.

M. T. C. TERENTIAE ET TVL. SVIS. S. P. D. 5

SI tu,& Tullia, lux noſtra valetis, ego & ſuauiſſimus Cicero, valemus. Pridie idus Octobreis Athenas venimus, cũ ſanè aduerſis ventis vſi eſſemus, tardéq;, & incommodè nauigaſſemus. *t* De naui exeuntibus nobis Acaſtus cum literis præſtò fuit vno & viceſimo die, ſanè ſtrenuè. Accepi tuas literas, *u* quibus intellexi te vereri, ne ſuperiores mihi redditæ non eſſent. Omnes ſunt redditæ: diligentiſſiméque à te perſcripta ſunt omnia: idque mihi gratiſſimum fuit. *x* Neque ſum admiratus hanc epiſtolam, quam Acaſtus attulit, breuem fuiſſe: iam enim meipſum, exſpectas, ſiue nos ipſos, qui quidem quàm primùm ad vos venire *y* cupimus: etſi in quam tempus *z* venimus, intelligo. cognoui enim *a* ex multorum amicorum literis, quas attulit Acaſtus, ad arma rem ſpectare: vt mihi, cũ venero, diſſimulare non liceat, quid ſentiam. Sed, quando ſubeunda fortuna eſt, eò citiùs dabimus operam, vt veniamus, quò faciliùs de tota re deliberemus. Tu velim, quod commodo *b* valetudinis tuæ fiat, quàm longiſſime poteris obuiam nobis *c* prodeas. De hereditate * Prætiana quæ quidem mihi magno dolori eſt (valdè enim illum amaui) hoc velim cures: ſi auctio ante meum aduentum fiet, vt Pomponius, aut, ſi is minùs poterit, Camillus noſtrum negotium curet. Nos *d* cùm venerimus, reliqua per nos agemus. Sin tu iam Roma profecta eris, tamen curabis, vt hoc ita fiat. Nos ſi dij adiuuabunt, circiter Idus Nouemb. in Italia ſperamus fore. Vos, mea ſuauiſſima, & optatiſſima Terentia, & Tulliola, ſi nos amatis, *e* curate vt valeatis. Athenis, *f* ad xv. Kalédas

t q. v. c. I naue.
v al. ex q bus.
x al. neq ſum mira tus.
y q.v.c. c piamus.
z L. veni mus.& it v.c.
a q.v.c. n habet p poſitione ex.
b v.c vali dinis t.
c L. prop res.
* al. Præti na.
d v.c. cùm ſalui vene mus. & it L.
e q.v.c. cu te valeati
f L. ad x v.

das Nouembr.

ARGVMENTVM.

Excuſat infrequentiam literarum. Voluntatem ſuam in ære alieno diſſoluendo ſignificat. Adiungit de Terentiæ meritis in Tulliolam. Pollucem ſeruum ad ſe ſtatim mitti poſtulat. Manutio ſcripta videtur è caſtris Pompeij, cùm eſſet in Græcia, Cæſare II. & Seruilio Coſſ.

M. T. C. TERENTIAE * ET TVLLIAE, S. P. D. 6

* al. Cicero S. D. Terentiæ ſuæ. al. ſuis. S. D. M. Cicero.

NEc ſæpe eſt, cui literas demus: nec rem habemus vllam, quam ſcribere velimus. Ex tuis literis, quas proximè accepi, cognoui, prædium nullum venire potuiſſe. Quare *g* videas velim, quomodo ſatisfiat ei, cui *h* ſcis me ſatis fieri velle. † Quòd * noſtra tibi gratias agit, id ego nō miror te mereri, vt ea tibi merito tuo gratias agere poſsit. *i* Pollicem, ſi adhuc non eſt profectus, quàm primùm fac extrudas. Cura, vt valeas. Idibus Quinctij. Vale.

g L. videatis. & ita v. c.
h L. ſcitis. & ita v. c.
* Vrſ. Quod Tullia noſtra.
i L. Pollucē.

ARGVMENTVM.

Quæ ſibi moleſtiarum & ſollicitudinum cauſa fuerit: quomodo liberatus ſit exponit. De ſua ad Pompeū profectione. Hortatur Terentiam ad fortitudinem & valetudinem tuendam, & vt Arpinati vtatur fundo. Scripta Lentulo, & Marcello Coss. qui primus annus ciuilis belli.

M. T. C. TERENTIAE SVAE, ET TVL. S. P. D. 7

OMNEIS moleſtias, & ſollicitudines, *k* quibus & te miſerrimam habui, id quod mihi moleſtiſſimum eſt, Tulliolamque, quæ nobis noſtra vita dulcior eſt, depoſui, & eieci. Quid cauſæ autem fuerit poſtridie intellexi, quàm à vobis diſceſsi. * χολὴν ἄκρατον noctu eieci. ſtatim ita ſum leuatus, vt mihi deus aliquis medicinā feciſſe videatur. Cui quidem tu deo, quemadmodum ſoles, piè & caſtè *l* ſatisfacias. Id eſt Apollini & Æſculapio. Nauim ſpero nos valdè bonam habe-re.

k quibus te miſ.
* bilē purā.
l L. ſatisfacias velim. Nauim, &c. al. ſatisfacias. Nauim.

re. in eam ſimul atque conſcendi, hæc ſcripſi. Deinde conſcribam ad noſtros familiareis multas epiſtolas, quibus te, & Tulliolam noſtram diligentiſſimè commendabo. Cohortarer vos, quo animo fortiore eſſetis, niſi vos fortiores cognoſcerem, quàm quemquam virum. Et tamen eiuſmodi ſpero negotia eſſe, vt & vos iſtic commodiſſimè ſperem *m* eſſe, & me aliquando cum ſimilibus noſtri temp. defenſurum. Tu primùm valetudinē tuam velim cures: deinde, tibi ſi videbitur, villis iis vtare, quæ longiſſimè aberunt à militibus. Fundo Arpinati bene poteris vti cum familia vrbana, ſi annona carior fuerit. Cicero belliſſimus tibi ſalutem plurimam dicit, etiam atque etiam vale. Datum III. Idus Iunij.

m I. fore, & ita v. c.

ARGVMENTVM.

Rogat vxorem vt valetudinem curet: laudat eius diligentiam, eaq; vt deinceps vtatur, mandat. Anno ſecundo belli ciuilis, Cæſare II. & Seruilio Coss. ante pugnam Pharſalicam.

M. T. C. TERENTIAE. S. P. D. 8

SI vales, bene eſt: ego *n* quidem valeo. *o* Valetudinem tuam velim cures diligentiſſimè. Nam mihi & ſcriptum, & nunciatum eſt, te in febrim ſubitò incidiſſe. Quòd celeriter me feciſti *p* de Cæſaris literis certiorem, feciſti mihi gratum. Item poſthac, ſi quid opus erit, ſi quid acciderit noui, facies vt ſciā. Cura, vt valeas. Vale. D. IIII. Nonas Iunias.

n quidem abeſt à q. v. c.
o v. c. Valitudinem.
p v. c. de literis Cæſaris cert.

ARGVMENTVM.

De Dolabellæ & Tulliæ valetudine. Eodem anno poſt pugnam Pharſalicam.

M. T. C. TERENTIAE, S. P. D. 9

AD ceteras meas miſerias acceſſit dolor è Dolabellæ *q* valetudine, & Tulliæ. omnino de omnibus rebus nec quid conſilij capiam, nec quid faciam, ſcio. Tu velim tuam, & Tulliæ valetudinem cures. Vale.

q v. c. valitudine.

ARGVMENTVM.

Mandat vt cum Attico loquatur literáſque mittat.

Nondum creatis Conſulibus, qui extremo anno facti ſunt, Q. Fuſius Calenus, P. Vatinius. *auctor eſt Dio.*

M. T. C. TERENTIAE SVAE S. P. D. 10

QVID fieri placeret, ſcripſi ad Pomponium ſeriùs, quàm oportuit. Cum eo ſi locuta eris, intelliges, quid fieri velim. Apertiùs ſcribi, quando ad illum ſcripſeram, neceſſe non fuit. De ea re, & de ceteris rebus, quàm primùm velim nobis literas mittas. r Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. Septimo idus Quinctil.

r v.c. valitudinem t.

ARGVMENTVM.

Tulliam ad ſe veniſſe dicit, ſibi eſſe in animo Ciceronem filium ad Cæſarem mittere. Eodem anno.

M. T. C. TERENTIAE SVAE, S. P. D. 11

SI vales, bene eſt: ego valeo. Tullia noſtra venit ad me pridie idus Iunij: cuius ſumma virtute, & ſingulari humanitate, grauiore etiam ſum dolore affectus, noſtra factum eſſe negligentia, vt longè alia in fortuna eſſet, atque eius pietas, ac dignitas poſtulabat. Nobis erat in animo, Ciceronem ad Cæſarem mittere, & cum eo Cn. Salluſtiũ. Si profectus erit, faciam te certiorem. s Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. t XIIII. Kalendas Quint.

s v.c. valitud.
t al. XVII.

ARGVMENTVM.

De ſuo in Italiam aduentu. Monet vxorem ne ad ipſum eat. Cæſare II. & Seruilio Coſſ.

M. T. C. TERENTIAE S. P. D. 12

QVOD nos in Italiam ſaluos veniſſe gaudes, perpetuò gaudeas velim. Sed perturbati dolore animi, magniſque iniuriis, metuo ne id conſilij ceperimus, quod non facilè explicare poſſimus. Quare, quantum potes, adiuua. Quid autem poſſis, mihi in mentem non venit. In viam quod te des hoc tempore, nihil eſt: & longum eſt iter, & non tutũ: & non video, quid prodeſſe poſſis, ſi veneris. Vale. Datum prid. Nonas Nouemb. * Brunduſij.

*Lamb. Brũdiſij.

ARGVMENTVM.

Per-

Permittit vxori vt de diuortio conſiliũ capiat. Cæſare Dictatore iterum, nondum creatis Conſulib. anno tertio ciuilis belli

M. T. C. TERENTIAE S. P. D. 13

QVod ſcripſi ad te proximis literis de nũtio remittendo, quæ ſit iſtius vis * hoc tempore, & quæ concitatio multitudinis non ignoro. u Si metuendus iratus eſt, † quies tamen ab illo fortaſſe naſcetur. Totum iudicabis, quale ſit : & quod in miſerrimis rebus minimè miſerum putabis, id facies. Vale. x Septimo Idus Quinctil.

* Cum Cæſar ex Aegypto rediret deuicto Pompeio.
u L. non ignoras.
x L. vi. Idus

ARGVMENTVM.

Initio belli ciuilis, cùm Cæſar Rubiconem tranſiſſet, eiuſque aduentus metueretur, Pompeius & Conſules vrbem reliquerunt. Cicero de vxore & filia ſollicitus, monet quid conſilij capiant Cæſare Romã veniente. Addit de Labieno Pompeij partibus adiuncto, de Piſone, à Cæſaris generi ſui cauſa diſsidente. Lentulo, & Marcello Coſs.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE, ET PATER TVLLIOLAE, DVABVS ANIMIS SVIS: ET CICERO MATRI OPTIMAE, ET SVAVISS SORORI, S. P. D. 14

SI vos valetis, nos valemus. Veſtrum iam conſilium eſt, non ſolùm meum, quid ſit vobis faciendum. Si ille Romam modeſtè venturus eſt: rectè in præſentia domi eſſe poteſtis. ſin homo amẽs diripiendam vrbem daturus eſt, vereor, vt Dolabella ipſe ſatis vobis prodeſſe poſſit. Etiam illud metuo, ne iam intercludamini, vt cùm velitis exire non liceat. Reliquum eſt quod ipſæ optimè cõſiderabitis, veſtri ſimiles fœminæ ſintne Romæ. Si enim non ſunt, y videndum eſt, vt honeſtè vos eſſe poſsitis †* Quomodocumque nunc res ſe habet, modò vt hæc vobis loca tenere liceat, bell. ſſimè vel mecum, vel in noſtris * prædiis eſſe poteritis. Etiam illud verendum eſt, ne breui tempore fames in vrbe ſit. His de rebus velim cum Põponio, cum Camillo, cum quibus vobis videbitur,

y L. verendũ eſt, vt h.
* Vrſin. Quomodóque.
* de ſuis prædiis infrà ep. 18. & lib. 2. ep. 16.

z q.v.c.forti animo. * vide l.16. epi.12. & 7. Atti. ep. 13. *7.At.ep.13. a al. frater. *Sigon.Feb.

deretis ad ſummam, z animo,forti ſitis.* Labienus rem meliorem fecit. Adiuuat etiam * Piſo,quod ab vrbe diſcedit, & ſceleris cōdemnat generū ſuum. Vos meæ cariſſimæ animæ,quàm ſæpiſſime ad me ſcribite, & vos quid agatis, & quid iſtic agatur. Quinctus pater, & filius, & Rufus vobis ſalutem dicunt.Valete.VIII.Kalend.* Quinct.Minturnis.

ARGVMENTVM.

Se filium ad Cæſarem non miſſurum. Cæſare iterum Dictatore,nondum creatis Coſs.

M. T. C. TERENTIAE SVAE. S. P. D. 15

SI vales,bene eſt:ego valeo. Conſtitueramus,vt ad te antea ſcripſeram, obuiam Ciceronem * Cæſari mittere:ſed mutauimus conſilium, quia de illius aduentu nihil audiebamus. De ceteris rebus etſi nihil erat noui,tamen quid velimus, & quid hoc tempore putemus opus eſſe,ex Sicca poteris cognoſcere. Tulliam adhuc mecum teneo. b Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. XII. Kal. Quinct.

* ex Aegypto redeunti.

b v.c. Valitud.

ARGVMENTVM.

*De literis.De Volumnia. De ſuo dolore.*Eodem anno.

M. T. C. TERENTIAE SVAE. S. P. D. 16

SI vales,bene eſt:ego valeo. Etſi eiuſmodi tempora noſtra ſunt,vt nihil habeam, quod, aut à te literarum exſpectem,aut ipſe ad te ſcribam:tamen neſcio quomodo & ipſe veſtras literas exſpecto,& ſcribo ad vos,cùm habeo,qui ferat. Volumnia debuit in te officioſior eſſe, quàm fuit, & idipſum, quod fecit, potuit diligentiùs facere, & cautiùs:quamquam alia ſunt,quę magis curemus, magiſque doleamus. Quæ me ita conficiunt,vt ij voluerunt, qui me de mea ſententia detruſerunt. Cura,vt valeas.Prid. Kalend.Ianuar.

ARGVMENTVM.

Materiam ſcribendi ſibi deeſſe dicit. Summum ſuum dolorē ex Leptæ & Trebatij ſermone poſſe cognoſci. Valetudinem commendat. Scriptam ante ſuperiores putat Manutius, Decembri menſe, cùm eſſet Cicero Brundiſij.

M. T. C. TERENTIAE SVAE. S. D. 17

SI quid haberem, quod ad te ſcriberem, facerem id & pluribus verbis, & ſæpius. Nunc *c* quæ ſunt negotia, vides. Ego autem quomodo ſim affectus, ex Lepta, & Trebatio poteris cognoſcere. Tu fac, vt tuam, & Tulliæ *d* valetudinem cures. Vale.

c L. quæ ſint.

d v.c. valitud.

ARGVMENTVM.

Vxoris & filij conſilio permittit, Romæ ne ſint adueniente Cæſare, an alio tuto loco. Lentulo & Marcello Coſs.

M. T. C. TERENTIAE SVAE, ET PATER SVAVISS. FILIAE TVLLIOLAE, ET CICERO MATRI, ET SORORI, S. P. D.

CONSIDERANDVM vobis etiam, atque etiã animæ meæ, diligenter puto, quid faciatis: Romæne ſitis, an mecum in aliquo tuto loco. Id non ſolùm meum conſiliũ eſt, ſed etiam veſtrum. Mihi veniunt in mentem hæc: Romæ vos eſſe tutò poſſe per Dolabellam, eámque rem poſſe *e* nobis adiumento eſſe, ſi qua vis, aut ſi quæ rapinæ fieri cœperint. Sed rurſus illud me mouet, quòd video, omneis bonos abeſſe Roma, & eos, mulieres ſuas ſecum habere. Hæc autem regio, in qua *f* ego ſum, noſtrorum eſt tum oppidorum, tum etiam prædiorum: vt & multùm eſſe mecum: &, cùm abieritis, commodè etiam in noſtris * prædiis *g* eſſe poſſitis. *h* Mihi non planè ſatis conſtat adhuc, vtrum ſit melius. Vos videte, quid aliæ faciant iſto loco fœminæ: & ne, cùm velitis, exire non liceat id velim diligenter etiam atque etiam vobiſcum, & cum amicis conſideretis. Domus vt propugnacula, & præſidium habeat, Philotimo dicetis. Et velim tabellarios inſtituatis certos, vt quotidie aliquas à vobis literas accipiam. Maximè autem date operam, vt valeatis, ſi nos vultis valere. Octauo Kalendas Febr. Formiis.

e al. vobis.

f L. ſum ego, & ita v. c.

* vide ſupr. ep. 14.

g al. poſsiſis eſſe.

h L. Mihi planè non ſatis conſt. & ita v. c.

Valetudine filij dolorem ſuum augeri. Cæſare II. &

Seruilio

Seruilio Coſs. Cùm eſſet Cæſar Brunduſij, poſt pugnam Pharſalicam.

M. T. C. TERENTIAE, S. D. 19

IN maximis meis doloribus excruciat me valetudo Tulliæ noſtræ. De qua nihil eſt, quòd ad te plura ſcribam: tibi enim æquè magnæ curæ eſſe certò ſcio. Quod me propiùs vultis accedere, video ita eſſe faciendum, *i* etiam antè feciſſem: ſed me multa impedierunt, quæ ne nunc quidem expedita ſunt. Sed à Pomponio exſpecto literas, quas ad me quàm primùm perferendas cures velim. Da operam vt valeas.

i q. v. c. & iam ita fec.

ARGVMENTVM.

Se in Tuſculanum venturum. Cæſare iterum Dictatore, nondum creatis C o s s.

M. C. T. TERENTIAE SVAE. S.P.D. 20

IN Tuſculanum nos venturos putamus, aut Nonis, aut poſtridie. *k* ibi fac, vt ſint omnia parata. Plures enim fortaſſe nobiſcum erunt, &, vt arbitror, diutius ibi commorabimur. Labrum ſi in Balneo *l* non eſt: fac vt ſit. item cetera, quæ ſunt ad victum, & valetudinem neceſſaria. Vale. * v. Kalendas Octobr. de Venuſino.

k L. ibi vt ſint omnia parata.
l L. non eſt. vt ſit.
* L. IIII. Kal.

ARGVMENTVM.

Valetudinem & negotia commendat, Lentulo & Marcello C o s s. antequam Cicero in Græciam nauigaret.

M. T. C. TERENTIAE SVAE S.P.D. 21

SI vales, bene eſt: ego valeo. Da operam, vt conualeſcas. quod opus erit, vt res, tempúſque poſtulat, prouideas, atque adminiſtres: & ad me de omnibus rebus, quàm ſæpiſſime literas mittas. Vale.

ARGVMENTVM.

Se conſilij inopem eſſe deuicto Pompeio. Scripta videtur anno tertio ciuilis belli, cùm Cicero acceptis à Cęſare literis, dubius eſſet, vtrùm ei obuiam procederet, an Brunduſij exſpectaret.

M. T.

M. T. C. TERENTIAE SVAE,

S. P. D. 22

SI vales,bene eſt : ego valeo. Nos quotidie tabellarios veſtros exſpectamus:qui ſi venerint, fortaſſe erimus certiores , quid nobis faciendum ſit : faciemúſque te ſtatim certiorem. *m* Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. Kalendis Septembrib. m v. c. Valitud.

ARGVMENTVM.

De literis Cæſaris ſibi relictis.

M. T. C. TERENTIAE SVAE.

S. P D. 23

SI vales bene eſt:ego valeo. Redditæ mihi iam tandem ſunt à Cæſare literæ ſatis liberales, & ipſe opinione celeriùs venturus eſſe dicitur. Cui vtrùm obuiam procedam,an hìc eum exſpectem, cùm conſtituero, faciam te certiorem. Tabellarios mihi velim quàm primùm remittas. *n* Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. Pridie Idus Sext. n v. c. Valitud.

ARGVMENTVM.

Literas Cæſaris ſe expectare. Scriptam ante ſuperiorem præfixa dies vtrique demonſtrat.

M. T. C. TERENTIAE SVAE,

S. P. D. 24

SI vales, bene eſt : ego valeo. Nos neque de Cæſaris aduentu , neque de literis, quas Philotimus habere dicitur , quidquam adhuc certi habemus. Si quid erit certi , faciam te ſtatim certiorem. *o* Valetudinem tuam fac vt cures. Vale, III. Idus Sextileis. o v. c. Valitud.

M. TVLLII CICERONIS
EPISTOLARVM AD FAMILIAREIS LIBER XV. Ad Conſules,&alios.

ARGVMENTVM.

Cùm Parthi duce Pacoro, Orodis regis filio, Maximis copiis Euphratem imperij Romani terminum tranſiiſſent, ſollicitus Cicero, cùm de Cilicia prouincia, cui Conſulari imperio præerat, tum de reliquis, ab impetu etiam belli non longè remotis, monet Conſules. Prætores trib. Pleb. ſenatum, vt maiores exercitus ad prouinciarum præſidia mittantur. Scripta eſt Sulpitio & Marcello Coss. quo anno iuit in prouinciam.

M. T. C. M. F. PROCONSVLI, S. P. D. COSS. PRAETT. TRIBB. PL. SENATVI, P. Q. R. I

SI VOS B. V. B. E. F. Q. V. Etſi non dubiè mihi nunciabatur, Parthos tranſiiſſe Euphratem cum omnibus *a* ferè ſuis copiis: tamen, quòd arbitrabar, à M Bibulo proconſule certiora de his rebus ad vos ſcribi poſſe, ſtatuebam mihi non neceſſe eſſe publicè ſcribere ea, quæ de alterius prouincia nuntiarentur. Poſteà verò quàm certiſſimis auctoribus, legatis, nuntiis, literis ſum certior factus: vel quòd tanta res erat, vel quòd nondum audieramus Bibulum in Syriam veniſſe: vel quia adminiſtratio huius belli mihi cum Bibulo penè eſt cõmunis: quæ ad me delata eſſent, ſcribenda ad vos putaui. Regis Antiochi* Commageni legati primi mihi nuntiarunt. Parthorũ magnas copias Euphratem tranſire cœpiſſe. Quo nũcio allato, cùm eſſent nonnulli qui ei regi minorem fidẽ habẽdam putarẽt, ſtatui exſpe-

a ferè, abeſt à quibuſd. v. c.

* Cuius ſoror vxor fuerat Orodis Parthorum regis, Dio. li. 49.

exſpectandum eſſe, ſi quid certius afferretur. A. d. XIII. Kalend. Octob. *cùm exercitũ in Ciliciã ducerem, in finibus Lycaoniæ, & Cappadociæ mihi literæ redditæ ſunt à *Tarcõdimoto, qui fideliſſimus ſocius trãs Taurũ, amiciſſimuſq; pop. Rom. exiſtimatur: Pacórũ Orodis, *regis Parthorum, filium, cũ permagno equitatu Parthico trãſiſſe Euphratem, & caſtra poſuiſſe Tybæ: magnúmq; tumultum eſſe in prouincia Syria excitatũ. Eodem die ab *Iamblicho *b* Phylarcho Arabũ, quẽ homines opinãtur bene ſentire, amicumq; eſſe reip. noſtræ, literæ de eiſdẽ rebus mihi redditæ ſunt. His rebus allatis, etſi intelligebã, ſocios infirmè animatos eſſe, & nouarũ rerũ exſpectatione ſuſpenſos: ſperabam tamẽ, eos, ad quos iam acceſſerã † quiq; noſtram *c* conſuetudinẽ, integritatémq; perſpexerant, amiciores pop. R. eſſe factos: Ciliciã autẽ firmiorem fore, *d* ſi equitatus noſtri particeps facta eſſet. Et ob eam cauſam, & vt opprimerentur ij, qui ex Cilicũ *gẽte in armis eſſent, & vt hoſtis is, qui eſſet in Syria, ſciret, exercitum populi R. non modo non cedere, his nuntiis allatis, ſed etiã propiùs accedere: exercitũ ad Taurũ inſtitui ducere. Sed, ſi quid apud vos auctoritas mea ponderis habet, in iis præſertim rebus, quas vos audiſtis, ego penè cerno: magnopere vos & hortor, & moneo, vt his prouinciis 2 ſeriùs vos quidẽ, quàm decuit, ſed aliquando tamen, conſulatis. Nos quemadmodum inſtructos, & quibus præſidiis munitos ad tanti belli opinionem miſeritis, non eſtis ignari. quod ego negotium non ſtultitia obcæcatus, ſed verecundia deterritus, non recuſaui. Neque enim vmquam vllum periculum tantum putaui, quod ſubterfugere mallẽ, quàm veſtræ auctoritati obtemperare. Hoc autẽ tẽpore res ſeſe ſic habet, vt, niſi exercitũ tantum quantum ad maximum bellum mittere ſoletis, maturè in has prouincias miſeritis, ſummum periculum ſit, ne amittendæ ſint omnes hæ prouinciæ, quibus vectigalia populi

* de hoc itinere vide 5. ad Attic. ep. 10.
* Strab. l. 14. ταρκοδή-μεντος.
Dio. 41. 47. 50. ταρκοvδόμοντος.
* Vide Iuſti. 42. Dio. 40. & 49.
* Strab. lib. 16. Tarcondimoti filium appellat: aliter ſenſiſſe videtur Dio. l. 50. & 54.
b for. Phararcho. Vide Dion. l. 50. & 54.
c L. manſuetudinẽ.
d L. ſi equitatis noſtræ p.
* hi Amanienſes. Vide ep. 4.

puli.R. cõtinentur. Quamobrē autem in hoc prouinciali *e* delectu ſpem habeatis aliquam, cauſa nulla eſt:neq; multi ſunt:*f* & diffugiunt qui ſunt metu oblato. Et quod *g* genus hoc militum ſit: *h* iudicauit vir fortiſſimus M. Bibulus in Aſia, qui cùm ei permiſiſſetis. *i* delectum habere noluerit. Nam ſociorum auxilia propter acerbitatem, atque iniurias imperij noſtri, aut ita imbecilla ſunt, vt nõ multùm nos iuuare poſſint aut ita alienata à nobis, vt neque exſpectandum ab iis, neque cõmittendum iis quidquam eſſe videatur. Regis Deiotari & voluntatem, & copias, quantæcumque ſunt noſtras eſſe duco. Cappadocia eſt inanis. Reliqui reges, tyrannique, neque opibus ſatis firmi, *k* nec voluntate ſunt. Mihi in hac paucitate militum *l* animus certè non deerit: ſpero ne conſiliũ quidem. Quid caſurum ſit, incertum eſt. Vtinam ſaluti noſtræ conſulere poſsimus: id dignitati certè conſulemus. Valete.

e L. dilectu.
f q. v. c. & diffugerunt.
g q. v. c. genus militũ hoc ſit.
h L. indicauit.
i L. dilectũ.
k al. neque.
l q. v. c. certè animus non d. *l*

ARGVMENTVM.

Audito Parthorum aduentu, exponit quid egerit pro tuenda prouincia ſociisq; in fide continendis. Addit de rege Ariobarzane ab inſidiis liberato. Eodẽ anno.

M. T. C. M. F. PROCONS. S. P. D. COSS. PREAT. TRIB. PL. SENAT. P. Q. R. 2

SI V. B. V. B. E. F Q. V. Cùm pridie Kal. Sext. in prouinciam veniſſem, neque maturius propter itinerum, & nauigationum difficultatem venire potuiſſẽ: maximè conuenire officio meo, reiquepu. conducere putaui, parare ea, quæ ad exercitum, quæque ad rem militarem pertinerent. Quæ cùm eſſent à me cura magis, & diligentia, quàm facultate, & copia, conſtituta: nuntiique & literæ de bello à Parthis in prouinciam Syriam illato, quotidie ferè afferrentur: iter mihi faciendum per Lycaoniam, & per Iſauros, & per Cappadociam arbitratus ſum. erat enim magna ſuſpicio, Parthos, ſi ex Syria egredi, atque irrumpere in *m* meam prouinciam,

m L. eam.

uinciam conarentur, iter eos per Cappadociam, quòd ea maximè pateret, eſſe facturos. Itaq; cum exercitu per Cappadociæ partem eam, quæ cum Cilicia* continens eſt, iter feci; caſtráque ad * Cybiſtra, quod oppidum eſt ad montem Taurum, locaui, vt Artuaſdes, rex Armenius, quocumq; animo eſſet, ſciret non procul à ſuis finibus exercitum populi R. eſſe, & Deiotarum, fideliſſimum regem, atque amiciſſimum reip. noſtræ maximè cõiunctum haberem, *n* hominem, cuius & conſilio, & opibus *o* adiuuari poſſet reſp. Quo cùm in loco caſtra haberem, equitatúmque in Ciliciam miſiſſem, vt & meus aduentus iis ciuitatibus, quæ in ea parte eſſent, nuntiatus, firmiores animos hominum faceret: & ego maturè: quid ageretur in Syria, ſcire poſſem: tempus eius tridui, quod in his caſtris morabar, in magno officio, & neceſſario mihi ponendum putaui. Cùm enim veſtra auctoritas interceſſiſſet, † vt ego* regem Ariobarzanem, *p* Euſeben, & Philorromæum tuerer, eiúſque regis ſalutem, *q* & incolumitatem, regnúmque defenderem: *r* regi, regnóque præſidio eſſem: adiunxiſſetíſque ſalutem eius regis, populo, ſenatuíque R. magnæ curæ eſſe, quod nullo vnquam de rege decretum eſſet à noſtro ordine: exiſtimaui me iudicium veſtrum ad regem deferre debere, eíque præſidium meum, & fidem, & diligentiam polliceri: vt, quando ſalus ipſius, & incolumitas regni mihi commendata eſſet à vobis, diceret, ſi quid vellet. Quæ cùm eſſem in conſilio meo cum rege locutus: initio ille orationis ſuæ vobis maximas, vt debuit, deinde etiam mihi, gratias egit: quòd ei permagnum, & perhonorificum videbatur, S. P. Q. R. tantæ curæ eſſe ſalutem ſuam: méque tantam diligentiam adhibere, vt & mea fides, & commendationis veſtræ auctoritas perſpici poſſet. Atque ille primò, quod mihi *s* maximè lætitiæ fuit, ita mecum locutus eſt, vt nullas inſidias neque vitæ ſuæ, neque regno diceret, ſe aut intel-

* citat hūc locum Nonius c. 4. in continens. 102.
* oppidum eſt Cappadociæ.
n vox, hominem, ab eſt à q. v. c.
o q. v. c. iuuari.
* al. reges Ariarathẽ & Ariobarzanem, Euſeben & Philorromæũ.
p L. Euſebe.
q L. ſalutẽ incolumitatem regn. def.
r q. v. c. regno, regiq; præſ.
s L. maximæ.

t L. Cùm ei grat. | x al. veſtrâque côm. | v al. & paternis amicis. | y q.v.c obticuiſſent. | z L. dicere, ea quæ is me. | a L. amicóſque patris eius atque aui iudicio prob. | * alij, amicóſque patris eius fide atque iudicio probatos. | b q.v.c. cúmque rex mihi, pateſ. | c L. afficeret, quos n.

ligere fieri, aut etiam ſuſpicari. *t* Cùm ei ego gratulatus eſſem, idque me gaudere dixiſſem: cohortatus, vt recordaretur caſum illum interitus paterni, & vigilanter ſe tueretur atque admonitu ſenatus conſuleret ſaluti ſuæ: tum à me diſceſſit in oppidum Cybiſtra. Poſtero autem die cũ Ariarathe, fratre ſuo, *v* & cum paternis amicis, maioribus natu, ad me in caſtra venit: perturbatúſque, & flens, cùm idem & frater faceret, & amici, meã fidem *x* veſtram commendationem implorare cœpit. Cùm admirarer, quid accidiſſet noui: dixit, ad ſe indicia manifeſtarum inſidiarum eſſe delata, quæ eſſent ante aduentum meum occultata: quòd ij, qui ea patefacere poſſent, propter metum *y* reticuiſſent: eo autem tempore ſpe mei præſidij complureis ea, quæ ſcirent, audacter ad ſe detuliſſe: in his amantiſſimum ſui, ſumma pietate præditum, fratrem, *z* dicere ea, quæ is me quoque audiente dicebat, ſe ſollicitatum eſſe, vt regnare vellet: id viuo fratre ſuo accidere non potuiſſe: ſe tamen ante illud tempus eam rem nũquam in medium, propter periculi metum, protuliſſe. Quæ cùm eſſet locutus: monui regem, vt omnem diligentiam ad ſe conſeruandum adhiberet: *a* amicóſque in patris eius fide, atque iudicio probatos, hortatus ſum regis ſui vitam, docti caſũ acerbiſſimo patris eius, omni cura, cuſtodiáque defenderent. Cùm rex à me equitatum, cohorteiſque de exercitu meo poſtularet: & ſi intelligebam, veſtro ſenatuſconſulto non modò poſſe me id facere, ſed etiam debere: tamen, cùm reſp. poſtularet propter quotidianos ex Syria nuntios, vt quàm primùm exercitum ad Ciliciæ fineis adducerem: *b* cumque mihi rex, patefactis iam inſidiis, non egere exercitu populi R. ſed poſſe ſe ſuis opibus defendere videretur: illum cohortatus ſum, vt in ſua vita conſeruanda primùm regnare diſceret: à quibus perſpexiſſet ſibi inſidias paratas, in eos vteretur iure regio: pœna *c* afficeret,

eos

eos quos neceſſe eſſet: reliquos metu liberaret: præſidio exercitus mei ad eorum, qui in culpa eſſent, timorem potiùs, quàm ad contentionem vteretur. fore autem, vt omnes, quando ſenatuſconſulta noſſent, intelligerent, me regi, ſi opus eſſet, ex auctoritate veſtra præſidio *d* eſſe futurum. Ita confirmato illo, ex eo loco caſtra moui, & iter in Ciliciam facere inſtitui. Cùm hac opinione * à Cappadocia diſcederem, vt conſilio veſtro, caſu incredibili, ac penè diuino, regem, quem vos honorificentiſſimè appellaſſetis, nullo poſtulante, quémque meæ fidei commendaſſetis, & cuius ſalutẽ *e* magnæ vobis curæ eſſe decreuiſſetis, meus aduentus præſentibus inſidiis liberaſſet. Quod ad vos à me ſcribi, non alienum putaui, vt intelligeretis ex iis, quæ penè acciderunt, vos multò antè, ne ea acciderent, prouidiſſe: eóque vos ſtudioſiùs feci certiores, quòd in rege Ariobarzane ea mihi ſigna videor virtutis, ingenij, fidei, *f* beneuolentiæque erga vos perſpexiſſe, vt non ſine cauſa tã tam curam *g* diligentiámque in eius vos ſalutem videamini contuliſſe. Valete.

d eſſe, abeſt à v. c. nec agnoſcit L.
* L. è Cappadocia.
e q. v. c. magnæ curæ vobis.
f v. c. beniuolentiæq;
g l. beneuolentiámque in eius.

ARGVMENTVM.

Scribit de rumore Parthici belli, excuſat cur publicè nihil ſcripſerit. Eodem anno, ante primam tamen huius libri videtur collocanda, prima verò in tertium locum transferenda.

M. T. C. PROC. IMPER. M. CATONI, S. D.

3

CVM ad me legati miſſi ab Antiocho Commageno veniſſent in caſtra ad Iconiũ *h* ante d. III. Non Septembr. iíque mihi nuntiaſſent, regis Parthorum filium, quo cum eſſet nupta regis Armeniorum ſoror, ad Euphratem cum maximis Parthorum copiis, multarúmque præterea gentiũ magna manu veniſſe. Euphratémque iam tranſire cœpiſſe: dicíque Armenium regem in Cappadociam impetum eſſe facturum: putaui, pro noſtra neceſſitudine, me hoc ad te ſcribe-

h L. ad diẽ III.

re oportere. Publicè propter duas cauſas nihil ſcripſi:quòd & ipſum Commagenum legati dicebant ad ſenatum ſtatim nuncios,literáſque miſiſſe:& exiſtimabam,M.Bibulum *i* proconſulem,qui circiter Idus Sextileis ab Epheſo in Syriam nauibus profectus erat,quòd ſecundos ventos habuiſſet,iam in prouinciam ſuam perueniſſe:cuius literis omnia certiora perlatum iri ad ſenatum putabam. Mihi,vt in eiuſmodi re,tantóque bello,maximæ curç eſt,1 *vt,qua copiis & opibus* k *temere vix poſſumus,ea manſuetudine,& continentia noſtra,ſociorum fidelitate** *teneamus*.Tu velim,vt conſueſti,nos abſenteis diligas,& defendas. Vale.

i al. pro cos.

k L. vix tenere poſſ.& ita v.c.Nonius c.4. in Continens ferre vt p. legit.

* Nonius tueamur.

ARGVMENTVM.

*Res à ſe in prouincia geſtas ordine exponit : ſupplicationémque ſibi decerni fauente Catone petit.*Paulo, Marcello Coss.

M. T. C. PROC. IMP. M. CATONI, S. D. 4

SVMMA tua auctoritas fecit, meúmque perpetuum de tua ſingulari virtute iudicium, vt magni mea intereſſe putarem,& res eas,quas geſſiſſem,tibi notas eſſe,& non ignorari à te, qua æquitate,& continentia tuerer ſocios,prouinciámquæ adminiſtrarem. His enim à te cognitis, arbitrabar,faciliùs me tibi,quæ vellẽ,probaturũ.Cùm in prouinciam pridie Kal.Sext.veniſſem,&propter anni tempus ad exercitum mihi confeſtim eſſe eundũ viderem,biduũ*Laodiceæ fui:deinde Apameæ quatriduum:triduum *l* Synnadis:totidẽ dies Philomeli. Quibus in oppidis cùm magni conuẽtus fuiſſent,multas ciuitates acerbiſſimis tributis, & grauiſſimis vſuris,† &* falſo ære alieno liberaui.Cúq; ante aduentũ meũ ſeditione quadã exercitus eſſet diſſipatus,quinque * cohortes ſine legato,ſine tribuno militum, deniq; etiam ſine Cẽturione vllo apud Philomelum conſediſſent:reliquus exercitus eſſet in Lycaonia : M. Anneio legato

* paulò aliter 5.Att.16 & 20.

l al. Synnade. L. Synnadæ.

* Vrſin. magno.

* non tres tantum 13. ep.6.

gato

gato imperaui, vt eas quinque cohorteis ad reliquum exercitum duceret, coactóque in vnum locum exercitu, caſtra in Lycaonia apud Iconium faceret. Quod cùm ab illo diligenter eſſet actum: ego in caſtra *m* ad VII. Kal. Septemb. veni: cùm intereà ſuperioribus diebus ex Senatuſconſulto, & * euocatorum firmam manum, & equitatum ſatis idoneũ, & populorum liberorum, regúmq; ſociorum auxilia voluntaria comparauiſſem. Interim cùm, exercitu * luſtrato, iter in Ciliciam facere cœpiſſem: Kalend. Septemb. legati à rege Commageno ad me miſſi, pertumultuosè, neque tamen non verè, Parthos in Syriam tranſiſſe nuntiauerunt. Quo audito, vehementer ſum commotus *n* cùm de Syria, tum de mea prouincia, de reliqua denique Aſia. Itaque exercitum mihi ducendum per Cappadociæ regionem eam, quæ Ciliciam attingeret, putaui. Nam ſi me in Ciliciam demiſiſſem, Ciliciam quidem ipſam propter montis Amani naturam facilè tenuiſſem (duo ſunt enim aditus in Ciliciam ex Syria: quorum vterque paruis præſidiis propter anguſtias intercludi poteſt, nec eſt quidquam Cilicia contra Syriam munitus) ſed me Cappadocia mouebat: quæ patet à Syria, regéſque habet finitimos, qui etiam ſi ſunt amici nobis, tamen apertè Parthis inimici eſſe non audent. Itaque in Cappadocia extrema non longè à Tauro apud oppidum Cybiſtra caſtra feci, vt & Ciliciam tuerer, & Cappadociam tenens, noua finitimorum conſilia impedirem. Intereà in hoc tanto motu, tantáque exſpectatione maximi belli, rex Deiotarus, cui non ſine cauſa plurimùm ſemper & meo, & tuo, & ſenatus iudicio tributum eſt, vir cùm *o* beneuolentia, & fide erga populum R. ſingulari, 1 tum *p* præſentia magnitudine & animi, & conſilij, legatos ad me miſit, ſe cum omnibus ſuis copiis in mea caſtra eſſe venturum. Cuius ego ſtudio, officióque commotus, egi ei per literas gratias: idque vt ma-

m I. a. d. VII.

* vide ſuprà 3. ep. 9. & li. 10. ep. 3. Cæſar. li. 3. de bello ciuil.

* luſtrari, id eſt, recognoſci: mos erat priuſquam caſtra mouerent.

n al. tum.

o v. c. beniuolentia.

p al. præſẽtẽ. L. præſtãti.

turaret, hortatus ſum. Cùm autem ad Cybiſtra propter rationem belli quinque dies eſſem q commoratus: regem Ariobarzanem, cuius ſalutem à ſenatu te auctore cõmendatã habebam præſentibus inſidiis nec opinantem liberaui: neque ſolùm ei ſaluti fui: ſed etiam curaui, vt cum auctoritate regnaret. † Metram. & eum, quem tu diligenter mihi commendaras, Athenæum. † importunitate Athenaidis r exſilio multatos, maxima apud regem auctoritate, gratiáque conſtitui. Cúmq; magnum bellum in Cappadocia concitaretur, ſi * ſacerdos armis ſe, quod facturus putabatur, defenderet, adoleſcens & equitatu, & peditatu, & pecunia paratus, 2 s & omnino iis, qui nouari aliquid volebant: perfeci, vt è regno ille diſcederet: éxq; ſine tumultu, ac ſine armis, omni auctoritate aulæ communita, regnum cum dignitate obtineret. Intereà cognoui multorum literis, atque nuntiis, magnas Parthorum copias, & Arabum ad oppidũ t Antiochiam acceſſiſſe, magnúmque eorum equitatum, qui in Ciliciam tranſiſſet, ab equitum meorũ turmis, & à cohorte prætoria, quæ erat epiphaneæ præſidij cauſa, occidione occiſum. Quare cùm viderem à Cappadocia Parthorum copias auerſas, non longè à finibus eſſe Ciliciæ: quàm potui maximis itineribus ad Amanum exercitum duxi. v Quò, vt veni, hoſtem ab x Antiochia receſſiſſe, Bibulum Antiochiæ eſſe cognoui: Deiotarúmque confeſtim iam ad me venientem cum magno, & firmo equitatu, & peditatu, & cum omnibus ſuis copiis, certiorem feci, non videri eſſe cauſam, cur abeſſet à te regno: méque ad eum, y ſi quid noui forte accidiſſet, ſtatim literas, nuntióſque miſſurum eſſe. Cúmque eo animo veniſſem, vt vtrique prouinciæ, 3 ſi ita tempus * ferret, ſubuenirem: tamen id, quod iam antè z ſtatueram, vehementer intereſſe vtriuſque prouinciæ, pacare Amanum, & perpetuum hoſtem ex eo monte tollere, agere perrexi. Cúmque me diſcedere ab eo monte ſimula

q q.v.c. moratus.

r al. exſulio.

* Comanorum ſacerdos Archelaus à Pompeio victo Mithridate præfectus, poſt quem Nicomedes à Cæſare victo Pompeio præfectus: ſecundus à rege hic ſacerdos habebant. Appian. & Str. lib. 12. Hirt. de bello Alex.

s L. & ſociis qui.

t al. Antiocheam.

v al. Quò cùm veni.

x al. Antiochea.

y q. v. c. ſi quid fortè noui acc.

* al. opus foret.

z L. conſtitueram.

mulaſſem,& alias parteis Ciliciæ petere, abeſſémque ab Amano iter vnius diei, & caſtra apud Epiphaneam feciſſem:*a* ad quartum Idus Octobreis: cùm adueſperaſceret,expedito exercitu ita noctu iter feci, vt *b* ad IIII.Idus Octobreis, cùm luceſceret. in Amanum adſcenderem, diſtributiſque cohortibus,& auxiliis, cum aliis Q.frater,legatus mecum ſimul:aliis C.*c* Pontinus,legatus: reliquis, Marcus Anneius,& L. Tulleius, legati præeſſent: pleroſque nec opinanteis oppreſſimus, qui occiſi, captique *d* ſunt: intercluſi fuga. Eranam autem, quæ fuit non vici inſtar,ſed vrbis,quòd erat Amani caput:itémque Sepyram,*e* &Ceminorim,4 acriter,& diu*repugnantibus Pontino illam partem Amani tenente,ex antelucano tempore, vſque ad horam diei decimam, magna multitudine hoſtium occiſa,cepimus:caſtelláque ſex capta:complura incendimus. His rebus ita geſtis, caſtra in radicibus Amani habuimus,apud Aras† Alexandri quatriduum:& in reliquis Amani delendis, agriſque vaſtandis,quæ pars eius montis meç prouinciæ eſt,id tempus omne conſumſimus. Confectis his rebus, ad oppidum * Eleutherocilicum * Pindeniſſum exercitum adduxi: quod cùm eſſet altiſſimo, & munitiſſimo loco,ab iiſque incoleretur, qui ne regibus quidem vmquam paruiſſent: cùm & fugitiuos reciperent, & Parthorum aduentum acerrimè exſpectarent: ad exiſtimationem imperij pertinere arbitratus ſum, comprimere eorum audaciam, quò faciliùs etiam ceterorum animi,qui alieni eſſent ab imperio noſtro,frangerentur. Vallo, & foſſa circundedi:ſex caſtellis, caſtriſque maximis ſepſi:aggere,vineis, turribus oppugnaui: vſúſque tormentis multis, ſagittariis, magno labore meo, ſine vlla moleſtia, ſumtúve ſociorum, ſeptimo quinquageſimo die rem confeci:vt,omnibus partibus vrbis diſturbatis, aut incenſis, compulſi in poteſtatem meam peruenirent. His erant finitimi

a L.a.d.IIII. Id.
b L a.d. III. Id.
c al. Pomtinus.
d L.ſunt,intercluſi reliqui. Fuge ranam autem.
e L.& Commorim.
* al. repugnantes.
† quales Alexander multas ſtatuit terminorum loco in expeditione Indica. Str. 3. & ad Pyramum amnem. Curtius.3. Mel. 2.Hic autẽ intelligit Iſſum,de qua ſuprà l. 2. ep.10. Att. l. 5. ep. 20. Str.14.
* id eſt, Ciliciem, qui ſuis legib⁹ vtebantur. 5.Att.ep. 2.
* vide ſuprà l.2. ep. 10.& 5. Att. ep.20.

pari ſcelere, & audacia *f* † Tibarani: ab his, Pindeniſſo capto, obſides accepi: exercitum in hyberna dimiſi, Q. fratrem negotio præpoſui, vt in vicis aut captis, aut malè pacatis exercitus collocaretur. Nunc velim tibi ſic perſuadeas, ſi de his rebus ad ſenatum relatum ſit, me exiſtimaturum, ſummam mihi laudem tributam, ſi tu honorem meum ſententia tua comprobaris. Idque, etſi talibus de rebus grauiſſimos homines & rogare ſolere & rogari ſcio, tamen admonendum potiùs te à me, quàm rogandum puto. Tu es enim is, qui me ſententiis ſæpiſſime ornaſti: qui oratione, qui prædicatione, qui ſummis laudibus in ſenatu, in concionibus ad cœlum extuliſti: cuius ego ſemper tanta eſſe verborum pondera putaui, vt vno verbo tuo cum mea laude coniuncto, *g* omnia conſequi me arbitrarer. Te denique memini, cùm cuidã clariſſimo, *atque optimo viro ſupplicationem nõ decerneres, dicere te decreturum, ſi referretur ob eas res, *h* quas Conſul in vrbe geſſiſſet. Tu idẽ mihi ſupplicationem decreuiſti togato, non vt multis, rep. bene geſta, ſed vt nemini, rep. conſeruata. Mitto quòd inuidiam, quòd pericula, quòd omneis meas tempeſtates & ſubieris, *i* & multò etiam magis, ſi per me licuiſſet, ſubire paratiſſimus fueris: quòd denique inimicum meum, tuum inimicum putaris: cuius etiam interitum, vt facilè intelligerem, mihi quantum tribueres, Milonis cauſa in ſenatu defendenda, approbaris. * A me autem hæc ſunt perfecta: quæ ego in beneficij loco non pono, ſed in veri teſtimonij, atque iudicij: non vt præſtantiſſimas tuas virtutes tacitus admirarer? (*quis enim in te id non facit) ſed in omnibus orationibus, ſententiis dicendis, cauſis agendis, omnibus ſcriptis, * Græcis, Latinis, omni denique varietate literarum mearum, te non modò iis, quos vidiſſemus, ſed iis, de quibus audiſſemus, omnibus anteferrem. Quæres fortaſſe, quid ſit, quòd ego hoc neſcio quid

*gra

f L. Tibæra ni. al. Tabereni. Plutarc. in Lucul. Τιβαρηνοί, Plin. l. 5 c. 4.

g q. v. c. omnia me aſſequi arb. & ita L.

* C. Antonium collegam Ciceronis in Cõſulatu intelligit. cui ob victum Catilinam, decretam fuiſſe ſupplicationem auctor eſt Dio. l. 37.

h q. v. c. quas is Cõſ. & ita L.

i q. v. c. & multò magis, ſi per me.

* Catonem inter Milonis patronos nominat Pedianus.

* L. quis enim idem non facit?

* ſcripſit Græcè Cicero Commentarium de Conſulatu ſuo.

* gratulationis, & honoris à ſenatu tanti æſtimē. Agam iam tecum familiariter, vt eſt & ſtudiis, & officiis noſtris mutuis, & ſumma amicitia dignū, & neceſſitudine etiam paterna. Si quiſquam fuit vmquam remotus & natura, & magis etiam, vt mihi quidem ſentire videor, ratione, atq; doctrina, ab inani laude, & ſermonibus vulgi, ego profectò is ſum. Teſtis eſt conſulatus meus: in quo, ſicut in reliqua vita fateor, ea me ſtudiosè ſecutū, ex quibus vera gloria naſci poſſet. ipſam quidem gloriam per ſe numquam putaui expetēdam. Itaque & prouinciam ornatam, & ſpem non dubiam * triumphi, neglexi. Sacerdotium * denique cùm (quemadmodum te exiſtimare arbitror) non difficillimè conſequi poſſem, non appetiui. Idem poſt * iniuriam acceptam, quam tu reip. calamitatem ſemper appellas, meam non modò non calamitatem, ſed etiam gloriam, ſtudui quàm ornatiſſima ſenatus, populique R. de me iudicia intercedere. Itaque & augur poſtea fieri volui. quod antea neglexeram, & eum honorem, qui à ſenatu tribui rebus bellicis ſolet, neglectum à me olim, nunc mihi * expetendum puto. Huic meæ voluntati, in qua ineſt aliqua vis deſiderij, ad ſanandum vulnus iniuriæ, vt faueas, adiutórq; ſis, quod paulò antè me negaram rogaturum, vehementer te rogo: ſed ita, ſi non ieiunum hoc neſcio quid, quod ego geſſi, & contemnendum videbitur, ſed tale, atque tantum, vt multi nequaquam paribus rebus honores ſummos à ſenatu conſecuti ſint. Equidem k etiam mihi illud animaduertiſſe videor (ſcis enim quàm attentè te audire ſoleam) *te non tam res geſtas, quàm mores, inſtituta, atque vitam Imperatorum ſpectare ſolere in habendis, aut non habendis honoribus*. Quod ſi in mea cauſa conſiderabis, reperies, me exercitu imbecillo *contra metum maximi belli, firmiſſimum præſidium habuiſſe, æquitatem, & continentiam*. His ego ſubſidiis ea ſum conſecutus, quæ nullis legionibus conſequi potuiſ

* ſupplicationis.

* de Halaſſis & Inalpinis gentibus.

* Auguratum.

* Exſulium.

* vide 6. Att. ep. 16.

k I. etiam illud animaduertiſſe mihi videor.

tuiſſem: vt ex alieniſſimis ſociis amiciſſimos, ex infideliſſimis firmiſſimos redderem, animóſq; nouarum rerum exſpectatione ſuſpenſos ad veteris imperij l beneuolentiam traducerem. Sed nimis hæc multa de me, præſertim ad te, à quo vno omnium ſociorum querelæ audiuntur. cognoſces ex iis, qui meis inſtitutis ſe recreatos putant. Cumq; omnes vno propè conſenſu de me apud te ea, quę mihi optatiſſima ſunt, prædicabunt: tum duæ maximæ * clientelæ tuæ, Cyprus inſula, & Cappadociæ regnum, tecum de me loquentur. puto etiam regem Deiotarum, qui vni tibi eſt maximè neceſſarius. Quæ ſi etiam maiora ſunt: * *& in omnibus ſeculis pauciores* m *viri reperti ſunt, qui ſuas cupiditates, quàm qui hoſtium copias, vincerent*: eſt profectò tuum, cùm ad res bellicas hæc, quæ rariora, & difficiliora ſunt, genera virtutis adiunxeris, ipſas etiam illas res geſtas, iuſtiores eſſe, & maiores putare. Extremum illud eſt, vt, quaſi diffidens rogationi meæ, philoſophiam ad te allegē: qua nec mihi carior vlla vnquam res in vita fuit, nec hominum generi maius à diis munus vllum eſt datum. Hæc igitur, quæ mihi tecum communis eſt, ſocietas ſtudiorum atque artium noſtrarum, quibus à pueritia dediti, ac deuincti, ſoli propemodum nos philoſophiam illam veram, & antiquam, quæ quibuſdam otij eſſe, ac deſidiæ videtur, in forum *m* atque remp. atque in ipſam aciem penè deduximus: tecum agit de mea laude, cui negari à Catone fas eſſe non puto. Quamobrem *n* ſic tibi perſuadeas, velim: ſi mihi tua ſententia tributus honos ex meis literis fuerit, *o* me exiſtimaturum cùm auctoritate tua, tum *p* beneuolentia erga me, mihi, quod maximè cupierim, contigiſſe. Vale.

l v.c. beniuolentiam.

* mos erat is antiquis, vt quorum opera natio aliqua in populi Romani poteſtatem veniſſet, eorū in clientela perpetuò eſſet. Ita Siculi Marcellorum, Pœni Scipionū clientes.

* Xenophō in Ageſilao, πολὺ πλείονες τῶν πολεμίων, ἢ τῶν τοιούτων δύναται κρατεῖν. & iterum ibidē: καλὸν μὲν δοκεῖ εἶναι τείχη ἀνάλωτα ἢ τῶν ὑπὸ πολεμίων: πολὺ μέντοι ἔγωγε καλλίον κρίνω, τὸ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν ἀνάλωτον κατασκευάσαι, καὶ ὑπὸ χρημάτων, καὶ ὑπὸ ἡδονῶν, καὶ ὑπὸ φόβου.

m vox, viri, abeſt ab aliquot v. c. m L. atque in rempub. n L. tibi ſic perſ. & ita v.c. o q.v.c. me ſic exiſt. p v.c. beniuolentia.

ARGVMENTVM.

Summum eſt huius epiſtolæ artificium. Cùm enim ſe Cato excuſet, quia ſupplicationem non decreuerit, idem tamen decretam eſſe gaudet. Rurſus cùm ſupplicationis honorem Ciceroni ſua ſententia non tribuerit, ſe tamen de eo honorificentiùs ſenſiſſe, quàm eos qui ſupplicationem decreuerunt, conatur probare. Paulo & Marcello Coss.

M. CATO M. T. C. IMP. S. P. D. 5

QVOD & reſpub. me, & noſtra amicitia hortatur, libenter facio, vt tuam virtutem, innocentiam diligentiam, cognitam in maximis rebus, domi togati, armati foris, pari induſtria *p* adminiſtrare gaudeam. Itaque, quod pro meo iudicio facere potui, vt innocentia conſilióque tuo defenſam prouinciam, ſeruatum Ariobarzanis cũ ipſo rege regnum, ſociorum reuocatam ad ſtudiũ imperij noſtri voluntatem, ſententia mea, & decreto laudarem, feci. Supplicationem decretam, ſi tu, qua in re nihil fortuitò, ſed ſumma tua ratione, & continentia reipub. prouiſum eſt, diis immortalibus gratulari nos, quàm tibi referre acceptum mauis, gaudeo. Quòd ſi triumphi * prærogatiuam *q* putas, ſupplicationem, & idcirco caſum potiùs, quàm te laudari *r* vis: neque ſupplicationem ſequitur ſemper triũphus, & triumpho multò clarius eſt, ſenatum iudicare, potiùs manſuetudine & innocentia imperatoris prouinciam, quàm vt multum aut benignitate deorum retentam, atque conſeruatam eſſe: quod ego mea ſententia cenſebam. Atque hæc ego idcirco ad te contra * conſuetudinem meam pluribus ſcripſi, vt, quod maximè volo, exiſtimes me laborare, vt tibi perſuadeam, me & voluiſſe de tua maieſtate, quod ampliſſimum ſum arbitratus: & quod tu maluiſti, factum eſſe gaudere. Vale, & nos dilige, & inſtituto itinere *s* ſecuritatem, indulgentiámq; ſociis, & reip. præſta.

p L. adminiſtrari.

* quæ tribus, quæque centuria ſuffragium ferebat prærogatiua dicebatur, quòd prima rogaretur, inde vox hæc ad ſignum rẽ futurá prænuncians aptè tranſlata. Vide Aſconium.

q al. putas eſſe ſuppl.

r L. mauis.

* Stoicorũ breuis oratio. Vide Parad. pro Mur.

s L. ſeueritatem, diligẽtiámque.

ARGVMENTVM.

Laudat Catonis ſententiam ex literis Catonis ſummã ſe voluptatem cepiſſe: petitq́; , vt ſi fauere noluerit in adipiſcendo triumpho, ſaltem, ſi adipiſcatur, gaudeat. Eodem anno.

M. T. C. M. CATONI, S. P. D. 6

LAETVS ſum laudari me, inquit Hector, opinor apud Næuium, * *abs te, pater, laudato viro.* EA EST ENIM *profectò iucunda laus, quæ ab iis proficiſcitur, qui ipſi in laude vixerunt.* Ego verò gratulatione literarum tuarũ, vel teſtimoniis ſententię dictæ, nihil eſt, quod me non aſſecutum putem, Idque mihi *t* tum ampliſſimũ tum gratiſſimũ eſt, te libenter amicitiæ dediſſe, quod liquidò veritati dares. *v* Et, ſi non modò vnus, verùm etiã multi Catones eſſent in ciuitate noſtra, in qua vnum exſtitiſſe mirabile eſt: quem ego currum, aut quã lauream cum tua laudatione conferrem? Nam ad meum ſenſum, & ad illud ſincerum, ac ſubtile iudicium, nihil poteſt eſſe laudabilius, quàm ea tua oratio, quæ eſt ad me perſcripta à meis neceſſariis. Sed cauſam meæ voluntatis, non enim dicam cupiditatis, expoſui tibi ſuperioribus literis: quæ etiam ſi parum iuſta tibi viſa eſt, hanc tamen habet rationem. I *x* non vt nimis concupiſcendus honos. *y* Sed tamen, ſi deferatur à ſenatu, minimè aſpernandus eſſe videatur. Spero autem, illum ordinem, pro meis ob rempub. ſuſceptis laboribus, me non indignum honore, vſitato præſertim, exiſtimaturum. Quòd ſi ita erit, tãtum ex te peto, quod amiciſſimè ſcribis, vt, cùm tuo iudicio, quod ampliſſimum eſſe arbitraris, mihi tribueris ſi id, quod maluero, acciderit, gaudeas. Sic enim *z* feciſſe te, & ſenſiſſe & ſcripſiſſe, réſque ipſa declarat, tibi illum honorem noſtrum ſupplicationis *a* fuiſſe iucundum, quòd ſcribendo affuiſti. Hæc enim ſenatuſconſ. non ignoro ab amiciſſimis eius, cuius de honore agitur ſcribi ſolere. Ego, vt ſpero, te propediem videbo, atque vtinam repub. melio

* idem. 5. ep. 12. & 4. Tuſculan.

t L. cùm ampl. & ita v. c.

v L. Quòd ſi non modò omnes, verùm.

x L. vt non nimis concup. hon.

y al. ſed vt ſi def.

z L. feciſſe te, & ſcripſiſſe & veriùs ſenſiſſe video.

a L. iucundum fuiſſe.

meliore, quàm timeo. Vale.

ARGVMENTVM.

C. Marcello de conſulatu gratulatur, ſuamq́; illi dignitatem commendat. Eodem anno.

M. T. C. PROCOS. *b* C. MARCELLO COS. DESIGN. S. P. D. 7

b al. M.

MAXIMA ſum lætitia affectus, cùm audiui, te conſulem factum eſſe: eúmque honorem tibi deos fortunare volo, atque à te pro tua parentiſque tui dignitate, adminiſtrari. Nam cùm te ſemper *c* dilexi, amauique, quòd mei amantiſſimum cognoui in omni varietate rerum mearum: tum patris tui pluribus beneficiis vel defenſus triſtibus temporibus, vel ornatus ſecundis, neceſſe eſt, vt & ſim totus veſter, & eſſe debeam: cùm præſertim matris tuæ, grauiſſimæ, atque optimæ fœminæ, maiora erga ſalutem, dignitatémque meam ſtudia, quàm erant à muliere poſtulanda, perſpexerim. Quapropter à te peto *d* maiorem in modum, vt me abſentem diligas, atque defendas, Vale.

c al. amaui, dilexiq́ue.

d q. v. c. in maiorem modum.

ARGVMENTVM.

Gratulatus C. Marcello de filio conſule deſignato, petitque vt ſe abſentem diligat. Eodem anno.

M. T. C. PROC. M. MARCELLO, * COLLEGAE, S. P. D. 8

*in Augura-tu 2. de Diuinat.

MARCELLVM tuum, conſulem factum, téque ea lætitia affectum eſſe, quam maximè optaſti, *e* mirum in modum gaudeo: idque cùm ipſius cauſa, tum quòd te omnibus ſecundiſſimis rebus digniſſimum iudico: cuius erga me ſingularē *f* beneuolentiam *g* vel in labore meo, vel in honore perſpexi: totam denique domum veſtram vel ſalutis, vel dignitatis meæ ſtudioſiſſimam, cupidiſſimámque cognoui. Quare gratum mihi feceris, ſi vxori tuæ * Iuniæ, grauiſſimæ, atque optimæ fœminæ, meis verbis eris gratulatus. A te id, quod *h* conſueuiſti, peto, *i* me abſentem diligas, atque defendas. Vale.

e al. mirandum in m.

f v. c. beniuol.

g q. v. c. vel in honore meo, vel in lab.

* meminit ep. 7.

h L. conſueſti. & ita v. c.

i al. vt me. abſ.

AR

ARGVMENTVM.

M Marcello gratulatur de fratre patruele Conſule deſignato, petitq; ab eo, vt ſibi quamprimum anno prouinciæ imperio finito, ſucceſſor mittatur. Sulpitio & Marcello. Coss.

M. T. C. PROCOS. M. MARCELLO, COS. S. P. D. 10

TE & pietatis in tuos, & animi in remp. & clariſsimi, atque optimi conſulatus, C. Marcello conſule facto, fructum cepiſſe, vehementer gaudeo. Non dubito, quin præſentes ſentiant. nos quidam longinqui, & à te ipſo miſsi in vltimas genteis, ad cælum mehercule te tollimus veriſsimis, ac iuſtiſsimis laudibus. Nam cùm te à pueri in tua vnicè dilexerim, túque me in omni genere ſemper ampliſsimum eſſe & volueris, & iudicaris: tum hoc vel tuo facto, vel populi R. de te iudicio, multò acriùs, vehementiúſque diligo: maximáque lætitia afficior, cùm ab hominibus prudentiſſimis, viriſque optimis, omnibus dictis, factis, ſtudiis, inſtitutis, vel * me tui ſimilem eſſe audio, vel te mei. Vnum verò ſi addis ad præclariſſimas res conſulatus tui, vt aut mihi ſuccedat quàm primùm aliquis, aut ne quid accedat temporis ad id, quod tu mihi & ſenatuſconſulto, & lege * finiſti: omnia me per te conſecutum putabo. Cura vt valeas, & me abſentem diligas, atque defendas. Quæ mihi de Parthis nuntiata ſunt, quia non putabam à me etiam nunc ſcribenda eſſe publicè, propterea ne pro familiaritate quidem noſtra volui ad te ſcribere: ne, cùm ad conſulem ſcripſiſſem, publicè viderer ſcripſiſſe. Vale.

* idem de Clar.

* Lege Curiata. vide L.1. ep.9.

ARGVMENTVM.

Supplicationem ſibi decerni poſtulat.

M. T. C. IMP. MARCELLO, C. F. COS. DESIGN. S. P. D. 15

QVANDO * id accidit, quod mihi maximè fuit optatum, vt omnium Marcellorum, Mar-

* al. Quomodo. al. Cum. al. Quum.

Marcellinorum etiam (mirificus enim generis, ac nominis veſtri fuit erga me ſẽper animus) k quãdo ergo ita accidit, vt omnium vt ſtrũm ſtudio tuus conſulatus ſatisfacere poſſet, in quem meæ res geſtæ, lauſque, & honor earum potiſſimùm incideret: peto à te id, quod facillimum factu ſit, nõ aſpernante, vt confido, ſenatu l vt quàm honorificentiſſimum ſenatuſconſultum literis meis recitatis faciendum cures. Si mihi tecum minus eſſet, quàm eſt cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligis me præcipuè diligi. Patris tui beneficia in me ſunt amplisſima. neque enim ſaluti meæ, neque honori amicior quiſquam dici poteſt. Frater* tuus quanti me faciat, ſempérque fecerit, eſſe hominem, qui ignoret, arbitror neminem. Domus tua denique tota me ſemper omnibus ſummis officiis proſecuta eſt. Neque verò tu in me diligendo cuiquam conceſſiſti tuorũ. Quare à te peto maiorem in modum, vt me per te quàm ornatiſſimum velis eſſe: meamque & in ſupplicatione decernenda, & in ceteris rebus exiſtimationem, ſatis tibi eſſe commendatam putes. Vale.

k I. quoniam.

l particula vt, abeſt à q v.c.

* patruelis M. Marcellus.

ARGVMENTVM.

Agit gratias de ſupplicatione decreta, propediem ſe ad vrbem fore ſignificat.

M. T. C. IMP. C. MARCELLO, COS. DESIGN. S. P. D. II

QVANTAE tibi curæ meus * honos fuerit, & quàm idem exſtiteris conſul in me ornando, & amplificando, qui fueras ſemper cum parentibus tuis, & cum tota domo, etſi res ipſa loquebatur, cognoui tamen ex meorum omnium literis. Itaque nihil eſt tantum, quod ego non tua cauſa debeam, facturúſque ſim cùm ſtudioſè, tum libenter. *Nam magni intereſt, cui debeas.* debere autem nemini malui, quàm tibi: cui me cùm ſtudia cõmunia, beneficia paterna, tuaq; iã antè cõiunxerant: tum accedit, mea quidem ſententia, ma-

* ſupplicatio.

maximum vinculum,quòd ita remp.gerſs, atque geſſiſti,qua mihi carius nihil eſt,vt, quantum tibi omnes bonidebeant,quo minùs tantumdem ego vnus debeam,non recuſem. Quamobrem tibi velim hi ſint exitus,quos mereris, & quos fore confido. Ego, ſi me nauigatio non morabitur, quæ incurrebat in ipſos Eteſias, propediem te,vt ſpero,videbo. Vale.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Paulo de conſulatu, petitque vt operam det ne quid ſibi temporis ad annum prouinciale imperium addatur. Sulpitio & Marcello Coss.

M. T. C. IMP. L. * PAVLO, COS. DESIGN. S. P. D. 12

* is videtur qui Catilinam(vt ait Saluſtius) lege Plautia interrogarat.

m L. dubiũ fuit, quin te. & ita v. c.

ETsi mihi numquam *m* fuit dubium, quin te populus R. pro tuis ſummis in rempub. meritis, & pro ampliſſima familia dignitate, ſummo ſtudio, cunctis ſuffragiis conſulem facturus eſſet: tamen incredibili lætitia ſum affectus,cùm id mihi nuntiatum eſt: eúmque honorem tibi deos fortunare volo,à téque ex tua,maiorúmque tuorum dignitate adminiſtrari. Atque vtinam præſens illum diem mihi optatiſſimum videre potuiſſem, próque tuis ampliſſimis erga me ſtudiis, atque beneficiis tibi operam meam. ſtudiúmque nauare. Quam mihi facultatem quãdo hic nec opinatus, & improuiſus prouinciæ caſus eripuit: tamen, vt te conſulem remp. pro tua dignitate gerẽtem videre poſſim,magnopere à te peto,vt operam des, efficias,nequid mihi fiat iniuriæ, néve quid temporis ad meum annuum munus accedat: Quod ſi feceris, magnus ad tua priſtina erga me ſtudia cumulus accedet. Vale.

ARGVMENTVM.

Petit vt ſibi ſupplicationem decernẽdam curet,ſuamq́, ceteris in rebus exiſtimationem commendat. Paulo & Marcello Coss.

M. T. C. IMP. L. PAVLO, COS. S. P. D. 13

MA

MAXIME mihi fuit optatum Romæ eſſe tecũ, multas ob cauſas, ſed præcipuè vt & in petendo,& in gerendo conſulatu meum tibi debitum perſpicere poſſes. Ac petitionis quidem tuæ ratio mihi ſemper fuit explorata: ſed tamen *n* nauare oper ãvolebã. In conſulatu vero cupio equidẽ te minùs habere negotij: ſed moleſtè fero, me cõſulem tuum ſtudium adoleſcentis perſpexiſſe: te meum, cùm id ætatis ſim, perſpicere non poſſe. Sed ita fato neſcio quo contigiſſe arbitror, vt tibi ad me ornandũ ſemper detur facultas, i mihi ad * remunerandũ nihil ſuppetat, præter voluntatem. Ornaſti conſulatum, ornaſti reditum meum. Incidit meũ tempus rerum gerendarum in ipſum conſulatum tuum. Itaque cùm & tua ſumma amplitudo,& dignitas,& meus magnus honos, magnáque exiſtimatio poſtulare videatur, vtà te plurimis verbis contendam, ac petam, vt quàm honorificentiſſimùm ſenatuſconſultum de meis rebus geſtis faciendum cures: non audeo vehementer à te contendere, ne aut ipſe tuæ perpetuæ conſuetudinis erga me oblitus eſſe videar, aut te oblitum putem. Quare, vt te velle arbitror, ita faciam, atque ab eo, quem omnes gentes ſciunt de me optimè meritum breuiter petam. Si alij conſules eſſent, ad te potiſſimùm, Paule, mitterem, vt eos mihi quàm amiciſsimos redderes, nunc, cùm tua ſumma poteſtas, ſummáque auctoritas, *o* notáque omnibus noſtra neceſsitudo ſit, vehementer te rogo, vt & quàm honorificentiſsimè cures decernendũ de meis rebus geſtis,& quàm celerrimè. Dignas res eſſe *p* & honore & gratulatione, cognoſces ex iis literis, quas ad te,& collegam,& ſenatum publicè miſi omniúmque mearum reliquorum rerum, maximéque exiſtimationis meæ procurationem ſuſceptam velim habeas. In primiſque tibi curæ ſit, quod abs te ſuperioribus quoque literis petiui, ne mihi tempus prorogetur. Cupio te conſulem videre omniáque, quæ ſpero cùm abſens, tum etiã

n fort. tibi nauare ep.

* al. ad te munerandum.

o q. v.c. notáque ſit omnibus noſtra neceſſitudo veh.

p copulatiꝰ &, abeſt à q. v.c.

præſens te conſule aſſequi. Vale

ARGVMENTVM.

Facturum ſe ſtudioſè pollicetur Fabij cauſa, quæ Caſſius rogauerat: ſe Caßium ad vrbem non vidiſſe. Petit annuam prouinciæ adminiſtrationem ſibi non prorogari. Iiſdem Coſs.

M. T. C. C. CASSIO, PROQVAEST. S. P. D. 14

M. FABIVM quòd mihi amicum tua commendatione das, nullum in eo facio quæſtum. Multi enim anni ſunt, cùm ille in ære meo eſt, & à me diligitur propter ſummam ſuã humanitatẽ, & obſeruantiam. Sed tamen quòd te ab eo egregiè diligi ſenſi, multò amicior ei ſum factus. Itaque quamquam *q profecerunt literæ tuæ, tamen aliquantò plus commendationis apud me habuit animus ipſius erga te, mihi perſpectus, & cognitus. Sed de Fabio faciemus ſtudioſè, quæ rogas, tu multis de cauſis vellem me conuenire potuiſſes: primùm, vt te, quem iamdiu plurimi facio, tanto interuallo viderem: deinde, vt tibi, quod feci per literas, poſſem præſens gratulari: tũ, vt quibus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis inter nos communicaremus: poſtremò, vt amicitia noſtra, quæ ſummis officiis ab vtroque culta eſt, ſed longis interuallis temporum interruptam conſuetudinem habuit, confirmaretur vehementiùs. Id quãdo non accidit, vtemur bono literarum, & eadem ferè abſentes, quæ, ſi coràm eſſemus, conſequemur. 1 Vnus * ſcilicet ille fructus, qui in te videndo eſt, percipi literis non poteſt. alter gratulationis eſt, is quidem exilior, quàm ſi tibi teipſum intuens gratularer. Sed tamen & feci r antè, & facio nunc, tibique cum pro rerũ magnitudine, quas geſſiſti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quòd te de prouincia decedentem ſumma laus, & ſumma gratia prouinciæ proſecuta eſt. Tertium eſt, vt id, quod de noſtris rebus coràm communicaſſemus inter nos, conficiamus idem literis. Ego ceterarum rerum cauſa tibi Romam properandũ ma-

*l. profecerint.

* alij vnus ille fructus al. vnus ſcilicet fructus al. vnus ſcilicet vni fructus.

r al. antea.

magnopere cenſeo. Nā & ea, quæ reliqui tranquilla de te erant: & hac tua recenti victoria tāta, clarum aduentum tuum fore intelligo. Sed ſi qua ſūt onera tuorum, ſi tanta ſunt, vt ea ſuſtinere *s* poſſis: nihil tibi erit lautius, nihil glorioſiùs. ſin maiora, conſidera, ne in alieniſsimum tempus cadat aduentus tuus. Huius rei totum conſilium tuum eſt, tu enim *t* ſcis quid ſuſtinere poſsis. Si potes, laudabile, atque populare eſt. ſin planè non potes, abſens hominum ſermones faciliùs ſuſtinebis. De me autem idem tecum his ago literis, quod ſuperioribus egi, vt omneis tuos neruos in eo contendas, ne quid mihi ad hanc prouinciam, quam & ſenatus, & populus annuam eſſe voluit, temporis prorogetur. *u* Hoc à te ita cōtendo, vt in eo fortunas meas poſitas putem. Habes Paulum noſtrum noſtri cupidiſsimum: eſt Curio: eſt Furnius. Sic velim enitare, quaſi in eo ſint mihi omnia. Extremum illud eſt de iis, quæ propoſueram, confirmatio noſtrę amicitiæ: de qua pluribus verbis nihil opus eſt. Tu puer me appetiſti, ego autem ſemper ornamento te mihi fore duxi. Fuiſti etiam pręſidio triſtiſsimis meis temporibus. acceſſit poſt tuum diſceſſum familiaritas mihi cū Bruto tuo maxima. Itaque in veſtro ingenio, & induſtria mihi plurimùm & ſuauitatis, & dignitatis conſtitutum puto. Id tu, vt tuo ſtudio confirmes, te vehementer rogo: literáſque ad me, & continuò mittas, & cùm Romam veneris, quàm ſæpiſsimè. Vale.

s L. poſſis. propterea nihil t. & ita v.c. alij poſsis: propterea nihil tibi erit lautius. al propè. al. properè. t L. ſentis. q. v q. v. c. Hoc ita à te cōt.

ARGVMENTVM.

Conſilium ſuum de renouando ciuili bello demonſtrat. Clementiam Cæſaris laudat. De gemitu Italiæ ſcribit. Conſilium Caßij de futuris rebus exquirit. Cæſare iterū & Seruilio Coſs.

M. T. C. CASSIO, S. P. D. 15

ETsi vterque noſtrûm ſpe pacis, & odio ciuilis ſanguinis abeſſe *x* à belli pertinacia volui; tamen, * quando eius conſilij princeps

x L. à belli neceſſaria pertinacia voluit. * Victo Pōpeio Cicero ab armis receſſit.

y q.v.c. tibi ipſi præſtare debe.

ego fuiſſe videor, plus fortaſſe y tibi præſtare ipſe debeo, quàm à te exſpectare. Etſi vt ſæpe ſoleo mecum recordari, ſermo familiaris meus tecum, & item mecum tuus adduxit vtrumque noſtrûm ad id conſilium, vt vno prœlio putaremus, ſi non totam cauſam, at certè noſtrum iudiciũ definiri cõuenire. Neque quiſquam hanc noſtram ſententiã verè vnquam reprehendit, præter eos, qui arbitrantur melius eſſe deleri omninò rempub. quàm imminutam, & debilitatam manere. Ego autem ex interitu eius nullam ſpem ſcilicet mihi proponebam: ex reliquis magnã. Sed ea ſunt conſecuta, vt magis mirũ ſit accidere illa potuiſſe, quã nos nõ vidiſſe ea futura: nec cũ homines eſſemus, diuinare potuiſſe. Equidẽ fateor, meam coniecturam hanc fuiſſe, vt illo quaſi quodam fatali prœlio facto, & victores communi ſaluti conſulere vellent, & victi ſuæ: vtrumque autem poſitum eſſe arbitrabar in celeritate victoris. Quæ ſi fuiſſet, eandem clemẽtiam experta eſſet * Africa, quam cognouit Aſia: quam etiam Achaia, & vt opinor, ipſo legato, ac deprecatore. Amiſſis autem temporibus, quæ plurimùm valent, prçſertim in bellis ciuilibus, interpoſitus * annus alios induxit, vt victoriam ſperarent, alios vt ipſum vinci contemnerent. Atque z horum malorum omnium culpam fortuna ſuſtinet. Quis enim aut Alexandrini belli tantã * moram huic bello adiunctum iri, aut neſcio quem iſtũ * Pharnacem Aſiæ terrorem illaturum putaret? Nos tamen in conſilio pari caſu, diſſimili vſi ſumus. tu enim eam partem petiſti, vt & conſiliis intereſſes, &, quod maximè curam leuat, futura, animo proſpicere poſſes. ego, qui feſtinaui, vt Cæſarem in Italia viderem (ſic enim arbitrabamur) cúmque multis honeſtiſſimis viris conſeruatis redeuntem, ad pacem currentem, vt aiunt, incitarẽ: ab illo longiſſimè & abſum, a & abfui. Verſor autẽ in gemitu Italiæ, b & in vrbis miſerrimis querelis:

* id eſt Põpeiani quod ſe poſt Pharſalicam pugnam in Africam receperunt.

* id eſt, inter Pharſalicã pugnam & deuictum Pharnacem vide Appianum.

z q.v.c. malorum horũ omniũ culpa.

* nouẽ menſium. Appianus.

* Mithrydatis filium.

a *L. & afui.

b al. & vrbis miſer.

quibus aliquid opis fortaſſe ego pro mea, tu pro tua, pro ſua quiſque parte ferre potuiſſet, ſi auctor affuiſſet. Quare velim *c* pro tua erga me perpetua *d* beneuolentia, ſcribas ad me, quid videas, quid ſentias, quid exſpectandum, quid agendum nobis exiſtimes. Magni erunt mihi tuæ literæ: atq; vtinã primis illis, *e* quas Luceria miſeras, paruiſſem, ſine vlla enim moleſtia dignitatem meam retinuiſſem. Vale.

ARGVMENTVM.

Iocatur in Epicureorum opiniones, hoc eſt, in Caſsium ſectæ Epicuri deditum. Dũ Cæſar quartùm Conſul bellum in Hiſpania contra Pompeij liberos gereret, videtur ſcripta, poſt duas ſequentes.

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D. 16

PVTO te iam ſuppudere, *f* cùm hæc te tertia iam epiſtola antè *g* oppreſſit, *1* quã tu *h* ſchedalam, aut literam. ſed non vrgeo. longiores enim exſpectabo, vel potiùs * exigam. Ego, ſi ſemper haberem, cui darem, vel ternas in hora darem. Fit enim *i* neſcio quid, vt quaſi coràm adeſſe videare, cùm ſcribo aliquid ad te: neque id *k* κατ' εἴδη, ἢ φαντασίας, vt dicunt tui * amici noui: qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας ſpectris Catianis excitari. Nam, ne te fugiat, Catius Inſuber, Epicureus qui nuper eſt mortuus, † quæ ille Gargetius, etiam antè Democritus, εἴδωλα, hic ſpectra nominat. His autem ſpectris etiam ſi oculi poſſent feriri, 2 *l* quòd vel iis ipſa occurrunt: animus qui poſſit, ego non video. Doceas tu me oportebit, cùm ſaluus veneris, in meáne poteſtate ſit ſpectrum tuum vt ſimulac mihi collibitum ſit de te cogitare, illud *m* occurrat. neque ſolùm de te, qui mihi hæres in medullis: ſed, ſi inſulam Britanniam cœpero cogitare, eius εἴδωλον mihi aduolet ad pectus. Sed hæc poſteriùs. tento enim te, quo animo accipias, ſi

c L. pro tua perpetua erga me beniuolentia. & ita v.c.
d v.c. beniuolentia.
e al. quas Nuceria m.
f fort. quod h.
g L. oppreſſerit.
h L. ſyllabã aut L. Va. ſcidam.
* Non c. 4. in Exigere, addit quando hercle ego temerè exigam.
i fort. neſcio quomodo, vt.
k L. κατ' εἰδώλων φαντασίας.
* id eſt, Epicurei, quorũ Caſsius dogma ante biennium probauerat.
l L. quod cùm velis ipſa acc. al. quod velis ipſa currũt. al. quod in his incurrat al. quod cũ velis ipſa occurrunt.
m L. accurrat.

enim ſtomachabere, & moleſtè feres: plura dicemus: poſtulabimúſque, ex qua hæreſi VI, HOMINIBVS ARMATIS, deiectus ſis, in eam reſtituare. In hoc interdicto non ſolet addi, IN HOC ANNO. Quare ſi iam biennium, aut triennium, eſt, cùm virtuti nuntiū remiſiſti delinitus illecebris voluptatis: in integro res nobis erit. quanquā qui cū lo quor? cum vno fortiſſimo viro, qui poſteà quàm forū attigiſti, nihil feciſti, niſi pleniſſimū ampliſſimæ dignitatis. In iſta ipſa * αἱρέσει metuo ne plus neruorum ſit, quàm ego putarim, ſi modò eam tu probas. Quid tibi in mentem venit? inquies, quia nihil habebam aliud, quod ſcriberem. De repub. enim nihil ſcribere poſſum. neque enim quod ſétio, libet ſcribere. Vale.

* Epicuri.
* hoc ornatu erāt, qui ſe ad iter longum accingebant. Plaut. in Pſeudolo. Varro περὶ ἐξαγωγῆς. Nonius c. in numerū, 19.
n l. alteras habebis has breueis.
* vide 12. ep. 20.
o l. nos hic (tamen ad te ſcribam aliquid) D. Syllam patrem.
p al. P. Syllam.
q q. v. c. alij à latronib. interfectū, alij &c. non pl.
* vide Pl. li. 7. c. 14.
r q. v. c. pro tua ſapientia f.

ARGVMENTVM.

De tabellariorum importunitate: P. Syllæ mortem, rumores de bello Hiſpanenſi, Panſæ profectionem in prouinciam ſignificat. De māſione Brunduſina Caſſij fictitium literarum expoſtulat & pollicetur. Eodem anno.

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D. 17

PRAEPOSTEROS habes tabellarios: etſi me quidem non offendunt: ſed tamen cùm à me diſcedunt, flagitant literas. cùm ad me veniunt, nullas afferunt, atque idipſum facerent commodiùs, ſi mihi aliquid ſpatij ad ſcribendum darent: ſed * petaſati veniunt: comites ad portam exſpectare dicunt. Ergo ignoſces: *n* alteras habebis, has breueis. ſed exſpecta * πάντα περὶ πάντων. Etſi quid ego me tibi purgo, cùm tui ad me inanes veniant: ad te cum epiſtolis reuertantur? *o* Tamen ad te ſcribam aliquid. Nos hic *p* D. Syllam patrē mortuum habebamus. *q* alij à latronibus, alij crudelitate dicebant. populus non curabat. * cōbuſtum enim eſſe conſtabat. hoc tu *r* pro ſapientia tua feres æquo animo, quamquam πρόσωπον πόλεως amiſimus. Cæſarem putabant moleſtè laturū, verentē ne haſta refrixiſſet. Mindius Marcellus, &

Ac

Attius pigmentarius valde gaudebāt,ſe aduerſariū perdidiſſe. De Hiſpania noui nihil: ſed exſpectatio valdè magna: rumores triſtiores, ſed ἀδέσποτοι. Panſa noſter * paludatus r ad III. Kalend. Ian. profectus eſt, vt quiuis intelligere poſſet id, quod tu nuper dubitare cœpiſti, τὸ καλὸν δι' αὑτὸ αἱρετὸν eſſe. Nam quòd multos miſeriis leuauit c & quòd ſe in his malis hominem præbuit, mirabilis eum virorum bonorum s beneuolentia proſecuta eſt. Tu quod adhuc + Brundiſij moratus es, valdè probo, & gaudeo: & mehercule puto te ſapienter facturum, ſi ἀκενόσπουδος fueris. Nobis quidem, qui te amamus, erit gratum, & , amabo te, cùm dabis poſthac aliquid domum literarum, mei memineris. Ego numquam quemquam ad te, cùm ſciam, ſine meis literis ire patiar. Vale.

*vide ep. 19. eſt enim paludamentū veſtis vti- l s in bello Feſt. paludati ibant in prouincias. Vi. 8. ep. 10. & 13. ep. 9.
r l. a. d. III.
s v. c. beniuolentia.
* L. Brudſij
t L. φλύαρον.
v fort. habuiſſem.
x L. philoſophia? tua quidem in culina mea in moleſtia eſt. Man. tua quidem in culina mea in palæſtra eſt. al. tua quidem in culina, mea moleſta eſt. al. In culina quidē mea, ſed moleſta eſt.

ARGVMENTVM.

Epiſtolæ breuitatem excuſat: triſtitiam temporum ſignificat. De Hiſpanienſi nihil ſe accepiſſe noui. Abſenti Caſſio gratulatur. Eodem anno.

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D. 18

LONGIOR epiſtola fuiſſet, niſi eo ipſo tempore petita eſſet à me, cùm iam iretur ad te. lōgior etiam, ſi t φαῦρον aliquem u habuiſſet. num σπουδάζειν ſine periculo vis poſſumus. Ridere igitur, inquies, poſſumus. Non mehercule facillimè. veruntamen aliam aberrationem à moleſtiis nullam habemus. Vbi igitur, inquies, x philoſophia tua? In culina mea, moleſta eſt. puder. n. ſeruire Itaque facio me alias res agere, ne conuiciū Platonis audiam. De Hiſpania nihil adhuc certi, nihil omnino noui. Te abeſſe, mea cauſa, moleſtè fero: tua gaudeo. Sed flagitat tabellarius. Valebis igitur, méque, vt à puero feciſti, amabis.

ARGVMENTVM.

Reſpondet duabus Ciceronis epiſtolis quæ ante proximè ſuperiorem leguntur. Epicuream ſectā laudat.

Cupit Cæſarem victorem. Eodem anno.

C. CASSIVS M. T. C. S. P. D. 19

NON mehercule in hac mea peregrinatione quidquam libentius facio, quàm ſcribo ad te. videor enim cum præſente loqui, & iocari. Nec tamen hoc vſu venit propter ſpectra * Catiana: pro quo tibi proxima epiſtola tot ruſticos Stoicos regeram, vt Catium Athenis natum eſſe dicas. Panſam noſtrum ſecunda volũtate hominum paludatum ex vrbe * exiſſe, cùm ipſius cauſa gaudeo, tum mehercule etiam omnium noſtrûm. Spero enim, homines intellecturos, quanto ſit omnibus odio crudelitas, & quanto amori probitas, & clementia: atque ea, quæ maximè mali petant, & concupiſcant, ad bonos peruenire. Difficile eſt enim *a* hominibus perſuadere, τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἱρετὸν eſſe, ἡδονὴν verũ, *b* & ἀναλγησίαν, virtute, iuſtitia, τῷ καλῷ parari, & verũ, & *c* præterea probabile eſt. Ipſe enim Epicurus, à quo omnes Catij, & *d* Amafinij, mali verborum interpretes, proficiſcuntur. dicit: οὐκ ἔστιν ἡδέως, ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν. Itaque & Panſa, qui ἡδονὴν ſequitur, virtutem retinet: & ij, qui à nobis φιλήδονοι vocantur, ſunt φιλόκαλοι, καὶ φιλοδίκαιοι, omneiſq; virtutes & colunt, & retinent. Itaque Sylla, cuius iudicium probare debemus, cùm diſſentire philoſophos videret, non quæſiuit, quid bonum eſſet, *e* & omnia bona coemit: cuius ego mortem forti mehercule animo tuli. Nec tamen Cæſar diutiùs nos eum deſiderare patietur. nam habet *f* damnatos, quos pro illo nobis reſtituat: nec ipſe * ſectorem deſiderabit, cùm filium viderit. Nunc vt ad remp. redeam, quid in Hiſpaniis geratur, reſcribe. Peream, niſi ſollicitus ſum, ac malo veterem, & clementem dominum habere, quàm nouum, & crudelem experiri. Scis, Cnæus quàm ſit fatuus: ſcis, quomodo crudelitatem, virtutem putet: ſcis, quàm ſe ſemper à nobis deriſum putet. Vereor ne nos ruſticè gladio velit ἀντιμυκτηρίσαι. Quid fiat, ſi me

* quæ Epicurus & Democritus εἴδωλα. Catius ſpectra appellat, malè vt Cicero putat.
* al. exſurrexiſſe.
a L. perſuadere hominibus. & ita v. c.
b L. & ἀταραξίαν. al. δικαξίαν.
c præterea abeſt à quibuſd. v. c.
d al. Amafanij.
e Lamb. ſed omnia b.
f al. domi natos. Manut. dominatos.
* Sector is eſt, qui damnati bona in auctione emit. Pædian.

ſi me diligis,reſcribe.Huic, quàm velim ſcire,vtrū iſta ſollicito animo,an ſoluto legas. ſciam enim eodem tempore,quid me facere oporteat. Ne longior ſim,vale,& me,vt facis,ama. Si Cæſar vicit, celeriter me exſpecta.

ARGVMENTVM.

Interfecto Cæſare Trebonius ad Aſiam regendam præfectus eſt,eundem amantiſſimis literis Cicero proſequitur,miſſo ad eum libro ſuo de perfecto Oratore, quem cùm Sabino cuidam commendauerit, laudat in Sabina gente fidem,& probitatem. Petit à Trebonio crebras literas,& rationem itineris. Antonio & Dolabella Coſs.

M. T. C. TREBONIO, S. P. D. 7.

ORATOREM * meum (ſic enim inſcripſi) Sabino tuo commendaui, Natio me hominis impulit, vt ei rectè putarem: niſi fortè candidatorū licentia hic quoque vſus hoc ſubitò cognomen arripuit etſi modeſtus eius vultus, ſermóque conſtans,habere quiddam à * Curibus videbatur.Sed de Sabino ſatis. Tu mi Treboni, quando ad morem meum *g* aliquantulum diſcedens addidiſti: quò *h* tolerabiliùs feramus igniculum * deſiderij tui,crebris nos literis appellato,atque ita,ſi idem fiet à nobis,quanquam duæ cauſæ ſunt,cur tu frequentior in iſto officio eſſe debeas,quàm nos:primùm,quòd olim ſolebant,qui Romæ erāt,ad prouincialeis amicos de rep. ſcribere: nunc tu nobis ſcribas oportet. Res enim publica iſtic eſt:deinde, quòd nos aliis officiis tibi abſenti ſatisfacere poſſumus, tu nobis, niſi literis,non video, qua re alia ſatisfacere poſſis. Sed cetera ſcribes ad nos poſtea.Nunc hæc primò cupio cognoſcere: *i* iter tuū cuiuſmodi ſit: vbi Brutum noſtrum videris:quandiu ſimul fueris: deinde, cū proceſſeris longiùs,de bellicis rebus,de toto negotio,vt exiſtimare poſſimus

* librum de optimo dicendi genere appellat.l.12.ep.17.

* Quæ Numæ patria.

g L. aliquātulum olim diſced.

h fort. tolerantius.

* videndi cupiditatem.

i q. v. e tuū iter cuiuſm. & ita L.

ſimus, quo ſtatu ſimus. Ego tantum me ſcire putabo, quantum ex tuis literis habebo cognitum. Cura vt valeas, meque ames amore illo tuo ſingulari. Vale.

ARGVMENTVM.

Literas petit. Trebonij erga ſe officia numerat. De Caluo oratore mortuo quid ſentiat exponit. Cæſare II. Dictatore. A.V.C DCCV.

M. T. C. TREBONIO S. P. D. 21

ET epiſtolam tuam legi libenter, & librum libentiſſimè: ſed tamen in ea voluptate hunc ᵏ accepi dolorem, quod cùm incendiſſes cupiditatem meam conſuetudinis augendæ noſtræ (nam ad amorem quidem nihil poterat accedere) tum diſcedis à nobis, méque tanto deſiderio afficis, vt vnam mihi conſolationē relinquas, fore, vt vtriuſque noſtrûm abſentis deſiderium crebris, & longis epiſtolis leniatur. Quod ego non modò de me tibi ſpondere poſſum, ſed de te etiam mihi. Nullam enim apud me reliquiſti dubitationem, quantum me amares. Nam, vt illa omittam, quæ ciuitate teſte feciſti, cùm mecum inimicitias ˡ communicaſti, cùm me concionibus tuis defendiſti, cùm quæſtor in mea, atque in publica cauſa conſulum parteis ſuſcepiſti, cùm tribuno pleb. quæſtor non paruiſti, cui tuus præſertim collega pareret: vt hæc recentia, quæ meminero ſemper, obliuiſcar: quæ tua ſollicitudo de me in armis, quæ lætitia in reditu, quæ cura, qui dolor, cùm ad te curæ, & dolores mei perferentur? Brunduſium denique te ad me venturum fuiſſe, niſi ſubitò in Hiſpaniam miſſus eſſes? Vt hæc igitur omittam, quæ mihi tāti æſtimanda ſunt, quanti vitam æſtimo, & ſalutem meā: liber * iſte, quem mihi miſiſti quantam habet declarationem amoris tui? primùm, quod tibi facetum videtur, quidquid ego dixi, quod aliis fortaſſe non item: deinde quod illa ſiue faceta *m* ſunt, *n* ſiue ſecus, fiunt narrante te, venuſtiſſima. quin etiam antè quàm ad me veniatur, riſus omnis pe-

k L. cepi.

l q.v.c. communicaui-ſti.

* quem ſcripſit Trebonius de dictis Ciceronis.

m q.v.c. ſint n al. ſiue nō ſiūt, ſic nar.

nè conſumitur. Quod ſi in his ſcribẽdis nihil aliud, niſi quod neceſſe fuit, de vno me tamdiu cogitauiſſes: ferreus eſſem, ſi te non amarem. Cùm verò ea, quæ ſcriptura perſecutus es ſine ſummo amore cogitare nõ potueris: nõ poſſum exiſtimare, plus quemquam à ſeipſo, quam me à te amari. Cui quidem ego amori, vtinam ceteris rebus poſſem, amore certè reſpondebo: 1 quo tamen ipſo tibi confido *o* futurum ſatis. Nunc ad epiſtolam venio, cui copioſè, & ſuauiter ſcriptæ, nihil eſt quòd multa reſpondeam. Primùm enim ego illas Caluo literas miſi, non plus, quàm has, quas nunc legis, exiſtimans exituras. aliter enim ſcribimus, quod eos ſolos, quibus mittimus: aliter, quod multos lecturos putamus. Deinde ingenium eius melioribus extuli laudibus, quàm tu id verè potuiſſe fieri putas. Primùm, quod ita iudicabam acutè mouebatur. genus quoddam ſequebatur: in quo iudicio lapſus, quo valebat, tamen aſſequebatur, quod probaret. Multæ erant, & reconditæ literæ: vis non erat. Ad eam igitur *p* adhortabar. In excitando autem, & in acuendo plurimùm valet, ſi laudes, eum, quem cohortêre. Habes de Caluo iudicium, & conſilium meum: cõſilium, quod hortãdi cauſa laudaui, iudicium, quòd de ingenio eius valdè exiſtimaui bene. Reliquum eſt, *q* tuam profectionẽ, amore proſequar: red. tũ ſpe exſpectem, 2 * abſentem memoria colam: omne deſiderium litteris mittendis, accipiendiſque leuiam. Tu velim tua in me ſtudia, & officia multùm tecum recordere: quæ cùm tibi liceat, *r* mihi nefas ſit, obliuiſci, non modò virum bonum me exiſtimabis, verùm etiam te à me amari plurimùm, iudicabis. Vale.

M. T. C.

o L. me factură ſatis.

p al. hortabar.

q L. vt tuã.

* al. abſentiam.

r q. v. c. mihi ſit nefas obl.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD Familiareis, liber XVI.

Ad Tironem.

ARGVMENTVM.

Cùm è Cilicia Proconſul Cicero ad vrbem rediret: ſeruum ſibi cariſſimum Tironem, cuius præcipuè opera in literis vtebatur, agrum Patris reliquit. Ad eum ſæpe ex itinere teſtes amoris, ac deſiderij ſui literas miſit. L. Paulo C. Marcello Coss. *Hac epiſtola ſuum Tironis deſiderium ſignificat.*

M. T. C. ET CICERO MEVS, ET FR. ET FRATRIS FIL. TIRONI, S. P. D. 1

PAVLO [1] faciliùs putaui poſſe me ferre deſiderium tui: ſed planè non fero, & quamquam magni ad honorem noſtrum intereſt, quàm primùm ad vrbem me venire, tamen peccaſſe mihi videor, *a* qui à te diſceſſerim. Sed quia tua voluntas ea videbatur eſſe, vt prorſus, niſi confirmato corpore, nolles nauigare, approbaui tuum conſilium: neq; nunc muto, ſi tu in eadem es ſententia. *b* Sin poſtea, quàm cibum cepiſti, videris tibi *c* me poſſe conſequi, tuum conſilium eſt. ✱ Marionem ad te eò miſi vt aut tecum ad me quàm primùm veniret: aut, ſi tu morarere, ſtatim ad me rediret. Tu autem hoc tibi perſuade, ſi cōmodo *d* valetudinis tuæ fieri poſſit, nihil me malle, quàm te eſſe mecum. *e* ſin intelliges opus eſſe te Patris conualeſcendi cauſa, paulùm commorari, nihil me malle, quàm te valere. Si ſtatim nauigas, nos Leucade *f* conſequêre. ſin te confirmare

a L. qui abs te.
b al. ſin autem poſtea.
c q. v. c. ſi poſſe me conſ. & ita L.
✱ de quo ep. 3. & 5.
d v. c. valitudinis.
e q. v. c. ſin autē intell.
f q. v. c. cōſequeris.

mare vis:& comites,& tempeſtates,& nauem idoneam vt habeas diligēter videbis. Vnum illud, mi Tiro, videto, ſi me amas, ne te Marionis aduentus, & hæ literæ moueant. Quod g valetudini tuæ maximè cōducet, ſi feceris maximè obtēperaris voluntati meæ. Hæc pro tuo ingenio conſidera. Nos ita te deſideramus, vt amemus. amor, vt valentem videamus, hortatur: deſideriū, vt quàm primùm. Illud igitur potiùs. Cura ergo potiſſimùm, vt valeas. De tuis innumerabilibus in me officiis erit hoc gratiſſimum. III. Nonas Nouembr. Vale.

g v. c. valitud.

ARGVMENTVM.

De ſua ſollicitudine, ſuoq; ad Alyziam acceſſu. Rogat: vt valetudinem curet.

TVLLIVS TIRONI, S. P. D. 2

NON queo ad te, nec lubet ſcribere, quo animo ſim affectus: tantū ſcribo, & tibi, & mihi maximæ voluptati fore, ſi te firmū quā primū videro. Tertio die abs te ad Alyziā acceſſeramus. *h* Is locus eſt citra Leucadem ſtadia CXX. Leucade aut te ipſum, aut tuas literas à Marione putabam me accepturū. Quantū me diligis, tantū fac vt valeas, vel quantū te à me ſcis diligi. Nonis Nouēb. Alyzia.

h q. v. c. Locus eſt.

ARGVMENTVM.

Valetudinis curam commendat.

M. T. C. PATER, ET FIL. TIRONI SVO, S. D. ET Q. PATER, ET Q. FILIVS. 3

NOS apud * Alyziam, ex quo loco tibi literas antè dederamus, vnū diem cōmorati ſumus, quòd Quinctus nos cō ſecutus non erat. *i* Is dies fuit Nonæ Nouēb. Inde ante lucem proficiſcētes, ante diem VIII. Idus Nouēb. has literas dedimus. Tu, ſi nos omneis amas, & præcipuè me, magiſtrū tuum, confirma te. Ego valde ſuſpenſo animo expecto, primùm te ſcilicet, deinde Marionem cum tuis literis. Omnes cupimus, ego in primis, quàm primùm te videre: ſed, mi Tiro, valētē. Quare nihil properaris: ſatis quotidie videro, ſi valebis. Vtilitatibus tuis poſſum carere: te valere, tua cauſa primùm volo, tum mea, mi Tiro. Vale.

* Acarnaniæ locus eſt. Strab. lib. 10.

i q. v. c. Is enim dies fuit.

ARGVMENTVM.

Valetudinem rurſus commendat.

M. T. C. ET Q. FR. ET Q. FIL. TIRONI, S. 4

VARIE' ſum affectus tuis literis: valde priore pagina perturbatus: paulùm altera recreatus. Quare nunc quidem non dubito, quin, quoad planè valeat, te neque nauigationi, neq; viæ committas. *k* ſatis te mature videro, ſi planè confirmatum videro. De medico & tu bene exiſtimari ſcribis, & ego ſic audio. ſed planè curationes eius non probo. Ius* enim dandum tibi non fuit, cùm κακοςόμαχος eſſes: ſed tamen & ad illũ ſcripſi accuratè, & ad Lyſonẽ. Ad Curium verò, ſuauiſſimum hominẽ, & ſummi officii ſummæq; humanitatis, multa ſcripſi: in his etiam, vt, ſi tibi videretur, te ad ſe transferret. Lyſo enim noſter vereor, ne negligentior ſit: primùm, quia omnes Græci: deinde, quòd, cùm à me literas accepiſſet, mihi nullas remiſit. ſed eum tu laudas. Tu igitur, quid faciendum ſit, iudicabis. Illud, mi Tiro, te rogo, ſumtui ne parcas vlla in re, *l* qua ad valetudinem opus ſit. Scripſi ad Curium, *m* quod dixiſſes, daret medico. ipſi puto aliquid dandum eſſe, quò ſit ſtudioſior. Innumerabilia tua ſunt in me officia, domeſtica, forenſia: vrbana, prouincialia: in re priuata, in publica: in ſtudiis, in literis noſtris. Omnia viceris, ſi, vt ſpero, te validũ videro. Ego puto te belliſſimè, ſi rectè erit, cum quæſtore Meſcinio decurſurum. non inhumanus eſt: téq; , vt mihi viſus eſt, diligit, & cùm *n* valetudini tuæ diligentiſſimè conſulueris, tum, mi Tiro, conſulito nauigationi. Nulla in re *o* iam te feſtinare volo. nihil laboro, niſi vt ſaluus ſis. Sic habeto, mi Tiro, neminem eſſe, qui me amet, quin idẽ te amet: & cùm tua, & mea maximè intereſt te valere, tum multis eſt curæ. Adhuc, dum mihi nullo loco deeſſe vis nunquam te confirmare potuiſti. nunc te nihil impedit; omnia depone, corpori ſerui, quan

k al. ſatis enim te mat.

* ad pulli gallinacei ius hoc refert Manuſius.

l al. quæ.

m L. quod dixiſſes, daret medico ipſi p.

n v.c. valit.

o L. iã feſt.

quan tam diligentiam in *p* valetudinem tuam cō-tuleris, tanti me fieri à te iudicabo. vale mi Tiro Vale, vale, & ſalue. Lepta tibi ſalutem dicit, & omnes. Vale. VI. Idus Nouembr. Leucade.

p v.c. valitudinem.

ARGVMENTVM.

Valetudinem iterum commendat.

TVLLIVS, ET CICERO, ET Q. Q. TIRONI HVMANISS. ET OPT. S. P. D. 5

VIDE, quanta *q* in te ſit ſuauitas. duas horas Thyrei fuimus. Xenomenes hoſpes tam te diligit, *r* quàm ſi vixerit tecum. Is omnia pollicitus eſt, quæ tibi eſſent opus: facturum puto. Mihi placebat, ſi firmior eſſes, vt te Leucadem deportares, vt ibi te planè confirmares. Videbis, quid Curio, quid Lyſoni, quid medico placeat. Volebam ad te Marionem remittere, quem, cùm meliuſculè tibi eſſet, ad me mitteres: ſed cogitaui, vnas litteras Marionem afferre poſſe, me autem crebras exſpectare. Poteris igitur, & facies, ſi me diligis, vt quotidie ſit Acaſtus in portu. Multi erunt, quibus rectè literas dare poſsis, qui ad me libenter perferant. Equidem * Patras euntem neminem prætermittam. Ego omnem ſpem tui diligenter curandi in Curio habeo. Nihil poteſt illo fieri humanius, nihil noſtri amantius. Et te totum trade. malo te paulò pòſt valentem, quàm ſtatim imbecillum videre. Cura igitur nihil aliud, niſi vt tu valeas: cetera ego curabo. Etiam atque etiam vale. Leucade proficiſcens, VII. idus Nouemb.

q q. v.c. ſit in te.
r q.v.c. quā vixerit tecum.
* vbi ægrotum Tironem reliquerat.

ARGVMENTVM.

Valetudinem commendat.

M. T. C. PATER ET FIL. ET Q. Q. TIR. S. D. 6

TERTIAM ad te hanc epiſtolam ſcripſi * eadem die, magis inſtituti mei tenendi cauſa, quia nactus eram cui darem, quàm quod haberem, quid ſcriberem. Igitur illa: quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentiæ. Ad tua innumerabilia in me officia adde hoc, quod mihi erit gratiſsimum omnium. cùm *t* valetudinis rationem, vt ſpero, habueris, habuero e-

s I. eodem die.
t v.c. valitudinis.

etiam nauigationis. In Italiam euntibus omnibus ad me literas dabis, vt ego euntem Patras neminem prætermitto. Cura,cura te,mi Tiro, quando non contigit, vt ſimul nauigares, nihil eſt, quòd feſtines: v nec quidquã cures, niſi vt valeas. Etiam atque etiam vale. VII. Idus Nouẽbr. Actio, veſperi.

v L. nec quòd quidque.

ARGVMENTVM.

Se aduerſis ventis Corcyræ teneri. Valetudinem commendat.

M. T. C. TIRONI, S. P. D. 7

SEPTIMVM iam diem Corcyræ tenebamur. Quinctus autem frater,& filius Buthroti. Solliciti eramus de tua valetudine, mirum in modum: nec mirabamur nihil à te literarũ. Iis enim ventis y iſtinc nauigatur, qui z ſi eſſent, nos Corcyræ non ſederemus. Cura igitur te,& confirma: & cùm commodè,& per valetudinem, & * per anni tempus nauigare poteris, ad nos,amãtiſſimos tui, veni. Nemo nos amat, qui te non diligat: carus omnibus,exſpectatúſque venies. Cura, vt valeas etiam atque etiam, Tiro noſter. † Vale. * xv. Kalẽd. Nouembr. Corcyræ.

y v.c. iſtim. z L. ſi non eſſent. * anni tempus vocat Hyemem. ſic l. 10. ep. 30. & Plaut. in Mercat. † Vrſ. xvi.

ARGVMENTVM.

Valetudinem Tironis ſibi a curæ eſſe, amantiſſimis verbis oſtendit.

a M. T. C. TIRONI. S. 8

MAGNAE nobis eſt ſollicitudini b valetudo tua. nam, tametſi qui veniunt, ἀκίνδυνα μὲν, χρονιώτερα δὲ nuntiant, tamen in magna conſolatione ingens c ineſt ſollicitudo, ſi diutius à nobis d adfuturus eſt is, cuius vſum & ſuauitatẽ deſiderando ſentimus. Attamen quamquam videre te tota cogitatione cupio: tamen te penitus rogo, ne e te tam lõgæ nauigationi,& viæ per hyemen, niſi bene firmum, committas, néve nauiges, niſi exploratè. Vix in ipſis tectis,& oppidis frigus infirma valetudine vitatur, nedum in mari,& via ſit facile abeſſe ab iniuria temporis. ψῦχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον, inquit Euripides. Cui tu quan-

a al. Q. CICERO. b v.c. valitudo. c al. eſt. d L. afuturus. e quidã v.c. non habat hîc, pro vocabulũ, &c.

quantum credas, neſcio. ego certè ſingulos eius verſus *f* ſingula teſtimonia puto. Effice, ſi me diligis, vt valeas, &, vt ad nos firmus, ac valens quã primùm venias. Ama nos, & vale. *g* Qu. frater tibi ſalutem plurimam dicit.

f q.v.c. ſingula eius teſt.
g L.q.f.

ARGVMENTVM.

Nauigationis deſcriptio, & ad curandam valetudinem beneuolentiæ plena cohortatio.

M. T. ET C. ET Q. TIRONI, S. P. D. 9

NOs à te, vt ſcis, diſceſſimus *h* ad IIII. Non. Nouemb. Leucadem venimus *i* ad VIII. Idus Nouemb. *k* ad VII. Actium. ibi propter tempeſtatem ad VI. Idus morati ſumus. Inde *l* ad quintum Idus Corcyram belliſſimè nauigauimus. Corcyræ fuimus vſque ad *m* XVI. Kal. Decembr. tempeſtatibus retenti. ad *n* XV. Kalend. Decembr. à portu Corcyreorum † *o* ad Caſſiopem ſtadia CXX. proceſſimus. Ibi retenti ventis ſumus vſque *p* ad IX. Kalendas. Intereà, qui cupidè profecti ſunt, multi naufragia fecerũt. Nos eò hodie cenati ſoluimus. Inde Auſtro leniſſimo, cœlo ſereno, nocte illa, & die poſtero in Italiam ad Hydruntem ludibundi peruenimus: eodémq; vento poſtridie (id erat *q* ad VII. Kalend. Decẽbr.) hora quarta * Brunduſium venimus: eodémque tempore ſimul nobiſcum in oppidum introiit Terentia: quæ te facit plurimi. *r* Ad V Kal. Decemb. ſeruus Cn. Plancij Brunduſij tandem aliquando mihi à te exſpectatiſſimas literas reddidit, datas Idib. Nouemb. quæ me moleſtia valde leuarunt: vtinam omnino liberaſſent. Sed tamen Aſclapo medicus *s* planè confirmat, propediem te valente fore. Nunc *t* equidem ego te hortor, vt omnem diligentiam adhibeas ad cõualeſcendum. Tuã prudentiam, temperantiam, amorem erga me noui. ſcio *v* te omnia facturum, vt nobiſcum quã primùm ſcis. Sed tamen ita velim, vt ne quid properes. Symphoniam Lyſonis velim vitaſſes: ne in quartam *x* hebdomadam incideres. Sed, quando pudori tuo maluiſti obſequi,

h L. a. d. IIII.
i L. a. d. VIII. Id Nouembr.
k a.d. VII.
l L.a. d. V.
m L. XV.
n a.d. XII.
o L. ad Caſſiopem ſtadia CXX. Vrſ. Caſſopen.
p L. ad a.d. IX.
q L. a. d. VII.
* L. Brundiſium.
r L.A.d. V. Kalend.
s al. ſanè.
t al. quidẽ.
v q v.c. omnia te fact.
x al. hebdomada.

y v.c. valitud.

quàm y valetudini, reliqua cura. Curio miſi, vt medico honos haberetur: & tibi daret, quod opus eſſet: me, cui iuſſiſſet, curaturum. Equum & mulũ, * Brundiſij tibi reliqui. Romæ vereor ne ex Kal. Ian. magni tumultus ſint. Nos agemus omnia modicè. Reliquum eſt, a vt te hoc rogem, & à te petam, ne temerè nauiges. Solent nautæ feſtinare quæſtus ſui cauſa. Cautus ſis, mi Tiro. Mare magnum, & difficile tibi reſtat. Si poteris, cum Meſcinio. cautè is ſolet nauigare, ſi minùs, cũ honeſto aliquo homine, cuius auctoritate nauicularis moueatur. In hoc omnem diligẽtiam ſi adhibueris, téque nobis incolumem b præſtiteris, omnia à te habebo. Etiam, atque etiam, noſter Tiro, Vale. Medico, Curio, Lyſoni de te ſcripſi diligentiſſimè. Vale, ſalue.

* L. Brundiſij.

a al. vt te rogem, & à te p.

b al. ſtiteris.

ARGVMENTVM.

Periculoſum eſſe ſe itineri poſt morbum committere: eius operam in ſtudiis exigere.

M. T. C. TIRONI, S. P. D. 10

EGO verò cupio te ad me venire: ſed viam timeo grauiſſimè ægrotaſti: inedia, & purgationibus, & vi ipſius morbi conſumtus es. Graues ſolent offenſiones eſſe c ex grauibus morbis, ſi qua culpa commiſſa eſt. Iam ad id biduum quod fueris in via, dum in Cumanũ d venis, accedent continuo ad reditum dies quinque. Ego in Formiano ad III Kal. eſſe volo. Ibi te vt firmum offendam, mi Tiro, effice. Literulæ meæ, ſiue noſtræ, tui deſiderio oblanguerunt. Hac tamen epiſtola, quam* Acaſtus attulit, oculos paulùm ſuſtulerũt. e Pompeius erat apud me, cùm hęc ſcribebam. Hilarè, & libenter ei cupienti audire noſtra, dixi ſine te omnia mea muta eſſe. Tu Muſis noſtris para vt operas reddas. noſtra ad diem dictam fient. Docui enim te, * fides ἔτυμον quod haberet. Fac planè vt valeas. nos f ad ſummũ. Vale. XIIII. Kal. Iã.

c q. v. c non habent hoc totum, ex grauibus morbis.

d L. veneris.

* de quo ep. 5.

e for. Pomponius.

* vide I. Off. § 6.

f al. adſumus.

ARGVMENTVM.

Valetudinem commendat. De ſuo ad vrbem aduentu.

De-

De ſtatu reip. De triumpho. De præfectura Campana Lentulo & Marcello Coſs.

M. T. ET C. TERENTIA, ET TVLLIA, Q. V. PATER, ET Q. F. TIRONI, S. P. D. II

ETsi opportunitatem operæ tuæ omnibus locis deſidero: tamen non tam mea, quàm tua cauſa doleo, te non valere. Sed quando in quartanam conuerſa vis eſt morbi (ſic enim ſcribit Curius) ſpero, te, diligentia adhibita, etiam firmiorem fore. Modò fac, id quod humanitatis tuæ eſt, ne quid aliud cures hoc tempore, niſi vt quàm commodiſſimè conualeſcas. Non ignoro, quantum ex deſiderio labores: ſed erunt omnia facilia, ſi valebis. feſtinare te nolo, ne nauſeæ moleſtiam ſuſcipias æger, & periculosè hyeme nauiges. Ego ad vrbem acceſſi pridie Nonas Ian. obuiam mihi *g* ſic proditũ eſt, vt nihil fieri *h* potuerit *i* honoratius. Sed incidi in ipſam flammã ciuilis diſcordiæ, vel potiùs belli: cui cùm cuperem mederi, &, vt arbitror, poſſem: cupiditates certorum hominum (nam ex vtraque parte ſunt, qui pugnare cupiant) impedimento mihi fuerunt. Omnino & ipſe Cæſar amicus noſter, minaceis ad ſenatum, & acerbas literas miſerat: & erat adhuc impudens, qui exercitum, & prouinciam, inuito ſenatu, teneret: & Curio meus illum incitabat. Antonius quidẽ noſter, & Q. Caſſius, nulla vi expulſi, ad Cæſarem cũ Curione profecti erant. poſteà quàm ſenatus conſulibus, prætoribus, tribunis pl. & nobis, † qui *k* pro cõſules ſumus, negotiũ dederat, * *vt curaremus*, *l* *ne quid resp. detrimenti caperet.* numquam *m* maiori in periculo ciuitas fuit: numquam improbi ciues habuerunt paratiorem *n* ducem omninò. Ex hac quoque parte *o* diligentiſſime bellum comparatur. Id fit auctoritate & ſtudio Pompeij noſtri, qui Cæſarem ſerò cœpit timere. Nobis inter has turbas, ſenatus tamen frequens flagitauit triumphum: ſed Lentulus conſul, quo maius ſuum beneficium faceret, ſimul atque ex-

g al. ſic eſt proditum.
h q. v. c. poſſet hon.
i al. ornatius.
k al. pro coss. al. pro Cõſulibus. Vrſ. pro Cõſulibus ad vrbem ſumus.
* vide pro Deiotaro.
† Cæſar 1. de bello ciuili. Saluſt. in Catil.
l v. c. nequid detrimenti reſp.
m L. maiore.
n L. ducem. Omnino ex hac q.
o al. bellũ diligentiſſimè comparatur.

pediſſet quæ eſſent neceſſaria de repu. dixit ſe relaturum. Nos agimus nihil cupidè: eóq; eſt noſtra pluris auctoritas. Italiæ regiones deſcriptæ ſunt; quã quiſque partem tueretur. Nos Capuam* ſumſimus. Hæc te ſcire volui. Tu etiam atque etiã cura, vt valeas, literáſque ad me mittas, quotieſcũq; habebis, cui des. Etiam atque etiam vale. D. pridie idus Ian.

* Idem 7. Att. 11.

ARGVMENTVM.

Deplorat ſtatum reip. Exponit initia bellorum ciuilium: ſuam in Tironem beneuolentiam ſignificat.

M. T. C. TIRONI, S. P. D. 12

QVO in diſcrimine verſetur ſalus mea, & bonorum omnium, atque vniuerſæ reip. ex eo ſcire potes, quòd domos noſtras, & patriam ipſam vel diripiendam, vel inflammandam reliquimus. In eum locum res deducta eſt, vt, *p* niſi quis deus, *q* vel caſus aliquis ſubuenerit, ſalui eſſe nequeamus. Equidem vt veni ad vrbem, non deſtiti omnia & ſentire, & dicere, & facere, quę ad concordiã pertinerent: ſed mirus inuaſerat furor *r* non ſolũ *ſ* improbos, ſed etiam hos, qui boni habentur, vt pugnare cuperent, me clamante, nihil eſſe bello ciuili miſerius. Itaque cùm Cæſar amentia quadam raperetur, & oblitus nominis, atque honorũ ſuorum, Ariminũ, Piſaurũ, Anconã, *ſ* Arretiũ* occupaſſet Vrbem* reliquimus: quã ſapienter, aut quã fortiter nihil attinet diſputare. *t* Quo quidẽ in caſu ſimus, vides. Feruntur omnino condiciones ab illo, vt* Pompeius eat in Hiſpaniam: dilectus, qui ſunt habiti, & præſidia noſtra dimittantur: ſe vlteriorem Galliam Domitio, citeriorem ⁊ Confidio *v* Noniano (his enim obtigerunt) traditurum: ad conſulatus petitionem ſe venturum: neque iam velle, *x* abſentis rationem haberi ſui, ſe pręſentem *trinundinum petiturum. Accepimus condiciones: ſed ita vt remoueat præſidia ex his locis, quæ occupauit, vt ſine metu de iis ipſis condicionibus.

p L. niſi qui deus.
q q. v. c. aut caſus.
r L. improbis, ſed etiã his, q.
ſ L. occupaſſet.
* L. occupauiſſet.
* ad del. 4. ep. 7.
t L. Quo in caſu ſimus, vides. Ferũtur omnino quidem condic.
* adde 6. ep. 6. Cæſ. 1. de bello ciuili., Appian. Dio.
v al. Nouia no. Vrſ. Cõfidio Nouia no.
x L. abſente ſe, rationẽ hab. ſui.
* Lex ad populum feré da, per triũ nundinarũ ſpatiũ promulgabatur, quò poſſet populus lege ſatis conſiderata, quid ſentiret ſuffragiis oſtendere.

Romæ ſenatus haberi poſſit.Id ille ſi fecerit, ſpes eſt pacis non honeſtæ. *y* leges enim imponuntur. ſed quiduis eſt melius,quã ſic eſſe,vt ſumus. * Sin autem ille ſuis condicionibus ſtare noluerit, bellum paratum eſt:eiuſmodi tamen, quod ille ſuſtinere non poſſit,præſertim cùm à ſuis condicionibus ipſe fugerit,tantummodo vt eum*intercludamus,ne ad vrbem poſſit accedere:quod ſperabamus fieri poſſe.*z* Delectus enim magnos habebamus: putabamúſque illum metuere, ſi ad vrbem ire cœpiſſet,ne Gallias amitteret:quas ambas habet inimiciſſimas,præter Tranſpadanos:ex Hiſpaniáque ſex legiones,& magna auxilia,Aſcanio, & Petreio ducib᷒,habet à tergo. Videtur,ſi inſaniet, poſſe opprimi,modò vt vrbe ſalua Maximam autem plagam accepit,quòd is, qui ſummam auctoritatem *a* in illius exercitu habebat,T. Labienus, *b* ſocius ſceleris eſſe*noluit:reliquit illum, & nobiſcum eſt : multíque idem facturi eſſe dicuntur. Ego adhuc oræ maritimæ præſum à Formiis. Nullum maius negotium ſuſcipere volui, quo plus apud illum meæ literæ, cohortationéſque ad pacẽ valerent. Sin autem erit bellum, video me caſtris, & certis legionibus præfuturum. Habeo etiam illam moleſtiam, quòd Dolabella noſter apud Cæſarem eſt. Hæc tibi nota eſſe volui : *c* quæ caue te perturbent,& impediant valetudinem tuam. Ego A. Varroni, quem tum amantiſſimum mei cognoui,tum etiam valde tui ſtudioſum, diligẽtiſſimè te commendaui,vt & valetudinis tuæ rationem haberet,& nauigationis,& totum te ſuſciperet, ac tueretur:quem omnia facturum confido. recepit enim,& mecum locutus eſt ſuauiſſimè. Tu, quando eo tempore mecum eſſe non potuiſti, *d* quo ego maximè operam,& fidelitatem deſideraui tuã, caue feſtines,aut committas, vt aut æger,aut hyeme nauiges.Nunquam * ego ſerò te veniſſe putabo,ſi ſaluus veneris. Adhuc neminem videram, qui te poſtea vidiſſet, quàm M. Voluſius, à quo

y L. leges impon.
* L.ſin autẽ ille c.ſt.voluerit.
* L.includamus.
z L. Dilectus.
a L. in eius exerc. & ita v.c.
b L. ſocius eius ſceleris eſſe n.& ita v. c.
* idem 13. Fa.epi.14.
c q.v.c.quæ caue ne te pert.
d for.ↄquo ego,tẽpore max.
* vocem ego, non habet.L.

tuas literas accepi: quod non mirabar. neque enim meas puto ad te literas tanta hyeme perferri. Sed da operam, vt valeas: & ſi valebis cùm rectè nauigari poterit, e tum nauiges. Cicero meus in Formiano erat: Terentia, & Tullia Romæ. Cura, vt valeas. IIII. Kalen. Febr. Capua.

e q.v.c. non habent, tū.

ARGVMENTVM.

Valetudinem commendat.

M. T. C. TIRONI, S. P. D. 13

OMNIA à te data mihi putabo, ſi te valentem videro. Summa cura exſpectabam aduentum Menandri, quem ad te miſeram. Cura, ſi me diligis, vt valeas: & cùm te bene confirmaris, ad nos venias. Vale. IIII. Idus April.

ARGVMENTVM.

Valetudinem iterum commendat.

M. T. C. TIRONI, S. P. D. 14

* ANDRICVS poſtridie ad me venit, quàm exſpectaram. Itaque habui noctem f plenam timoribus, ac miſeriis. Tuis literis nihilo ſum factus certior, quomodo te haberes: ſed tamen ſum recreatus. Ego omni delectatione, literiſque omnibus careo: quas antè, quàm te videro, attingere non poſſum. Medico mercedis quantùm poſcet, promitti iubeto. id ſcripſi ad g Mummium. Audio, te animo angi, & medicum dicere ex eo te laborare. Si me diligis, excita ex ſomno tuas literas, humanitatémque, propter quam mihi es cariſſimus. nunc opus eſt te animo valere, vt corpore poſſis. Id cùm tua tum mea cauſa facias, à te peto. Acaſtum retine, quò commodiùs tibi miniſtretur. Cōſerua te mihi, dies promiſſorum adeſt, quem etiam * repræſentabo, ſi adueneris. Etiam atque etiam vale. IIII. Idus Aprileis. hora III.

* Menandrus. al. Alexandrius. al. Mendricus. al. Mandricus.
f L. plenam timoris ac miſerius, tuis literis. n Vict. plenam timoris ac miſeriis tuis literis, &c.
g L. Vmmium. al. Numium. al. Numis. al. Muniū. al. Vuliniū. al. Maniū.
* id eſt, manumittam te etiam ante promiſſā diem, ſi adueneris.

ARGVMENTVM.

Cohortatio ad valetudinem curandam.

M. T. C. TIRONI, S. P. D. 15

ARGV-

AEgypta * ad me venit pridie Idus Aprileis. Is etſi mihi nuntiauit,te planè febri carere,& bellè habere:tamen, quòd negauit te potuiſſe ad me ſcribere,curam mihi attulit,& eo magis,quòd Hermia,quem eodem die venire oportuerat, non venerat. Incredibili ſum ſollicitudine de tua valetudine:qua ſi me liberaris, ego te omni cura liberabo. Plura ſcriberem, ſi iam putarem libenter te legere poſſe. Ingenium tuum, quod ego maximi facio, confer ad te mihi, tibíque conſeruandum. Cura te etiam atque etiam diligenter. Vale. Scripta iam epiſtola, Hermia venit. Accepi tuam epiſtolam vacillantibus literulis:nec mirum,tã graui morbo. Ego ad te Ægyptam *h* miſi, quòd nec inhumanus eſt,& te viſus eſt mihi diligere,vt is tecum eſſet:& cum eo cocum,quo vtererere. Iterum Vale.

* ſerui nomen.

h L. remiſi.

ARGVMENTVM.

De Tirone manumiſſo gratias agit & gratulatur.

Q. C. M. CICERONI FRATRI, S. P. D. 16

DE Tirone,mi Marce,ita te, meúmque Ciceronem,& meam Tulliolam, tuúmque filium videam,vt mihi gratiſſimum feciſti, cùm eum indignum illa fortuna,nobis amicum,quàm ſeruum eſſe maluiſti. Mihi crede,tuis,& illius literis perlectis,exſilui gaudio,& tibi & ago gratias, & gratulor. Si enim mihi Statij *i* fidelitas eſt:tantæ voluptati:quanti eſſe in iſto hæc eadem bona debent, additis literis, ſermonibus, humanitate, quæ ſunt his ipſis commodis potiora? Amo te omnibus equidem *k* maximis de cauſis, verùm etiam propter hanc,vel quòd mihi ſic,vt debuiſti,nuntiaſti. Te totum in literis vidi. Sabinis pueris & promiſi omnia,& faciam. Vale.

i al. fidelitas,&frugalitas eſt tãt.

k L. maximis cauſis.

ARGVMENTVM.

Reprehendit,modeſtè tamen, Tironem, qui Latinè minus propriè dixerat,valetudini fideliter inſeruire.

M. T. C. TIRONI, S. P. D. 17

VIDEO, quid agas. tuas quoque epiſtolas vis referam in volumina. Sed heus tu, qui κανὼν eſſe meorum ſcriptorum ſoles, vnde illud tam ἄκυρον, VALETVDINI FIDELITER INSERVIENDO? Vnde in iſtum locum, FIDELITER, venit? cui verbo domicilium eſt proprium in officio: migrationes in alienum, multæ Nam & doctrina, & domus, & ars, & ager etiam, fidelis dici poteſt: vt ſit, quomodo Theophraſto placet, verecunda tralatio Sed hæc coram. Demetrius venit ad me: a quo quidem comitatu * ἀφωμίλησα: ſatis ſcis. Tu eum videlicet non potuiſti videre. cras aderit. videbis igitur. Nam ego hinc perendie manè cogito. l Valetudo tua me valde ſollicitat: m ſed inſerui, & fac omnia. tum te mecum eſſe, tum mihi cumulatiſſimè ſatisfacere n putato Cuſpio quòd operam dediſti, mihi gratum eſt. valde enim eius cauſa volo. Vale.

ARGVMENTVM.

Cùm epiſtolam ſuam Cicero poſt manumiſſum Tironem inſcripſiſſet, hoc modo, M. TVLLIVS CICERO, M. TVLLIO TIRONI, *veritus inuidiam Tiro, non ſic ſcribendum, ſed vt ante manumiſſionem, monuit. Reſpondet Cicero ſe M. Tullio Tironi inſcripturum, neque eo tantùm modo ſed & ſuo Tironi. Tironi melius eſſe factum gratulatur: cùmque rogat, vt valetudini indulgeat, & alia quoque breuiter attingit.*

TVLLIVS † TIRONI, S. P. D. 18

QVID igitur? non ſic oportet? Equidem cenſeo ſic, addendum etiam, ſuo. ſed, ſi placet, inuidia vitetur: quam quidem ego ſæpe contemſi. I Tibi o διαφόρησιν gaudeo profuiſſe ſi verò etiã Tuſculanum, dij boni, p quanto mihi illud erit amabilius? Sed, ſi me amas, quod quidem aut facis, aut perbellè ſimulas, q quod tamen in modum procedit: ſed, vt vt eſt, indulge valetudini tuæ: cui quidem tu adhuc, dum mihi deſeruis, ſeruiſti non ſatis. ea quid poſtulet, non ignoras: πέψιν, ἀκοπίαν, περίπατον σύμμετρον, r ἄ τέρψιν ἄλυαν τί-

* Manu. ἀφωμιλήσας locus Victor. & Lamb. videtur corruptus.
l v. c. Valitudo.
m L. ſed ei inſerui.
n al. putabo.
o v. c. ἀιαφώνησιν. vel, διαφώνησιν.
p q. v. c. quãto illud mihi erit.
q L. quod tamen mirâ in modum procedit.
r τρίψιν.

κοιλίας. Fac bellus reuertare. non modo te, ſed etiam Tuſculanum noſtrum plus amem. Parrhedrũ exeita, vt hortum ipſe cõducat. Sic olitorem ipſũ commouebis. s Heluo nequiſſimus ſeſtertia ducenta dabat nullo aprico horto, nullo emiſſario, nulla maceria, nulla caſa. Iſte nos tanta impenſa derideat? calface hominem, vt ego t Othonem. Itaque abutor coronis. De * Crabra quid agatur etſi nũc quidem etiam nimium eſt aquæ, tamen velim ſcire. Horologium mittam, & libros, ſi erit ſudũ. Sed tu nullóſne tecum libellos? an pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. A. Ligurius Cæſaris familiaris mortuus eſt, * bonus homo, & nobis amicus. Te quando exſpectemus, fac vt ſciam. Cura te diligenter. Vale.

s L. Salaco. al. Helico. al. Heruco. al. Filico. Vict. Heluo.
t L. Mothonem. al. Mutonem. al. Motonem.
* de Crabra aqua meminit idẽ Cicero 3. cont. Rul. 18.
* bellus alij.

ARGVMENTVM.

De literis. De Demetrio. De Aufidiano.

M. T. C. TIRONI, S. P. D. 19

EXSPECTO tuas literas de multis rebus: teipſũ multò magis. Demetrium redde noſtrum, & aliud, ſi quid potes boni. De Aufidiano nomine nihil te hortor. ſcio tibi curæ eſſe: ſed confice. Et, ſi ob eam rem moraris, accipio cauſam. v ſi te id nõ tenet, aduola. Literas tuas valde exſpecto. Vale.

v q.v.c. ſi id te non tenet.

ARGVMENTVM.

De valetudine Tironis. De libris componendis. De Olitore. De reditu Tironis.

M. T. C. TIRONI, S. P. D. 20

SOLLICITAT ita viuam, me tua, mi Tiro, valetudo: ſed confido, ſi diligentiam, quam inſtituiſti, adhibueris, citò te firmum fore. Libros compone, x indicem cùm Metrodoro lubebit, quando eius arbitratu viuendum eſt. cum olitore, vt videtur. Tu potes Kalendis ſpectare gladiatores, poſtridie redire: & ita cenſeo. Verùm, vt videbitur. Cura te, ſi me amas, diligenter. Vale.

x L. videlicet cùm.

ARGUMENTUM.

De ſuo ad virtutem ſtudio. De prædio à Tirone empto. Scripta vel Antonio & Dolabella Coſs. vel ſaltem Fabio & Trebonio. Nam paulò ante Antonium & Dolabellam Conſulem Athenas iuiſſe, ex multis Ciceronis epiſtolis conſtat.

C. FIL. TIRONI SVO DVLCISS. S. P. D. 21

CVM vehementer tabellarios exſpectarem quotidie, aliquando venerunt poſt diem XL. & VI. quàm à vobis diſceſſerant, quorum mihi fuit aduentus optatiſſimus. Nam cùm maximam cepiſſem lætitiam ex humaniſſimi, & cariſſimi patris epiſtola: tum verò iucundiſſimæ tuę literę cumulum mihi gaudij attulerunt. Itaque *y* me iam non pœnitebat, intercapedinem ſcribendi feciſſe: ſed potiùs lætabar. fructum enim magnum humanitatis tuæ capiebam ex ſilentio mearum literarum. Vehementer igitur gaudeo, te meam ſine dubitatione accepiſſe excuſationem. Gratos tibi, optatóſque eſſe, qui de me rumores afferuntur, non dubito, mi dulciſſime Tiro: præſtabóque, & enitar, vt in dies magis, magíſque hæc naſcens de me duplicetur opinio: Quare quòd polliceris te buccinatorem fore exiſtimationis meæ, firmo id, conſtantíque animo facias licet. Tantum enim mihi dolorem, cruciatúmque attulerunt errata ætatis meæ, vt non ſolùm animus à factis, ſed aures quoque à commemoratione abhorreant. Cuius te ſollicitudinis, & doloris * participem fuiſſe, notũ, exploratúmque eſt mihi: nec id mirum. I z Nam cùm omnia mea cauſa velles mihi ſucceſſa, tum etiam tua. ſocium enim te meorum commodorum ſemper eſſe volui. Quando igitur tum ex me doluiſti, nunc vt duplicetur tuum ex me gaudium, præſtabo. Cratippo me ſcito non vt diſcipulum, ſed vt filium, eſſe coniunctiſſimum. nam *a* cùm audio illum libéter, tum etiam *b* eius propriam

y q.v.c. me nõ iam pœnit.

* Lam. principem.

z L. nam cũ omnia mea cauſa velles: tum etiam t. (mihi ſucceſſa) non agnoſcit.

a Lamb. cũ & audio illi.

b q.v.c. propriam eius.

priam ſuauitatem vehementer amplector. Sũ totos dies cum eo, noctiſque ſæpenumero partem. exoro enim, vt mecum quàm ſæpiſſime cenet. Hac introducta conſuetudine, ſæpe inſcientibus nobis,& cenantibus obrepit, ſublatáque ſeueritate Philoſophiæ, humaniſſimè nobiſcum iocatur. Quare da operam, vt hunc talem, tam iucundum, tam excellentem virum, videas quàm primùm. Nam quid ego de* Brutio dicam? quem nullo tempore à me patior diſcedere: cuius cùm frugi, ſeueráque eſt vita, tum etiam iucundiſſima c coniunctio. non eſt enim ſeiunctus iocus à Philologia,& quotidiana συζήτησις. Huic ego locum in proximo conduxi &, vt poſſum, ex meis anguſtiis illius ſuſtento tenuitatem. Præterea declamitare Græcè apud Caſſium inſtitui: Latinè autẽ apud d Bruttium exercere volo. Vtor familiaribus,& quotidianis conuictoribus, quos ſecum Mitylenis Cratippus adduxit, hominibus & doctis, & illi probatiſſimis. Multùm etiam mecum eſt Epicrates, princeps Athenienſium,& * Leonides, & horum ceteri ſimiles. τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς, τάδε. De Gorgia autem quòd mihi ſcribis, erat quidem ille in quotidiana declamatione vtilis: ſed omnia poſtpoſui, dummodò præceptis * patris parerem. διαῤῥήδην enim ſcripſerat, vt eum dimitterem ſtatim. tergiuerſari nolui, ne mea nimia σπουδὴ ſuſpicionẽ ei aliquam importaret. Deinde illud etiam mihi ſuccurrebat, graue eſſe, me de iudicio patris iudicare. Tuum tamen ſtudium, & conſilium, gratum, acceptúmque eſt mihi. Excuſationem anguſtiarum tui temporis accipio. ſcio enim, quàm ſoleas eſſe occupatus. Emiſſe te prædium vehementer gaudeo: felicitérque tibi rem iſtam euenire cupio. Hoc loco me tibi gratulari, noli mirari. eodem enim ferè loco, tu quoque emiſſe te, feciſti me certiorem. e Habes vbi deponendæ tibi ſint vrbanitates ruſticus, Roma

* al. Bruto.

c L. conuictio. & ita v.c.

d L. Bruttum.

* 15. Attic. ep. 16.

* quo magiſtro fortè didicit Cicero filius, bibere binos congios ſimul. Plin. li. 14. c. vltimo.

e L. Habes: deponendæ tibi ſunt vrb.

manus factus es. Cùm ego mihi nunc ante oculos tuum iucundiſſimum conſpectum propono, videor videre ementem te ruſticas res, cum villico loquentem, in *lacinia ſeruantem ex menſa ſecunda ſemina. Sed quod ad rem pertinet, me tum tibi defuiſſe, æquè, ac tu doleo. Sed noli dubitare, mi Tiro, quin te ſubleuaturus ſim, ſi modò fortuna me: prælertim cùm ſciam, communem nobis emtū eſſe illum fundum. De mandatis, quod tibi curæ *f*fuit eſt mihi gratum. Sed peto à te vt, quàm celerrimè mihi librarius mittatur, maximè quidem Græcus: multum enim mihi * eripitur operæ in exſcribendis * hypomnematis. Tu velim in primis cures, vt valeas, vt vnà συμφολογεῖν poſſimus. g † Antherum tibi commendo. Vale.

* pars veſtis extrema & laxior. Plau. in Mercatore pro ſudariolo accipit. Sume, inquit, laciniam, atq. abſterge ſudorem tibi.
f L. fuerunt.
* L. deripitur.
* ferrè Cratippi commentarij fuere qui nominantur. 3. Officior.
g al. Anterum.

ARGVMENTVM.

Valetudinem commendat: reliquæ epiſtolæ partes de variis rebus agunt. Scripta eſt, Tirone iterum ægrotante, cùm eſſet in vrbe Tiro, Cicero verò in agris, vt licet coniicere ex ipſa epiſtola.

TVLLIVS TIRONI, S. P. D. 22

SPERO ex tuis literis tibi melius eſſe: *h* cupio quidem certè. Cui quidem rei omni ratione cura vt inſeruias, & caue ſuſpiceris, contra *i* volūtarem meam te facere, quòd non ſis mecum. mecū es, ſi te curas. Quare malo te valetudini tuæ ſeruire, quàm meis oculis, & auribus. Etſi enim & audio te, & video libenter: tamen hoc multò erit, ſi valebis, iucundius. Ego hîc ceſſo, quia ipſe nihil ſcribo: lego autem libentiſſimè. Tu illic, ſi quid librarij mea manu non intelligent, monſtrabis. † Vna omnino interpoſitio difficilior eſt: quàm ne ipſe quidem facilè legere ſoleo, * de quadrimo Catone. De triclinio, cura: vt facis. Tertia aderit, modò ne Publius rogatus ſit. Demetrius iſte nūquam omnino Phalereus fuit: ſed nunc planè Billienus

h q. v. c. cupio certè.
i q. v. c. contra meā voluntatem.
* de Catone quatuor annos nato Cato cū in domo M. Druſi auunculi Trib. pleb. eſſet, Latinis petentibus ciuitatem, & ſe pręcipitē illum datu ros ioco minantibus, quadrimus conſtantiſſimè negauit. Ita explicauit hunc locum Faërnus & Vrſinus: alij intelligunt librū, quem ille conſcripſit de laudibus Catonis Vticenſis.

lienus eſt. Itaque te do vicarium. tu eum obſeruabis. Etſi: Verumtamen de illis: noſti cetera. Sed tamen, ſi quem cum eo ſermonem habueris, ſcribes ad me, vt mihi naſcatur epiſtolæ argumentum, & vt tuas quàm longiſſimas literas legam. Cura, mi Tiro, vt valeas. hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

ARGVMENTVM.

Hortatur vt profeſſionem faciat, ſcribítque ſibi eſſe in animo Antonij amicitiam velle conſeruare.

TVLLIVS TIRONI SVO, S. P. D. 23

TV verò cõfice* profeſſionem, ſi potes. etſi hæc pecunia ex eo genere eſt, vt profeſſione non egeat. Verumtamen Balbus ad me ſcripſit tanta ſe* epiphora oppreſſum, vt loqui non poſſit. Antonius de lege quid egerit. liceat modò ruſticari. Ad Bithynicum ſcripſi. De Seruilio tu videris, qui ſenectutem non contemnis. Etſi Atticus noſter, quia quondam me commoueri * πανικοῖς intellexit, idem ſemper putat, nec videt, quibus præſidiis philoſophiæ ſeptus ſim: & hercule, quòd timidus ipſe eſt, θορυβοποιεῖ. Ego tamen Antonij inueteratam ſine vlla offenſione amicitiam retinere ſanè volo: ſcribámque ad eum: ſed non antè, quàm te videro: nec tamen te auoco à ſyngrapha. *k* Gras exſpecto Leptam. *etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui ſermonis vtendum eſt.* Vale.

* id eſt, publicè denũcia omnia quæ poſſides.

* ἐπιφορὰ morbus eſt oculorum.

* πανικοὶ terrores ſunt repentini, quorũ cauſas Pani Deo tribuebat antiqui tas.

k γἰνω κινῆμης.

ARGVMENTVM.

De rebus domeſticis & publicis. Scripta poſt Cæſaris obitum. Antonio & Dolabella Coſs.

TVLLIVS TIRONI, S. P. D. 24

ETSI manè Harpalum miſeram: tamen, cùm haberem, cui rectè darem literas, etſi noui nihil erat, iiſdem de rebus volui ad te ſæpius ſcribere: non quin confiderem diligentię tuæ: ſed *l* rei me magn tudo mouebat. *Mihi prora, & puppis*, vt Græcorum prouerbium eſt, fuit à me tui dimittẽdi, vt rationes noſtras explicares Ofilio: & Aurelio

l L. rei magnitudo me moueb. & ita v. c.

vti

vtrque ſatis fiat. * A flamma, ſi non potes *m* omnem, partem aliquam velim extorqueas: in primiſque vt expedita ſit penſio Kalendis Ian. De * attributione, conficies. De repræſentatione, videbis. De domeſticis rebus, hactenus. De publicis omnia mihi certa, quid Octauius, quid Antonius: quæ hominum opinio: quid futurum putes. Ego vix* teneor, quin *n* acurram. *o* † Sed ſcilicet literas tuas exſpecto: & ſcito Balbum tum fuiſſe Aquini, cùm tibi eſt dictum, & poſtridie Hirtium. 2 Puto vtrumque* ad aquas Scinas. Quid egerint. Dolabellæ procuratores fac* vt admoneantur. appellabis etiam *p* Papiam. Vale.

* al. à Flamma ſcilicet debitore.
m L. omne & ita q.v.c.
* de aſſignatione, quá Ciceroni Dolabella, diuortio facto cũ Tulliola eius filia, debebat.
* al. vix teneo, ſc. me.
n al. occurram.
o L. Sed literas t. fort. Sed ſt. lit.
* Turneb. ad aquas Emas quid egerint. Manut. aquas Scienas. L. aquas Xenav. Victo. aquas, ſed quod egerint.
* al. admoneamur.
p al. Puppium.

ARGVMENTVM.

Literas à Tirone requirit.

CICERO FIL TIRONI, S. P. D. 25

ETsi iuſta, & idonea vſus es excuſatione intermiſſionis literarum tuarum, tamen id ne ſæpius facias rogo: nam etſi *q* de reip. rumoribus, & nunciis certior fio, & de ſua in me voluntate ſemper ad me perſcribit pater: tamen de quauis minima reſcripta à te ad me epiſtola ſemper fuit gratiſſima. Quare cùm in primis tuas deſiderem literas, noli committere, vt excuſatione potiùs expleas officium ſcribendi, quàm aſſiduitate *r* literarum. Vale.

q L. de rep.
r q.v.c. epiſtolarum.

ARGVMENTVM.

Literas ab eodem Tirone etiam ſine argumento petit.

Q. CICERO TIRONI SVO, S. P. D. 26

VErberavi te cogitationis tacito duntaxat conuicio, quòd faſciculus alter ad me iam ſine tuis literis perlatus eſt. Non potes effugere huius culpæ *s* pœnam: te patrono Marcus eſt adhibendus: iſque diu, & multis lucubrationibus commentata oratione, * vide vt probare poſſit, te nõ peccaſſe. Planè te rogo ſicut olim matrem noſtram facere memini, quæ lagenas etiam inaneis obſignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuiſſe, quæ furtim eſſent exſiccatæ: ſic tu etiam ſi, quod ſcrii

s q.v.c. pœnam. tibi patronus Marcus eſt adh.
* al. vereor.

ſcribas,non habeb s, ſcribito tamen ne furtũ ceſſationis quæſiuiſſe videaris. Valde enim mihi ſẽper & vera,& dulcia tuis epiſtolis nuntiantur. Ama nos,& vale.

ARGVMENTVM.

Inuehitur in Hirtium & C. Panſam Cõſules,deſignatos. Beneuolentiam ſuam in Tironem ſignificat.

Q. C. TIRONI SVO, S. P. D. 27

MIRIFICAM mihi verberationem ceſſation s epiſtola dediſti. Nam,quæ parciùs frater perſcripſerat, verecund a videlicet,& propera tione,ea tu ſine aſſentatione,vt erant,ad me ſcripſiſti, & maximè de conſulibus deſignatis: quos ego penitus noui libidinum & languoris effæminatiſſimi animi plenos: qui niſi à gubernaculis receſſerint, maximum ab vniuerſo naufragio periculum eſt. Incredibile eſt,quæ ego illos ſcio oppoſitis Gallorum caſtris in æſtiuis feciſſe: quos ille latro, niſi aliquid firmius fuerit, ſocietate vitiorũ deliniet. Res eſt aut tribuniriis,aut priu tis conſiliis munienda. Nam iſti duo vix ſunt digni,quibus alteri † Ceſenam,alteri * Coſſutianarum tabernarum fundamenta credas. Te, vt d xi, fero oculis. Ego vos ∨ ad III. Kal. videbo,tuóſq; oculos,etiã ſi te veniens in medio foro videro. x diſſuauiabor. Mẽ ama. Vale.

† L. Cæſenã; vet. man. quibus Sutianarum. al. man. Cẽſenã vnus. Vrſi. Cunſanarum. alter,Coſſutinarum.

* al. Coſſutinarum. al. Conſuntinarum. al. Conſutianarum. al. Sutianarum.

∨ L. a. d. IIII.

x v. c. diſſauiabor.

DIO-

DIONYSII LAMBINI MONSVROLIENSIS Emendationum rationes in libros Epiſtolarum M. T. Ciceronis ad Familiareis.

***

IN EPISTOLAM PRIMAM LIBRI PRIMI.

1 niſi perfecta re de me) *Sic diſtinguendum, non vt vulgò*, niſi perfecta re, de me non conquieſti. *Sic enim loquitur lib.6.epiſt.ad Ampium Balbum*, neq; vllo modo diuulgandum. de te iam eſſe perfectũ.

2 per eoſdem creditores.) *Quidam libri manuſcripti habent*, per eoſdem competitores: *quod nõ placet.*

3 nec admonitionibus reliquit locum.) *Legendum puto*, nec monitionibus. *Nam ſuprà non dixit admonere, ſed monere. Admonere certè videtur idem ferè valere quod* ὑπομιμνήσκειν: *quod eſt in memoriam redigere: Monere autem aliud eſt: verumtamẽ nihil muto.*

4 nam animaduertebatur.) *Sic eſſe legendum, etiãſi libri veteres reclamarent (non, vt vulgò,* nam aduertebatur) *faciliè indicabunt, qui aureis tritas habent Ciceronis lectione.*

IN EPIST. II.

1 cui quidem rei iam obſiſti non poterat.] *Secutus ſum libros manuſcr. niſi quod ex* quæ, *feci* quidem.

2 intendere cœpit.] *Libri veteres ferè omnes habẽt,* intendere cœpit: *quod quamobrem reiiciam, cauſam non video. Vulgati autem partim* contendere, *partim* intercedere. *Omnino* contendere *malim, quàm* intercedere, *atque adeò, quàm* intendere.

3 nam ei Bibuli ſententiam.) *Idem valet* ei *quod* ij, *ſic autem habent tres libri veteres Mẽmiani,*

&

& Clericanus paulò poſt,vocem primus,*quæ eſt antè* honeſtiſsimus,*in libris vulgatis , eorundem librorum veterum auctoritatem ſecuti ſuſtulimus.*

4 & vt quã rectiſsimè agantur,omni mea cura,*&c.*) *Hîc diſcrepant inter ſe libri manuſcripti,& hi à vulgatis. Nam quidam manuſcripti ſic habent* , agantur omnia mea cura,*&c.quam ſcripturam non improbo.quidam ſic*, & vt quàm rectiſsimè agatur omni mea , *&c. alij ſic vt edidimus.*

IN EPIST. III.

*In quibuſdam libris manuſcript. hæc epiſtola cum ſuperiore cohæret:in aliis ſeorſum poſita eſt,& tertia eſt , vt ordine,ita & numero,epiſtola. Quin etiam ab illo loco ſuperioris epiſtolæ,*Hæc ſcripſi ad XVI. kalendas Febr *nouæ epiſtolæ initium ducitur:ita vt ab illis verbis,vſque ad,* gratia prouidebo,*tertia numeretur epiſtola: &* , Aulo Trebonio,*&c.ſit quarta.*

1 gratioſiſsimus in prouincia fuit.) *Sic repoſui,codicem vnum manuſcr.ſecutus:atque ita ſine dubio legendum,etiã ſi nulli codices hanc lectionem confirmarent. Nam ceteri omnes habent,*gratiſsimus.

IN EPIST. IIII.

1 Vnúmque certamen eſſe relictum, ſententia Volcatij) *Legendum fortaſſe eſt,*cum ſentẽtia Volcatij, *&c. ſic enim loquuntur Latini* , Mihi cum illo certamen eſt relictum:ſeu reliquum,aliis ſuperatis. *Contrà nemo ſic loquitur,*Tu mihi es certamen.

2 magna inuidia) *Coniunctionem* quæ , *quæ erat in li. vulg ſuſtuli,fretus veteribus codicibus.*

3 aliò transferebant) *Sic habent omnes ferè manuſcri.*

IN EPIST. V.

1 ne aut eripiatur à nobis,) *&c. Videtur legendum,*ne aut eripiatur nobis,aut deſeratur, *deleto hoc toto,*regia cauſa,*quod facilè ſubintelligitur ex iis quæ antecedunt. Non celabo autem lectorem,me hic in libris manuſcr. tribus ſcriptum ·æpe iſſe,*excipiatur,*pro* eripiatur. *vnde ecquid boni elici poſſit,videbit lector eruditus.*

2 neque fide maiore.) *Libri ſcripti nonnulli habent,* neque fide maiorem : *quos non ſequor : alij,*neque fide

meliore, *eſſe legendum. Paulò antè duæ illæ voces*, cauſa regia,*ſuperuacanea videtur,vt diximus,quæ tamen reperiuntur in libris manuſcr.*

omnium magno ſilentio:) *omnes fermè libri manuſ. habent*,nimium magno ſilentio:*ego tamen vulgatam lectionem magis probo.*

IN EPIST. VI.

1 quem in tuis rebus capio, max. ſcil) *Liber vnus manuſcript. habet*, quem in tuis rebus capio ſcilicet maximè conſol. ſp. s. *&c. ordine verborum mea ſententia,meliore. Quidam amicus meus, vir doctus & acutus, exiſtimat, hoc totum*, quem in tuis rebus capio ſcil. *eſſe natum ex annotatione,neque eſſe Ciceronis.*

2 quæ debilitat cogitationes & inimicorum, & pr.) *Sic habent omnes,quos vidi libri manuſcr. quos ſequor, quanquam vulgatam lectionem non damno:* qua debilitantur cogitationes,*&c.*

IN EPIST. VII.

1 & animo in te ſingulari. *Nulli veteres libri habent* in te,*quæ tamen mihi neceſſaria videntur.*

2 cuius propè in conſpectu.)*Multos abhinc annos Memius coniecerat ſic eſſe legendum, eiuſq; coniecturam probaueramus,quod multò fecimus impenſiùs,poſteaquam eã omnium veterum librorũ auctoritate vidimus confirmatã.*

3 qui per prouinciam tuam, atque imperij tui prouincias pecunias ei cred.) *Secutus ſum codices manuſc. in quibus ita ſcriptum eſt, quemadmodum edendum curauimus. Neque verò eſt quod cuiquam hac ſcriptura abſurda videatur. Nam aliquando plures prouinciæ vni attribuebantur, quemadmodum prouinciæ Ciliciæ tres* διοικήσεις *Aſiaticæ erant attributæ. Sic igitur Aegypto prouinciæ alia, prouinciæ erant attributa fortaſſe Cilicia & Cyprus.Cui rei argumento ſunt verba illa,ſuprà, hac eadem epiſt.*qui Ciliciam Cyprúmque teneas,*&c.Iam quin vulgata ſit corrupta,nemini erudito dubium eſt, quæ talis eſt*, qui per prouinciam imperij tui,*&c.*

4 quàm demtũ de fortuna. *Sic emendaueram decem abhinc annos in meo codice: cuius mei iudicij tuli fructũ, cum ita ſcriptum eſſe in omnibus libris manuſcr.comperi.*

dem-

demtum *autem, id eſt detractum, quod opponitur illi,* additum. *Aliud porrò eſt, Adimere, aliud, Demere. Adimitur enim propriè totum: Demitur pars de toto.*

5 in omni reliqua tua vita.) *Libri noſtri veteres non habent* tua, *poſt* reliqua. *Quare delendum cenſeo.*

IN EPIST. VIII.

1 vt me dignitas, vtilitáſque cogit.) *P. Victorius ex ſuo cod. manuſcr. edendum curauit,* vt me pietas vtilitáſque cogit. *Quam ſcripturam confirmant Memmiani, in quibus eſt,* dietas: *d, enim eſt p, inuerſum. In alium librum item ſcriptum manu incidi, in quo ſcriptum eſt,* & vt commoditas vtilitáſque me cogit.

2 ſi quidem homines) *Sic habent nonnulli libri, & manuſcr. & vulgati: alij,* ſi quidam, *quod minus probo.*

3 culpa eorum qui à ſenatu, &c.) *Catonem ſignificat: qui publicanis, queſtu, in ſenatu, ſe cupiditate prolapſos, nimis magno publica conduxiſſe, vt locatio induceretur, poſtularant: aduerſatus eſt, & ita equites à ſenatu alienauit, & concordiam ordinum à Cicerone in conſulatu conſtitutam, opinione falſus, diſſoluit. Qua de re plura epiſtolarum ad Attic. lib. 1.*

4 noſtrum ſtudium extabit.) *Libri duo Memm. habent,* noſtrum ſtudium excitabunt. *Ego nihil muto.*

IN EPIST. IX.

1 vberiores & præſtantiores præſens.) *Sic habent omnes codices Memiani: præter vnum, in quo eſt,* & præſentiores, *quo modo P. Vict. in ſuo manuſ. ſcriptū reperit.*

2 ac ſingularia ſtudia deb.) *Vocem, ſtudia, quam negant quidā in codi. antiq. reperiri, nos in noſtris reperimus.*

3 vt integram mihi de cauſa Camp. ad ſ. red. rem ſeruarem.) *Sic hunc locum reſtitui, leui immutatione facta: nempe ex* integrū *feci* integrā: *ex* reſeruarem *autē,* rem ſeruarem. *Sic enim loquitur Brutus libro x i* totáque vobis integrā ſeruaui. *al.* reſeruaui. *Quidam tamē ita hîc legendū cenſent,* vt integrū me de cauſa Cāp. ad ſ. r. ſeruarem. *quibuſcum non pugnabo. Sic enim loquitur libr. 7. epiſt. ad Attic.* Quod me amiciſſimè

admones,vt me integrũ, quoad poſſim ſeruem, gratum eſt *Porrò vulgata lectio*, vt integrũ,mihi de cauſa Camp. ad ſuum red reſeruarem(*à qua non diſcrepant nonnulli libri veteres)ferri non poteſt.*

4 non dicam quid acciderit.] *Sic habent omnes libri: ſed legendum videtur,* non dicam per quos acciderit. *vel,*qui acciderit.*Suprà autem,ibi,*ſingularis bonorum omnium conſenſio, *noſtri quoque libri veteres ferè omnes habent* conſenſus,*pro* conſenſio,*vt Victorius teſtatur ſe in ſuo antiquiſſ.reperiſſe:nos tamen* conſenſio,*retinuimus:quod & Manutius magis probat,& in aliis veteribus comparere affirmat.*

5 tantùm dicam breui,&c.] *Legendum videtur* breuiter.*Nam cùm dicimus* breui *ferè ſubintelligitur, tempore,Chariſius tamen notat,dictum eſſe à M. Tullio* breui, *pro* breuiter,*lib.* 1. *de Oratore ad Q. Fr.* ac ne plura, quæ ſunt innumerabilia conſecter, comprehendam breui. *Vbi tamen quidam legunt* breuiter *verumtamen nihil vtrobique muto & ſubintelligo,*ſermone.

6 qui meos ciueis & à me conſeruatos.) *Sic habent omnes Codices Memmiani,& item Clericanus, & ita edendum curauit P. Victorius:neque verò eſt quod cuiquã durum videatur hoc loquendi genus.*noſtrum conſilium, qui noluerim : *nam* noſtrum *poſitum pro* meum : *in Meum autem ineſt,Ego.*

7 ſi iis pro me ſtante pugn. lic.) *Noſtri libri veteres non habent præpoſitionem* pro,*& verò videtur abeſſe poſſe,quamquam non ſum auſus tollere:videri enim poſſit non inanis,& non eſt inconcinna antitheſis, Pro ſtante pugnare. Afflictum excitare.*

8 Recreati enim cùm eſſent boni viri,&c (*Cùm reperiſſem in noſtris libris omnibus manuſcr.*Recreati boni viri,&c. excitati,&c. *in caſu recto,non, vt in vulgatis,* Recreatis enim bonis viris,&c.& excitatis,&c. (*quæ lectio,propter tot caſus ablatiuos concurrenteis duriuſcula eſt)his duabus vocibus additis, ſiue ſuppletis potiùs(quippe quas à ſcriptore librario prætermiſſas eſſe veriſſimile eſt)*cùm eſſent,*ſic hunc locum reſtitui,* Recreati enim cùm eſſent boni viri,&c.

primùm

9 primùm ille fur. *&c.) Secutus olim fueram Petri Victorij coniecturam*, illa furia muliebr. rel. *antiqua ſcriptura reiecta*, illa furta muliebr. *&c. cũ propterea quod hiſtoriæ repugnat, tum propter locutionis ac ſermonis nouitatem ſiue potius inſolentiam, & ſolœciſmum:* illa furta, qui, *&c. Poſtea etiam Petri Victorij coniecturam improbaui, cùm propter alias cauſas, tum maximè propterea quia Clodius non idcirco poteſt dici furia religionum fuiſſe, quòd muliebri veſtitu ſumto, domum Cæſaris, in qua ſacrificium à mulieribus pro populo fiebat, noctu introierit. nam per furiam religionum intelligeremus potiùs vexatorem, & vt ita dicam, inſectatorem. nunc autem non ſignificat hoc M. Tullius, neque hoc ſentit: ſed hoc potiùs Clodiũ, qui muliebribus religionibus furtim interfuerit, vel qui domi Cæſaris, in qua Bonæ Deæ ſacra à mulieribus fiebãt (ad quæ ſacra non licebat viris adire) cum veſte muliebri deprehenſus fuerit: hunc Clodium, inquam à Milone de vi poſtulatum, à iudicibus fuiſſe abſolutum. Quare legendũ prorſus arbitror*, ille fur muliebrium religionum, *&c. quo modo etiam in vno libro typis impreſſo reperi.*

10 egregia animi alacritate afuerit. *) Sic edidit P. Victorius: ſic habent codices Memmiani, & item Clericanus. Paulò pòſt vbi vulgati habent*, redire curarit, *illi habent* curaret. *Et paulò pòſt, non habent vocem* animo*: ſed hoc tantum*, fractum fuiſſe: in quo, *&c.*

11 cunctis ordinibus hominibúſque incumbentibus.) *Libri manuſcr. non habent* c pulam *poſt* hominibus *: cetera cum vulgatis conſentiunt: vnde ego legendum puto*, cunctis ordinibus, diis, hominibus, incumbentibus.

12 tum eum nec perſuadendo, *&c.) Sic hunc hunc locum emendandum eſſe arbitror, leui immutatione facta. Alij autem ſic*, cùm eum non perſuadendo, ſed cogẽdo, *&c. Alij hunc locum non tangentes, neque quidquam in eo mutantes legunt paulò poſt*, quem perſuaderi, *pro*, cùm perſuaderi.

13 & laudabuntur iidem.) *Hemiſtichium carminis Heroici: quod cùm ſit in proſa oratione vitioſum, ſuſpectus hic locus eſt, aut certè notandus.*

14 dixi me facere quiddam, quod in Eun.) *legendum*

fortaſſe eſt, me facere idem, quod, *&c.*

15 Tu par pari referto.) *Sic eſt legendum, non vt vulgò, par pro pari, &c. Nã primùm libri nulli veteres, quos quidem viderim, habent* prò: *deinde nonnulli ſic habent, vt nos edidimus: poſtremò Latini ſermonis lex poſtulat vt ita legatur*, par pari referto.

16 reſiduum tamen, inſciente me fuiſſet, *&c.*] *Pleriq; libri veteres, quibus vſi ſumus, habent*, reſiduum tamen inſciente me fugiſſet, *&c. de qua ſcriptura iudicet lector eruditus.*

17 non temporum ſolùm rationem meorum.) *Tres è noſtris libris veteribus habent, mendoſè illud quidem, ſed tamen habent*, rationem eorum, *pro* rationem meorũ. *quod eo conſilio notaui, vt id repeteret memoria lector quod non ſemel admonui, librario illos ſcriptores ſæpe, cùm vox ſequens ab eadem litera initium caperet, in qua ſuperior proximè antecedens deſineret, alteram ex iis literis præterire conſueuiſſe.*

18 Quod rogas, *&c.*) *In quibuſdam libris & manuſcr. & vulg. ab hoc loco ducitur initium nouæ epiſtolæ; ſed minus rectè. nam appendix eſt ſuperioris tantùm.*

19 neque ita multæ vt pertimeſcas.) *Sic habent omnes codices Memm. ſed P. Victorius edẽdum curauit*, ne pertimeſcas.

20 treis libros in diſputatione ac dialogo de oratore.] *Hoc totum*, in diſputatione ac dialogo *alienum videtur & ſubdititium.*

21 dignitatem, liberalitatem.) *Sic habent codices Memmiani, niſi quòd in vno cùm ſcriptum ſit*, libertatem, *adiectæ ſunt eadem manu ſupra tres hæ literæ* ali. *quæ adiectio ſignificat ſcriptorem voluiſſe legi* liberalitatem. *Omnino ego malo* liberalitatem, *cùm propter alias cauſas, tum quia paulò poſt dicit, non poſſe Lentulum ſine ſuſpicione cupiditatis prouinciam retinere, quod & Manutius notauit.*

22 felicitate quidem vellem, *&c.*] *vel ex hoc loco nos ſæpe cùm in aliis rebus, tum in his literis mutare ſentẽtiã, nobiſq; aliud aliàs videri, intelligere licet. Nam cùm olim ſic legendum exiſtimaßem, quomodo & Manutio viſum eſt, & habent omnes ferè recentiores editiones,* facilitate

autem, quod vellem conſequi potuiſſe,*&c. ad hunc ipſum locum, hæc olim adſcripſeram: Sic puto legendũ: & ita habent codices Memmiani, & vulgati. P. autem Victorius edidit,*felicitate quidem*:quę modò habent alij noſtri codices veteres. Cuius ſcripturæ quamuis rationem videam (ſignificat enim fortunæ beneficio Lentulum conſequi potuiſſe,vt ne publicanos offenderet, idq́ ſe optare) tamen hanc receptam facillimè tueri poſſum: vt dicamus, facilitatem ſignificare æquitatem quandam,& lenitatem, & iuris remiſſionem, iuri ſummo contrariam: ſententiã non acrem,neque ſeueram, neque omni ex parte cũ ſummo iure conſentaneam: quemadmodum vſurpauit Philip. lib. ix. ſub extremum* Itaque quæ proficiſcebantur à legibus, & à iure ciuili ſemper ad facilitatem, æquitatémque referebat. *Malim tamen hîc legi*, Facilitate tamen,*&c. Hæc igitur olim ad hæc verba annotaram, cùm mihi ita legendum videretur: nunc autem, ſententiæ mutatæ hanc inprimis rationem affero, quod æquitas & facilitas idem ferè hoc loco ſignificant. Cùm igitur paulò antè æquitatis nomen poſuerit, qua Lentulum fatetur in cauſa publicanorum vſum eſſe, qua tamen publicanorũ voluntatem offenderit: non potuit eadem re conſequi Lentulus ne publicanos offenderet. Debêt ergo hic aliud nomen eſſe, quàm æquitas, ſiue facilitas. At nullum aliud eſſe poteſt niſi felicitas. Legendum igitur, vt edidi*, felicitate quidem vellem conſequi pot. *vel quod malim,*felicitate tamen vellem conſequi potuiſſ.

IN EPIST. I. LIB. II.

1 quodque in omnib. reb.*&c.) Hæc interpunctio mihi videtur recta: quamuis aliter ſentiat Manutius: à quo peto vt bona eius venia ab eo diſſentire liceat.*

2 ſic ad nos confirmatus reuertare.*) Legendum fortaſſe eſt,*conformatus. IN EP. IIII.

1 quarum laudum gloriam adamaris.) *Sic edidit P. Victorius: ſic habẽt codices Mẽmiani. vulgati autẽ pleriq; quibuſcum conſentiunt tamen nonnulli veteres,*admiraris.

IN EPIST. IX.

1 Ego voluptatem animi nimiam.) *Verſus Trabeæ,* Ego voluptatem animi nimiam, ſummum errorem

eſſe puto. *Errat autẽ Rinius, qui ex neſcio quo vetere codice ſic legendum cenſet*, Ego voluptatem hominũ nimiã: *quamuis me quoque in vno codice Mẽmiano ita ſcriptum reperiſſe non negem*: hominum *inquam, pro* animi. *Errant æquè qui vel* homini, *vel* habui, *legunt.*

IN EPIST. XI.

1 ſcripſi enim hæc ipſis Megaleſiis. *Sic repoſui, libris omnibus repugnantibus atque inuitis, ſola ratione & veritate fretus. Nam Megalenſes & Megalenſia & Megaleſibus, neque Græcè, neque Latinè dici poteſt.*

IN EPIST. XII.

1 Ita moleſtè Quinquatrus.) *Nihil muto: veruntamen non pigebit me lectorem admonere, ex Chariſio libro* 1. *Inſtit. Gramm. licere cognoſcere, etiam Quinquatres dici à Latinis genere maſculino. Sic enim ille Quinquatres.* παναθήναια, *ſentes, &c. Quin ego ita in vno libro manuſcr. ex noſtris reperi.*

IN EPIST. XIII.

1 quoniam κωμικὸς μάρτυς, vt opinor, accedit Phania] *Secutus ſum codices quoſdam vulgatos: in his, Lugdunenſeis. Nam omnes manuſcri. quos quidem viderim, habent* accidit, *præter vnum in quo ſcriptum eſt*, occidit: *& ſuprà ſcriptum, id eſt, mortuus eſt: ſed ita vt facilè appareat ex* a *vocali factum eſſe* o, *recentiore manu. Erat autem hic Phania Appij libertus, vt intelligere licet ex ep.* 1. *&* 5. *lib.* 3. *Itã* κωμικὸς *lego, non* οἰκικὸς, *neque* οἰκοθεν.

2 Quid ais? Cæſarem nunc defendit Curio?] *Secutus ſum libros vulgatos, & hiſtoriæ rationem. Nam ex libro octauo Epiſt. licet intelligere Curionem defendiſſe Cæſarẽ, & iis acriter reſtitiſſe qui Cæſarem ex prouincia retrahere conarentur. Hæc eò ſcripſi, quòd quidam ſecuti nonnullos codices manuſcriptos mendoſos legunt.*

IM EPIST. XV.

1 Cæſari honeſtiſſimè cupio] *Quidam libri habent*, Cæſarem honeſtum eſſe cupio, *quæ ſcriptura non eſt reijcienda: ſed*, Cæſari honeſtiſsimè cupio (*quæ ſimiliter in nonnullis reperitur*) *magis probo. Mendosè autem operæ olim fecerunt* honeſtiſsimè eſſe cupio, *cùm in exemplo eſſet*, honeſtiſsimè cupio, *ſine verbo* eſſe.

2 neque

2 neque erat ſuperiore honore vſus.] *Sic habent omnes libri veteres, quos quidem viderim: niſi quod in nonnul'is legitur* vllus *vnde coniicere quis poſſit legendum eſſe*, neque erat ſuperior honore vllus: *&c. quo modo locutus eſt ep.* 18 *eiuſdem libri.* Habes enim neminem honoris gradu ſuperiorem.

3 omneis Caſsios.) *quidam legunt*, iuuenes Caſsios.

IN EPIST. XVI.

1 eo ſi onere carerem.] *Duo libri Memm. habent*, eo ſi honore carerem. *Voluit ſcilicet ſcriptor librarius, aut certè debuit, ſcribere*, honere. *quo modo ſæpe ſcriptum reperitur hoc nomen in libris manuſcr.*

2 Quod autem in maritimis ſum facillimè, moueo.) *Codices tres Memm. habent*, Quod autem in mare ſum, ſubmoueo, facillimè nonn. ſuſp. *&c. Victorius edidit*, Quòd autem in mari ſum facillimè, moueo nonnullis ſuſp. *&c. in quo mutata duntaxat diſtinctio eſt, detracta ſyllaba* ſub, *quæ mea ſententia inanis eſt*, *niſi fortè pro* ſubmoueo, *legendum eſt*, commoueo.

3 nonne omnia potiùs, cur in ſent.) *Sic legendum*, cur in ſent. perm. *non, vt vulgò*, vt in ſent. permanerē *quamuis omnes libri reclament. ſic enim loquimur. Omnia acciderunt cur hoc vel illud facerem. Et ſuprà proximè ſic loquitur.* quid ergo accidit, cur conſil. mut.

4 Satis amplum patrimonium relinquam, memoriā nominis mei.) *Omnes ferè libri manuſcr. habent*, in memoriam *Vnde fortaſſe P. Victorius edidit*, in memoria. *ego nihil muto.*

5 hac tamen oblectabar ſpecula.) *Sic habent codices Memm & rectè: quamuis aliter ediderit P. Victorius, nēpe*, hoc tantùm, *&c.*

6 quas libertate ſua contraxerat.) *Sic legendum cenſent viri docti, reiecta vulgata lectione*, liberalitate: *referentes hoc ad accuſationem Appij, qua Dolabella, eius accuſator, Pompeium, Brutum, Lentulum, offenderat, quibus aſſentior: Et verò ſic habet codex vnus manuſcr. longè omnium optimus.*

7 Te tamen oramus.) *Codex vnus Memm. habet*, te tantùm oramus, *quæ ſcriptura non eſt reſpuenda.*

IN EPIST. XVII.

1 nec tum erant confectæ.) *Omnes libri veteres habēt,* nec tamen erant confectæ: *atque ita edidit P. Victorius. Porrò non celabo lectorem, principium huius epiſtolæ mihi non videri integrum: nam cùm infrà aliquot poſt verſibus dicat ſe vni epiſtolæ reſpondiſſe, venire ad alteram, videtur eſſe legendum,* Binas literas, *ſeu* Literas binas.

IN EPIST. XIX.

1 ornamenta in te proficiſcentur.) *Omnes libri manuſcr. & Memm. & alij noſtri habent,* ad te proficiſcentur: *nihil muto tamen. Nam ſic locutus eſt, 1. libr. 3.* Intelligo omnia, quæ à me profecta ſunt in te, tibi accidiſſe gratiſſima. *Præterea nulli habent* elaborabo, *nec vllum aliud verbum in eius locum, vnde ſuſpicor legendum* quæque *pro* quæcumque. *Nam ſublato verbo* elaborabo *ferri non poteſt* quæcumque.

IN EPIST. I. LIB. III.

1 verùm etiam, quod iuuet, curioſus] *Sic habent omnes ferè libri manuſcr. atque hanc ſcripturam pluribus verbis confirmat P. Victorius. vulgati autem, & pauci veteres,* quod vidi.

IN EPIST. III.

1 ea pro noſtra conſtantiſſima voluntate.) *Codices Memm. habent* , conſociatiſſima, *& ita P. Victorius edidit: nos nihil mutauimus: neque tamen antiquam ſcripturam damnamus.*

IN EPIST. IIII.

1 , duos enim duarum ætatum.) *P. Victorius ex Florētino cod. edendum curauit,* duo enim, *quod probo. ſic enim ſæpe veteres loquebantur. Noſtri nihil à vulgatis diſcrepant.*

EPIST. V.

1 reſtitueréſque & præparares.) *Legendum fortaſſe eſt,* & repararés, *&c.*

IN EPIST. VI.

1 quas quidem ex tuis intellexi, *&c. vocem* literis, *& quia eam non habent codices Memm. & quia ſuperuacanea videtur, ſuſtuli: quamuis eam P. Victorius retinuerit.*

2 prope iam vndecim menſum, *&c.) Sic edendum curaui , noſtros libros veteres ſecutus. Sic autem locutos*

eſſe interdum veteres ſcriptores, teſtantur Grammatici.

3 ne literas quidem vnas accepi.] *Sic repoſuimus, libris omnibus inuitis, leui immutatione factâ: cùm in illis legatur* vllas, *planè mendosè. Quam doctus quidam exiſtimat ita eſſe legẽdum, & ait lectionem longè fore venuſtiorem*, ne vnam quidem literam accepi, quæ me doceret, &c. *Ego non ſum auſus ita excudi iubere, tametſi non improbem. Sed vellem tamen excuſum eſſet, ordine mutato*, ne vnas quidem literas, &c.

IN EPIST. VII.

1 legati Apameani.) *Sic legendum videtur libris quibuſdam manuſcriptis inuitis, aliis approbantibus: non*, legati Appiani: *vt ſcriptũ eſt in nonnullis antiquis. Quamquam Appianos quoq; in eadem prouincia fuiſſe ex Plinio intelligere licet, lib. 5 cap. xxix.*

2 vt quid ſit ἐξοχὴ, quid ſit, εὐγένεια, &c.) *Nihil muto: quamuis in editione Florentina non ſit hoc membrum*, quid ſit ἐξοχὴ. *quod puto eſſe neceſſarium: & credibile eſt ab operis eſſe prætermiſſum.*

IN EPIST. VIII.

1 de improborum oratione, &c.] *Quidam libri veteres habent*, de improborum moderatione, &c. *alij nonnulli*, de impr. hortatione &c. *alij aliter. Vnde ſuſpicari poſſit aliquis hîc eſſe legendum*, de improborũ moratione, &c. *vt intelligamus: hos improbos ſignificari triumphum Appij m rari. vt in Diuinatione quoſdam oratores, moratores appellat. Verumtamen quia hîc de triumpho non agitur, puto nihil eſſe mutãdum, & coniecturam hanc eſſe inanem.*

2 breui.) *Breui, ſubintellige, ſermone.* βραχεῖ λόγῳ.

3 quid poteſt eſſe callidius.) *Sic habent omnes li bri manuſcripti, & nonnulli vulgati. Quidam legi volunt* incallidius, *quomodo ſcriptum eſt in aliis vulgatis, ego nihil muto, & ſic accipio vt ſit* εἰρωνεία.

4 quod te putem non nolle dici.) *Sic legendum eſſe declarat id quod ſequitur non longè admodum, ibi*, Hos ego ſermones, quòd & multi ſunt, & tuam exiſtimationem, vt ego ſentio, non offen

offendunt, laceſſiui nunquam, *&c. Nam hæc verba,* quod te putem non nolle dici, *hanc vim habent, de quo te putem non laborare ſi dicatur, qui aſcilicet exiſtimationem tuam non lædat. Quòd ſi liceret libris conſentientibus reponere,* quòd te putem non valde nolle dici, *vel ſic,* quòd te putem non nimium nolle dici, *&c. multò magis probarem.*

5 lædi ſe putat] *ſic habēt omnes libri & manuſcripti & vulgati. puto autem, obſcurè, & (vt ita dicam) obliquè ſignificari Appium ipſum. Atque idcirco quidam legendum putant,* lædi te putat: *quæ lectio multò planior ac facilior eſſet.*

6 vt hominis nobiliſſimi] *Codex vnus Memm. poſt vocem* nobiliſſimi, *habet* liberaliſſimi, *ſine copulatione. Vnde quidam ſuſpicantur, eiecta voce* nobiliſſimi, *legendum,* vt hominis liberaliſſimi. *quod mihi quoq; videtur.*

IN EPIST. X.

1 cari hominis (vt ſp.) apud ciuitates, *&c.*] *Sic habent quidem omnes, quos vidi, libri: excepto vno, in quo eſt* chari, *& altero, in quo,* clari: *veruntamen legendum putarim potiùs,* gratioſi, *ſic enim loquuntur Latini, Gratioſus apud ciuitates: Carus apud ciuitates verò, non item. dicerent enim potiùs, Carus ciuitatibus.*

2 Si verò effeceris vt cenſor creeris.) *Libri ferè omnes manuſcripti habent,* ſi verò efficis vt cēſores creentur, *&c. quomodo P. Victorius edendum curauit: quod non probo. Neque verò vllo modo ferri poteſt, vt declarant ea quæ ſunt in hac epiſtola extrema, & in* XVI. *&* XVII. *Suprà autem, vbi cōplures editiones habēt* inuitiſſimo, *legēdū* inuitiſſimè, *vt habēt alij libri & vulgati & manuſ.*

3 Cùm tibi, cuius mihi am.) *Celare lectorem non poſſum, nullo in codice antiquo, quem quidem viderim, à me repertum eſſe verbum,* video, *ibi,* ea tribui video: *ex quo mihi orta ſuſpicio eſt, eſſe alienum, & aliunde inuectum: totúmque hunc locum ſic eſſe legendum,* cùm tibi, cuius mihi amicitia non ſolùm ampla, ſed etiam iucunda eſt, ea tribui, quæ deb. *&c. vt* cùm & tū, *hìc intelligantur eſſe non aduerbia temporis, ſed copulationes, & infi-*

nitiuus

nitiuus tribui, *cogatur ab illo toto*, capio magnam voluptatem.

4 quoſdam memini qui dicerent, *&c.*) *Poſt* memini, *quidam libri veteres habent*, nimirum ex Epicteto, *vt teſtatur P. Victorius. nos in nullo ex noſtris reperimus: neque exiſtimamus, eſſe Ciceronis, Paulo Manutio aſſentientes, miróque Petro Victorio aliter videri nam hæc verba clamant ſe eſſe aliena, & foris profecta.*

5 quantum quæque voluit leg. t. datum induxit.) *Sic videtur legendum, atq; interpungendũ, ſententia optima. Quantum quæque ciuitas voluit legatis tuis datum, tantum in rationes induxit, id eſt, tantum in tabulas publicas expenſum retulit. Sic loquitur lib. 1. accuſ. Tutores pecuniam prætori ſi pupillæ nomine dediſſent, grandem præſertim, quemadmodum in rationem inducerent, quemadmodum ſine periculo ſuo dare poſſent, non videbant. Non diſſimulabo tamen plerosque libros veteres habere* induxit. *quod ſi probabimus, diſtinctionis nota, poſt* datum *erit locanda: hoc modo*, quantũ quæq; voluit leg. tuis datũ, indixit. *Atq; hanc lectionẽ æquè probo atq; ſuperiorem: & fortaſſe recta & vera eſt. Indicere autem poſitum pro Imperare, quomodo ſæpe vſurpant Latini, cùm dicunt Indicere tributum.*

IN EPIST. XI.

1 Ad te nihil. alterum enim, *&c.*) *Sic repoſui, libris omnibus reclamantibus. Hoc enim ſignificat, quod ad Appium attinet, nihil referre vtrum ſit abſolutus maieſtatis, an de ambitu: quia vtrumq; crimen æquè falsò ei illatum ſit, cùm maieſtatem populi Rom. auxerit, crimen ambitus non attigerit: ſed, quod ad rem & crimina ipſa attinet, intereſſe: quia crimen maieſtatis ſit obſcurum: ambitu verò ita apertum, vt aut accuſetur reus improbè, aut defendatur.*

2 Veruntamen ea eſt maieſtas (vt Sylla voluit) vt, *&c.*) *Maieſtatis crimen* (*inquit*) *ita obſcurum eſt, vt cuiuis liceat alterum declamare, id eſt, vt cuiuis liceat alterum, quaſi declamãdi, & exercendi ingenij cauſa, accuſare impunè, id eſt, ſine metu pœnæ.*

3 & maiora præſidia.) *Videtur hîc aliquid deeſſe, quod reſpon-*

reſpondeat ſuperiori illi, quam timebamus: *vt hoc totum ſic legi debere videatur* , video enim & pericula leuiora, quàm timebam, & maiora præſidia, quàm ſperabam.

IN EPIST. XIII.

1 propter quæ hæc elaborantur.) *Codices veteres habent,* laborantur : *& ita P. Victorius edendum curauit. ego nihil muto, & tamen antiquam ſcripturam probo.*

IN EPIST. IIII. LIB. IIII.

1 dixit ſe ſenatui, roganti de Marcello, ne ominis quidem cauſa negaturum.] *Sic edidit P. Victorius, eámque editionem ſecuti ſumus, ne optimo codici, quem ille ſecutus eſt, fidem derogaſſe videremur. Sed quamuis & ea omnia probemus quæ ſcribuntur à viro illo doctiſsimo, & ita habeant libri aliquot manuſcripti, vt edidimus : hanc lectionem tamen non probo, cùm multas alias ob cauſas, tum maximè quòd ea ſententia quæ huic loco accommodata eſt, ex his verbis elici atque exprimi non poteſt. dicebat enim Cæſar ſe ſenatui pro Marcello deprecanti non negaturum non ſolùm ne negando Marcellum patria priuaret, ſed ne male ominaretur. Quare ſic potiùs legendum videtur,* dixit ſe ſenatui, roganti de Marcello, ne ominis quidem cauſa, non negaturum *quo modo loquitur in ora. pro Roſcio Am.* Nolo in eos grauius quidquam ne ominis quidē cauſa dicere. *Liceret etiā ſic legere, & fortaſsis rectiſsimè.* dixit ſe ſenatui, roganti de Marcello , vel ominis quidem cauſa non negaturum.

2 & ad Cæſarem ſupplex accederet.] *Quidam legi volunt* accideret. *quod probo.*

IN EPIST V.

1 decreui breui ad te perſcribere.] *vel reponendum* breuiter, *vel ſubintelligendum, ſermone, aut oratione, aut tale quiddam, quod mihi durum videtur, tametſi Cariſius doceat ita locutos eſſe veteres.*

2 An illius vicem, credo doles?] *ſic eſt legendum, omnibus libris ſuffragantibus atque approbantibus : quamuis olim, Manutio aſſentiens (qui mauult legi,* At illius vicem credo, doles, *ſine interrogatione) aliter cenſuerim, libris omnibus reclamantibus. Sic autem loquitur Lucretius li. v. An, credo, in tenebris vita & mœrore iacebat, Donec diluxit*

luxit rerum genitalis origo?

1 ſi quis noſtrûm interiit.) *legendum fortaſſe eſt,* noſtrorum.

4 vnà cum rep. fuiſſe.) *Quidam legi volunt,* vnà cum rep floruiſſe.

IN EPIST. VII.

1 Hìc pro te vnius ſollicitudines) *ſic eſſe legendum intelliget qui hæc attentè leget. Hoc enim dicit* M.Tullius, *C.Marcellum fratrem, & ſe,pro* M. *Marcello deprecari, non autem precibus à* M. *Marcello contendere vt aliquid agat: Quòd ita eſſe,argumento id eſt quod proximè ſequitur, Nos cura & dolore proximi ſumus; precibus tardiores:quòd ius adeundi, cùm ipſi deprecatore eguerimus,non habemus.*

IN EPIST VIII.

1 virúmque fortiſſimum.) *P.Victorius edidit,* vnúmque fortiſſimum. *nos* virum fortiſsimum *retinemus: quòd hanc lectionem comprobent noſtri ferè omnes libri manuſcr.*

IN EPIST. IX.

1 Iſdem igitur te de rebus) *cùm in vno codice manuſ. reperiſſe ſcriptū.*Iiſdē igitur de te rebus , *ego* de te rebus *legendū eſſe indicaui. Iam* Iſdē *pro* Iiſdem *vſitatum fuiſſe veteribus ſcriptoribus, non ſemel admonuimus.*

2 ne ſuorum quidem,ſed ſuo] *ſic legendum,*ne ſuorum quidem,ſed ſuo, *vt habent omnes libri,non (vt olim editum eſt)*ne ſuo quidem,ſed ſuorū. *Quòd autem ſic olim editum eſt, mea nonnulla culpa eſt,qui, cùm amici cuiuſdam mei:viri docti, coniecturam adſcripſiſſem ad marginem exempli,quod Typographus ſecuturus eſſet:operis anſam peccandi præbuerim. Docti quidam tamen hanc lectionem probant, me diſſentiente.*

3 cùm omnium noſtrûm con ūctum eſſe periculum ſuo cerneret,certorum hom.&c.) *Riuius ſic legendum cenſet,ex quodam codice manuſc.*cùm omnium noſtrûm coniunctum eſſet periculum, certorū hominum, *&c. Quo quidem modo ego in duobus etiam libris Memmianis ſcriptum vidi.*

4 quàm

4 quàm in rebus fuiſſet?) *Sic emendauit Publius Victorius, cùm antea vulgò legeretur,* quàm in ceteris rebus fuiſſet? *quæ tamen lectio reperitur in vno cod. Memmiano. Alij cum editione Florentina & Victoriana conſentiunt, habentq́,* incertis in rebus: *niſi quòd in vno hoc diſsimilitudinis ineſſe animaduerti; quod habet,* ceteris in rebus dubiis, fuiſſet. *Qua in ſcriptura, vocem* dubiis, *natam eſſe ex gloſſa, quam vocant, in promptu eſt.*

IN EPIST. XI.

1 quòd optimo ſit animo, &c.) *libri veteres omnes habent,* quòd ab optimo ſit animo, *&c. ex quo ſuſpicari poſsit aliquis legendum,* quòd ab optimo proficiſcitur animo.

2 Itaque hoc ego mihi gratulor.) *libri manuſcr. habent.* Itaque in hoc ego mihi gratulor.

IN EPIST. XII.

1 vos certiores vt facerem.) *ſecutus ſum libros pleroſque vulgatos. nam ſcripti omnes habent,* vos certiores facere: *quomodo edidit Petrus Victorius. Sed hoc loquendi genus ferri non poteſt, meo quidem iudicio,* viſum eſt faciendum, vos facere certiores. *Itaque, vel ita legendum, vt habent illi vulgati libri, vel ſi* vos certiores facere, *legi volumus, delenda vox* faciendum: *vt ita legatur,* viſum eſt, quoquomodo res ſe haberet, certiores vos facere.

2 ſupra Maleas, &c.) *ſic legendum eſſe, iampridem indicauit P. Victorius. eſt autem* Μαλέα ἄκρα πρὸς Πελοποννήσῳ, *vt docet Stephanus: Itaque malim hîc legi,* ſuprà Maleam, *&c.*

IN EPIST. XIII.

1 fortaſſe ſemper fore.) *in vno cod. manuſcr. reperi ſcriptum,* fortaſſe non ſemper fore. *Quod ſi quis probabit, intelligemus, M. Tullium diuinare & prædicere interitum Cæſaris.*

2 vt te horter, & obſecrem) *P. Victorius mauult legi,* vt te orem, & obſecrem: *cuius lectionis nullum reperi in noſtris libris manuſcript. veſtigium. Eam tamen magis quàm vulgatam probo.*

IN EPIST. II. LIB. V.

1 de fortitudine veſtra] *quidam libri veteres habent* noſtra, *& paulò poſt*, nolo: *vbi alij*, volo. *ego nihil mutandum cenſeo.*

2 quæ numquam imminuta eſt) *Sic nunc edidimus, codicis Florentini auctoritatem ſecuti : neque tamen lectionem receptam*, immutata eſt (*quam etiam in quibuſdam libris manuſc.reperimus*) *damnamus.*

3 quod te audiſſe credo) *ſic legendum*, quod te audiſſe credo, *vt habent omnes noſtri libri veteres : & ita olim excudi iuſſeram. Nam altera, & vulgata*, quod te audiſſe certò ſcio *ſuppoſititia eſt.*

4 qua iniuria nemo vmquã in minimo magiſtratu) *Paulus Manutius, ſeu Vbaldinus Bandinellus, legendũ putat*, in minimo magiſtratu: *& rectè, quamuis nonnulli ex noſtris habeant*, in aliquo magiſtratu: *quomodo olim edendum curaui.*

5 ſed vi atque impreſſione euertere) *Quidam legẽdum putant*, vi atque oppreſſione euertere.

IN EPIST. IIII.

1 qua inductus, ad te ſcribere ſum conatus) *cùm olim in libris manuſc.pro*, ſum coactus *(quod eſt in vulgatis) ſcriptum reperiſſem*, ſum commotus: *in vno, neque* coactus, *neque* commotus: *ſuſpicatus ſum, vtramque vocem eſſe alienam & ſubdititiam, Omnino duo illa participia ſic poſita, vt leguntur in libris vulg.* qua inductus, coactus ſum, *aures noſtræ reſpuebant. Ea res me olim induxit vt ita ederem*, qua, vt ad te ſcriberem, ſum inductus. *Nunc, quia plerique libri veteres habent participium* commotus, *ex eòque facilè fieri poteſt* conatus, *ſic edidi*, qua inductus, ad te ſcribere ſũ conatus. *Paulò pòſt, vbi omnes libri habẽt*, Tu tuas inimicitias vt reip.donares, te viciſti: *quidam viri docti legi volunt*, vt reip. condonares, *&c.*

2 quod aiunt falsò à me ſolere proferri *libri vulgati ſic habent*, quod abs te aiunt falsò in me ſolere conferri. *à quibus non diſcrepant antiqui: niſi quòd nõnulli pro* conferri, *habent*, confiteri. *vnus & alter* profiteri *planè emendosè. Siquis locus eſt in epiſtolarum*

libris difficilis & obſcurus, & meo quidem iudicio corruptus, hic eſt. Difficultas autem eſt in verbo comperiſſe, *& in his verbis*, quod abs te aiunt, *&c. quæ planè deprauata ſunt. Quod igitur ad verbum Comperiſſe attinet, conſtat ſæpe obiectum fuiſſe Ciceroni, iuratum dixiſſe, ſe comperiſſe & pateféciſſe conſpirationem coniurationemq́; illam Catilinariam, libro 1. epiſtolarum ad Atticum, epiſt. cuius initium eſt, Vereor ne putidũ, &c. ſic Cicero, Clodius contiones miſeras habebat, in quibus Lucullum, Hortenſium, C. Piſonem, Meſſallam Cos. contumelioſè lædebat: me tantùm comperiſſe omnia criminabatur. Salluſtius, aut quiſquis auctor fuit illius oratiunculæ in M. Tull. Qui verò nihil poterat, is erat calũniæ proximus, is aut domũ tuam oppugnatum venerat, aut inſidias ſenatui fecerat: denique de eo tibi compertũ erat. Huc pertinet etiam illud quod eſt in Lucullo, An tu, cùm res occultiſſimas aperueris, in lucémque protuleris, iuratúſq; dixeris, eas te comperiſſe, &c. Et quod eſt in Orat. pro Sylla. Excluſus hac criminatione Torquatus, rurſus in me irruit, me accuſat: ait me, aliter ac dictũ eſt, in tabulas publicas retuliſſe Ex his igitur, & ſimilibus locis, & ex verbo Profiteri (ne longior ſim) puto hunc locum primùm eſſe corruptum, deinde ſic emendandum:* nam comperiſſe me, non audeo dicere: ne fortè id verbum ponam, quod aiunt falsò à me ſolere proferri.

3 non committam vt tibi ipſe inſanire videar) *ſic ferè Terentius in Hecyra, Nam qui amat cui odio ipſus eſt, his facere ſtultè dico. Laborem inanem ipſus capit & illi moleſtiam affert.*

IN EPIST. X.

1 actione expoſtulant.] *P. Victorius edidit*, actiones expoſtulant; *quomodo & nonnulli cod. Memm. habent: Ego lectionem receptam retinui, quæ & in aliis quibuſdam manuſcriptis libris reperitur. Actionem autem interpretor, actionem legis, qualis eſt actio furti, actio ſerui corrupti & ſimiles.*

2 Ego poſt ſupplicationes m. decr.) *In quibuſdam libris ab hoc loco naſcitur epiſtolæ nouæ principium, ita*

vt

vt ex hac x. *fiant duæ*, x. *&* XI. *Nos vnam facimus*, *vt probabilius eſt*.

IN EPIST. XII.

1 cum ceteris rebus noſtra contexere. *Malim legi*, noſtras.

2 vt ornes me poſtulem) *Legendum cenſeo*, vt ornes mea. *quam lectionem adiuuat id quod ſequitur*. Quid ſi illa tibi, *&c. & illud aliquanto remotius*, vt & ornes ea vehem. *&c.*

3 à qua te affici non magis potuiſſe demonſtras.) *P. Victorius edidit*, à qua te flecti, *Ego vulgatam lectionem*, *quia eam aliquot veterum librorum auctoritate confirmatam animaduerti*, *ferri ac retineri poſſe exiſtimaui*.

4 reditúque retinerur?) *Nonnulli legunt*, obitúque, *pro* reditúque: *alij* exitúque: *alij hoc totum* reditúque *delent*. *neq; quidquam in eius locum ſubſtituunt*.

5 quidquid ſcis neſcias) *ſic habent omnes libri vulgati*: *& ita edidit P Victorius*. *Nonnulli libri manuſcr. habent*, qui, qui ſis, neſcias. *quos ſequor potiùs*.

IN EPIST. XIV.

1 quàm à me diſceſſeras) *ſecutus ſum cod. vulgatos*, *quibuſcum conſentiunt duo manuſcr*. *Et ita Paulus Manutius edidit*: *Petrus Victorius autem*, quàm diſceſſeras: *vt ſubintelligatur Cæſar*.

2 eorum, quorum conſueſti) *genus loquendi Græcis vſitatum*: *apud quos relatiuum*, *quod appellant*, *congruit cum eo quod antecedens nominant*.

IN EPIST. XV.

1 Tecum viuere poſſem equidem, & maximè vellem) *Paulò aliter habent codices Memmiani*: *nempe hoc modo*, Tecum equidem viuere poſſem, & maximè vellem. *Quæ ſcriptura mihi videtur facilior*: *quanquam non admodum diſcrepat à vulgata*, *quam ſecutus ſum*: *cum qua congruit Florentina editionis poſtremæ*: *quæ talis eſt* Tecum viuere poſſem equidem, & maximè vellem. *Si mihi tamen quod ſentio dicere liceat*, *neutram harũ lectionũ rectã eſſe puto*. *Videtur autẽ mihi ſic legẽdũ*, Tecum viuere poſſe equidem maximè vellem.

IN EPIST. XVII.

1 tuum crimen coniungeretur) *ſic habent codices Memmiani, & ita edidit P. Victorius. Quidam tamen habent*, tuum nomen coniungeretur, *&c.*

2 taleis caſus accidiſſe] *ſic ſcriptũ reperi in vno cod. manuſc. ceteris omnibus diſſentientibus : in quibus eſt*, incidiſſe, *quod minùs probo.*

3 debitum eius virt. vid. teſtim. non dediſſe) *libris omnibus veteribus inuitis ſic edendum curaui. Nã quòd illi habent* cepiſſe, *natum ex* dediſſe, *cùm pro eo* depiſſe *eſſet ſcriptum, aberrante librario, deinde ab alio ex* depiſſe, *factum* cepiſſe.

4 & maximè, ſi animi tui conſcientia, cùm, &c.) *Hæc eſt vera huius loci lectio, ex antiquis & manuſc. libris petita: cuius hæc ſententia eſt*, & maximè (*ſubintellige, magnæ tibi conſolationi debet eſſe*) *ſi adiunges*, animi tui conſcientia, *per quam nihil tibi meritò accidiſſe reputabis: ſi adiunges (inquam) illud quod ſequitur*, homines ſapienteis, *&c.*

IN EPIST. XVIII.

1 vt quod vna ſententia, &c.] *ſic edidit Manutius. Alij ferè omnes libri vulgati habent*, idque vna ſententia *&c. cum quibus conſentiunt quidam lib. manuſ. Vnde quidam docti legi volunt*, quódque vna ſententia. *&c. Ego*, idque vna ſententia, *improbare non poſſum.*

IN EPIST. XX.

1 ſi ad me veniſſes) *Etiam ex libris noſtris manuſcriptis aliqui habent*, ſi ad me miſiſſes: *quo modo ſcriptum eſſe in ſuis Manutius teſtatus eſt, pro quo vulgati habent*, ſi ad me veniſſes, *&c. Hanc præterea diſſimilitudinem reperi in nonnullis manuſc. qui habent*, ſi ac monuiſſes *pro*, ſi ad me veniſſes, *ſeu* ſi ad me miſiſſes, *&c.*

2 Non habui cui potiùs id negotij darem, quàm ſcribæ meo) *Hæc verba (poſt*, ſcribæ meo) M. Tullio Laureæ, *nulli codices manuſcrip. habent: quemadmodum nec illa quæ reperiuntur in aliis vulgatis,*

gatis, quã ſcribę meo: *niſi quòd hæc, quæ olim edẽdacura ui, ad v..ius libri veteris orã adſcripta reperi, ídq; aliena manu. Et verò licèt illa tollamus: & in his deletis ſententia eſt integra & aperta. facilè enim ſubintelliguntur. Et credibile eſt, ex annotatiuncula eſſe nata, vel ab aliquo coniectore, qui deeſſe putaret, addita. Quare ſic legendum puto, ab illo loco,* ſi prouidendum fuit nequid aliter ac tibi & honeſtum & vtile eſſet, referretur: non habui cui potiùs id negotij darem. Illud q.

3 rationes confectas & conſolidatas) *ſic habent omnes libri veteres, & ita edidit P. Victorius. Vulgati, alij* conſignatas, *alij* conſolutas.

4 De Voluſio quod ſcribis.) *Vocem, ſeu treis voces,* quamobrem, *aliunde huc illatas & ex verbo* haberem, *quod proximè antecedit, natas, ſuſtuli.*

5 non inſipienter excogitatam, ne cogitatam quidem putes) *ſecutus eram initio libros quoſdam vulgatos, qui ſic habent,* non inſipienter actam, ne cogitatam quidem putes. *Sed Victorio malui tandem aſſentiri, qui ſequitur optimum illum codicem Florentinum manuſcriptum: cum quo præſertim nonnulli ex noſtris congruunt. Nam manuſcriptorum noſtrorum alij habent,* cùm rem à me non inſipienter excogitatam, ne cogitatam quidem putes. *(quomodo edidit P. Victorius, quam ſcripturam nos ſecuti ſumus) alij,* cùm rem à me non inſipienter excogitatam quidem putes, *planè mendosè. Ego Florentinam editionem ſolam veram & rectam iudico: vulgatam tamen, tolerabilem & probabilem eſſe puto.*

6 & vt multa tã grauis Valer. pr. ipſiq; T. Mario) *videtur legendum,* & vt multa tam grau. à Valerianis prædibus ipſóque T. Mario depelleretur, *&c.*

7 Sed ſiquid eſt, quando de logeo parum gratum eſt.) *Ego quàm proximè potui, acceſsi ad ſcripturam antiquam. nam libri manuſcripti hoc loco ſunt corrupti: ſed tamen partim ſic habent,* quando de logeo parum gratioſum eſt, *partim,* grauiſſimum eſt. *Vulgati autem,* parum prouiſum eſt, *quæ lectio tolerabilis eſt: nec*

eam damnamus. Præterea quod ad vocẽ logæum *pertinet, nos putauimus vtrobiq; & ſuprà, ibi,* nam de logeo ita eſt actum, &c. & *hîc,* quando de logeo, &c. *eandem rem agi: ideóq; idem nomen poni oportere. Logium, ſeu logeũ vox Græca eſt, quæ ſignificat, præter alia, locum vbi rationes referuntur, & vbi deponuntur.*

2 te certè pecuniæ abs te exactæ rationem referre, ex meis rationibus relatis, &c.) *Etiam hoc loco ſcripturæ veteris veſtigia ſecutus ſum. nam cùm in veteribus libris partim hoc modo ſcriptum reperiſſem,* te certè in pecunia exacta iſta referre ex meis, &c. *partim ſic,* te certè pecuniæ exactionem iſta referre, &c. *ego ex voce* exactionem, *feci* exactæ rationem, *ex* iſta *feci* abs te: *quas voculas operæ per imprudentiam omiſerunt. Cetera integra & immota ſeruaui.*

IN EPIST. XXI.

1 non longè abeſſe velim à conſ.) *Vox* velim, *abeſt à libris noſtris manuſcriptis, & verò tollatur licet. nam ſententia pendet ab illo loco,* puto autem nonnihil mea intereſſe; *ſequitur deinde interpoſitio* (quanquam idipſum, &c.) *Licet etiam retinere, vt intelligamus, propter illam interpoſitionem, mutatam eſſe orationis formam, & de integro additum verbum,* velim.

IN EPIST. I. LIB. VI.

1 Nam etſi quocunque loco quiſquis eſt.) *Sic habent omnes libri manuſcripti. Quiſquis autem poſitum pro Quiſque, vt Quicquid ſæpe ab eodem, & Lucretio, Terentio, Plauto, pro Quidq; vſurpatũ eſſe, aliàs docuimus.*

2 vereor ne conſolatio nulla) *ſic legendum eſt, vel (vt quidam alij libri habent)* vereor vt vlla conſolatio, &c. *quorum verborum eadem ſententia eſt, atque eorum quæ in hac editione poſita ſunt.*

3 vereor ne eum qui ſe opt. conſ. conſc. ſuſt. poſſ. miſ. eſſe neſ. ſit d.) *ſic legendum eſt: & ita ſcriptum eſt in noſtris libris omnibus veteribus, & in pleriſq; editionibus impreſſum. Neq; verò legendum cũ interrogatione (vt putat Victorius) ſed contrà. & ſic declarandum,* Vereor ne nefas ſit, &c. *id eſt, Fortaſſe nefas eſt. Vel, Fieri*

poteſt vt nefas ſit,&c.

4 quam ratio & veritas] *quidam libri veteres habent*, & rei veritas: *nonnulli*, ratio & virtus, *&c.*

IN EPIST. IV.

1 vt impudentia videatur] *videtur legendum* vt impudentis videatur.

IN EPIST. V.

1 Quare ad eam ſpem, *&c.*) *Hic locus planè mendoſus & inexplicabilis eſt in libris omnibus & veteribus & manuſcr. ſic enim in illis ſcriptum eſt*, Quapropter ad eam ſpem quam de te ipſo habemus, non ſolùm propter dignitatem & virtutem tuam (hæc enim, *&c.*) ſed etiam accedunt tua præcipua propter eximium ingenium, ſummámque virtutem, *&c.*

2 ita educatus, ita doctus es) *ſic habent omnes libri vulgati: nec aliter edidit P. Victorius Sed cod. Memmiani tres, & alij nonnulli habẽt*, ita eductus, *quod probo.*

IN EPIST. VI.

1 Vereor ne deſ] *ſic legendum, non, vt vulgò*, non vereor.

2 Rerum hoc natura, & ciuilium temporum, *&c.*] *Videtur legendum*, Rerum hoc natura non patietur: ciuilium temporum nec manens nec mutata ratio feret, *&c.*

IN EPIST. VII.

1 Quòd tibi non tam celeriter liber eſt redditus] *Quidam legi volunt*, liber eſt traditus.

2 ſecundum, quàm parciſſimè facere] *Vocẽ* beneficiũ, *quæ huc in alienum locum irrepſit, delendam cenſeo.*

3 cum porrò non offendam, quid ſi non vult? *Sic eſſe legendum intelligent qui & attentè legent, & non erunt tardiſſimi. Hoc enim ſentit M Tullius, Age, laudo aliquem: ſic mecum cogito: num offendo Cæſarem illius laudatione? Sed finge me non offendere: quid ſi non vult illum laudari? Fieri enim poteſt vt facto aliquo aliquis non offendatur, neque lædatur: id factum tamen non probet, aut id factum nolit.*

4 vbi hoc omnium patronus facis.) *Secutus ſum*

libros vulg. Nam manuſc. habent, vbi hoc omnium patronus facit: *& ita edidit P. Victorius.*

5 apud eius omneis plurimum potes.) *P. Faber Toloſan putat legendum*, apud eius homines: *à quo diſſentio. Ita enim ſæpe loquitur M. Tull.* Mei omnes, Tui omnes: *vbi ſubintelligitur familiares ſeu domeſtici, ſeu comites.*

IN EPIST. VIII.

1 huic meæ actioni, ſeu rogationi potiùs) *ſic legendum eſt: quamuis aliter ediderit P. Victorius.*

2 nihil ex eo te offenſionis habiturum) *docti quidam legi volunt,* offenſionis aditurum.

3 quid ſim tibi auctor) *ſic legendum. nam mendosè culpa operarum editum fuerat olim*, quid ſin tibi auctor.

IN EPIST. X

1 Antea miſiſſem ad te literas, *&c.*] *In nonnullis editionibus hinc naſcitur nona epiſtolæ initium, ſed non debet: nam quod ſequitur pars eſt huius* x. *piſtolæ.*

IN EPIST. XII.

fortuna ipſa debilitatæ gratiæ noſtræ) *ſic olim hūc locum emendaram,* fortuna ipſa, debilitáſque gratiæ noſtræ. *nam vulgata lectio (à qua non admodum diſcrepat antiqua) ſic habet*, vincebatur enim fortuna ipſa debilitate gratiæ noſtræ, *&c. planè mendosè. Sed cùm in vno codice manuſc. reperiſſem ſcriptum* debilitaſce *in alio* debilitare, *in ceteris* debilitate. *vt in vulgatis: ex* debilitaſce, *feceram,* debilitáſque. *Neque tamen tacueram, in nonnullis editionibus impreſſum eſſe,* debilitatæ gratiæ noſtræ. *Sed eam lectionem, quamuis mihi tolerabilis videretur, non æquè tamen mihi placere ſcripſeram, atque illam*, debilitáſque, gratiæ noſtræ, *nunc ſententia mutata, hanc amplector*, fortuna ipſa debilitatæ gratiæ noſtræ, *quòd mihi ab antiqua & recepta minus longè abeſſe videatur.*

2 oportere) *verbum* oportere *abeſt à pleriſque libris manuſcriptis: quod tamen neceſſarium videtur.*

3 quam vt exploratam ſpem ſalutis oſtenderem, niſi eius quam, *&c.*) *Sic emendaui. nam quis non videt, hunc*

hunc eſſe verborum ordinem, hánçque ſententiam? Magis vt conſolarer fortem virum atque ſapientem, quàm vt exploratam ſpem ſalutis oſtenderem, niſi eius ſalutis quam ſperari, &c. *Hæc eò ſcripſi quòd libri vulgati habent*, niſi eam, *&c. Hoc prætereà diſſimilitudinis in libris antiquis reperi, quòd alij habent* exploratam, *alij* exploratæ. *Ego* exploratam *magis probo.*

IN EPIST. XIX.

1 De curatione aliqua munerum regiorum) *ſic habent omnes libri manuſcripti, quos quidem viderim: etiam is quo vſus eſt P. Victorius: præterquam quòd in vno eſt*, munerum regionis: *cuius auctoritate defendi poteſt Manutij coniectura, qui vult legi*, munerum regionum.

2 ſed tamen aliquid videbimus, in quo ſit ſpes] *libros vulgatos ſecuti ſumus, quibuſcum conſentiunt tres manuſcripti. P. Victorius mauult legi*, in quo ſit ſpecies: *quo modo dicit eſſe ſcriptum in cod. manuſcripto antiquiſſimo. Ego* ſpes *probo*: ſpecies *nullo modo probare poſſum, neque me exempla, quæ collegit Victorius, mouent: non enim aut ignoramus, aut negamus, in illis locis* ſpecies *& legendum eſſe, & locum habere: ſed ſcimus illa exempla nihil ad rem pertinere.*

IN EPIST. XX.

1 ne illud quidem non quantiuis, quamuis ſubitò) *Secutus fueram olim libros vulgatos, in quibus ita legitur*, ne illud quidem negligendum quamuis ſubitò, *&c. nam manuſcripti* Memmiani *habent*, ne illud quidem non negligendum, *&c. planè mendosè. Vnde in hanc opinionem veni, verbum* negligendum, *eſſe alienum, & foris profectum, eámque ſolam eſſe rectam & veram ſcripturam, quam P. Victorius ex illo optimo codice hauſit*, ne illud quidem non quantiuis, ſubitò cùm certi aliquid, *&c.* Ne illud quidem non quãtiuis *autem, id eſt*, Illud eſt plurimi faciendum. Illud eſt quantiuis æſtimandum, poſſe ſubitò, *&c. Vulgata tamen lectio tolerabilis eſt, & ſententiam continet planam, & facilem. Verùm quid tum poſtea, ſi non eſt*

Ciceronis oratio ſed aliena? Omnino igitur Florentinam ſcripturam cenſeo eſſe amplectendam, & vulgatam reſpuendam. Sed ſcripturæ Florentinæ addendum cenſeo, quamuis *poſt* quantiuis, *vt ſit*, ne illud quidem non quantiuis, quámuis ſubitò, cùm certi aliquid, *&c.* Quamuis ſubitò *autem id eſt*, Quantumuis ſubitò.

IN EPIST. I. LIB. VII.

1 Et patefeciſti Miſenum.) *Alij legunt*, patefeciſti ſcenam. *alij (vt Turnebus)* ſinum: *alij* Seianum, *vt eſt impreſſum in libris vulgatis*: *alij* Scianum: *alij aliter. ego* M ſcenum, *non longè diſcedens ab antiqua ſcriptura*, ſenum.

2 quas tibi ipſe ad arbitrium tuum.] *Sic reperi ſcriptum in codicibus Memmianis, cùm vulgati habeant*, quas tibi ipſi.

3 Quid quòd ne id quidem lepôris habuerunt, &c.) *Sic emendauit Riuius multos abhinc annos: cuius iudicium probamus. nam libri vulgati habent*, Quid? ne id quidem, *&c.*

4 arcerarum tria mil.] *Sic reſtituit Ioſ. Scaliger, vir ingenio & doctrina excellens. Arcera autem genus eſt vehiculi, vt docent Varro & Nonius, & alij.*

5 ſed nec liber omnino f.) *ſic legendum, non, vt vulgo*, ſed ne liber, *&c. niſi quis malit ita legi*, ſed ne liber quidẽ omnino fuiſſe. *vel ſic*, ſed liber omnino nõ fuiſſe: *ſed hîc operę omiſerunt olim particulam* nec. *Nõ celabo lectorem tamen, in plerìſque libris manuſcr. ita legi*, ſed liber omnino fuiſſe, *quæ ſcriptura fortaſſe nihil habet vitij, vt ita hic locus explicetur, Ne videar tibi non modò fuiſſe beatus, ſed vel liber omnino fuiſſe. ſubintellige, ne videar, id eſt, Vt ſcias me non modò beatum non fuiſſe. ſed ne liberum quidem. Iudicent eruditi.*

IN EPIST. II.

1 Nos hîc multitudine, & celebritate.] *Legendum fortaſſe eſt*, Nos hîc multit & crebritate, *&c.*

IN EPIST. III.

1 me voluiſſe etiam reliquis omnibus: poſtquam, *&c.*) *Sic interpungendum, nam vulgata interpunctio*, me voluiſſe etiam, reliquis omnibus poſtquam

quam

qnam, *&c. vitioſa eſt: eamq́; iam in priore editione damnauerамus, & poſteà à P. Manutio emendatam eſſe cognouimus. In iis verbis autem*, me voluiſſe etiam reliquis omnibus, *ſubintelligendum; finem belli facere..*

IN EPIST. V.

1 vel regem Galliæ faciam, vel Leptæ legatum] *Ita diſcrepant hoc loco inter ſe exemplaria vetuſta, & ea ipſa à libris vulgatis, vt putem mihi licere, vel vnam aliquam ſcripturam probare, vel vnã fingere. Cùm igitur ex manuſcriptis alij habeant*, vel Leptæ delegem, *alij* delegam, *alij* delega: *vulgati partim*, vel certè legatum, *partim*, vel Leptæ legatum: *ego*, vel Leptæ delegabo. *reponendum putauerim, hoc ſenſu, Leptæ delegabo, qui eum ornet & locupletet: non pugnaturus, ſi quis acutior meliorem lectionem reperiat. Quidam docti volunt legi*, vel certè pro regem. *Manutius*, vel tertiæ legionis legatum. *Turnebus ſcripturam in vno cod. vetere repertam, integram retinens, legit*, vel Leptæ delega, *libro* XII. *Aduerſar. cap.* 18. *quam minùs probo.*

IN EPIST. X.

1 quem antea ne Antanabatam quidem) *Antanabatæ non populi fuerunt, ſed gladiatores ſeu certatores, qui ex equis pugnabant: idq́; oculis clauſis, aut capite operto, ne cernere alter alterum poſſet. Dicti autem ſunt Antanabatæ à præpoſitione* ἀντὶ *&* ἀναβάτης: *quæ vox ſignificat eum qui equum conſcendit, quíve in equo ſedet. Ita Antanabatæ ſunt qui ex equis inter ſe certant.: ſeu qui in equis ſedentes inter ſe aduerſantur & pugnant. Quòd autem vulgò dicuntur Andabatæ, vitium eſt temporum & chartarum.*

IN EPIST. XII.

1 Iam tum mihi non placebas, cùm idem intuebare, *&c.*] *quid ſi legamus*, cùm idem tuebare, *&c.*

IN EPIST. XIII.

1 At tu non ſoles ad vim faciendam, *&c.*] *ſic eſſe legendum ſententia ipſa clamat. hoc enim ſignificat Cicero, Vereor ne artificium tuum tibi parum proſit:*

ſit: quia iſtic non eſt opus iuriſconſulto, cùm arma valeant. Nam tu quidem qui iuriſconſultus es, non ſoles ad vim faciendam adhiberi. Sequitur deinceps, Neque eſt quòd illam exceptionem in interdicto pertimeſcas, Quod tu prior, &c. Id eſt, Nemo te agentem, hac exceptione repellet, Rectè ageres, niſi prior vi, hominibus armatis veniſſes, Numquam enim vim cuiquam prior inferes, neque quemquam hominibus armatis oppugnabis. At hæc exceptio conuenit in eos qui priores alteri vim intulerunt, & qui alterum laceſſiuerũt. Sic puto hũc locũ & legendum eſſe & intelligendũ. Negatio ſcil. quæ debebat locari ante verbum ſoles, *fuerat in alienum locum tranſlata, & ante verbum* veneris, *collocata.*

IN EPIST. XVI.

1 Nunc verò in hybernis vinctus mihi videris.) *ſic legendum eſt, non* iniectus.. *Sic autem repoſui ab vno codice manuſcripto adiutus, & quaſi manu ad hanc cõiecturam ductus: in quo ſcriptum eſt* innectus, *ex qua ſcriptura tamen licet facilius & propiùs facere* innexus. *Omnino lectio vulg.* iniectus *mendoſa eſt, neq; ferri poteſt. Non enim dici poteſt Latinè, Iniectus in hybernis: ſed iniectus in hyberna, dicendum.*

IN EPIST. XVII.

1 Nam primorum menſium, *&c.*] *Plerique ex noſtris libris veteribus habent* menſum, *vbi libri vulgati*, menſium.

IN EPIST. XVIII.

1 quod delere malueris: niſi f. *&c.*) *Hoc totum, ſiue,* quàm hæc ſcribere: *ſiue,* quàm exſcribere: *ſiue,* quàm hæc non ſcribere *(nam variè in libris vulgatis legitur) delendum curaui. Eſt enim ex annotatione natum, & ex ora libri in contextum verborum Ciceronis inuectum, quod & antea Mureto venit in mentem.*

IN EPIST. XIX.

1 doctorem tamen nonnumquam deſiderant) *P. Victorius ſuum, nos noſtros (hoc eſt Memmianos) codices ſecuti ſumus, in quibus omnibus (præterquam in vno, qui congruens cum vulgatis, habet* lumenque *) ſcriptũ eſt planè* nonnumquam *: quod nobis videtur probabilius,*

lius,quàm quod Victorius repoſuit , vnumque *Quòd ſi coniecturæ locus daretur , ego magnopere probarem Manutij coniecturam,qui legit* doctorem vſumque deſiderant. *Interea hanc lectionem antiquam , quam repoſui,cenſeo retinendam longeq; illis,* lumenq; , & vtrũque,*anteponendam.nec tamen eos reprehenderim,qui lectionem illam,*doctorem vſumq; deſiderant,*probauerint.nam eam & quæ antecedunt & quæ ſequuntur, confirmant.*

Habet lucum) *P Victorius edidit* lotum:*Manutius* lucum,*vt habent omnes libri vulg.*

IN EPIST. XXI.

1 Ni bonorum Turpiliæ poſſ.) *ſic eſſe legendum declarat formula ſponſionum, quæ concipiebantur per Ni. Hæc autem erat controuerſia: Turpilia teſtamentum fecerat,eoq; teſtamento Silium hæredem, ſiue ex aſſe , ſiue ex aliqua parte,fecerat. Silius bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas ex edicto prætoris petiuerat:ſeu potiùs prætor edixerat,ſe bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas teſtamenti Silio daturum. Silius , cùm cognati bona ad ſe pertinere dicerent,quia Turpilia teſtamenti factionem non habuiſſet,& ita teſtamentum non eſſet iure factum : edicto prætoris fretus ſponſionem facere cum eis cogitabat,huiuſmodi, Ni bonorum Turpiliæ poſſeſſionem Q.Cæpio præter ex edicto ſuo mihi dedit , centum dare ſpondet? Sed Cicero Silij patronus, priuſquam hanc ſponſionem Silius faceret , Trebatium conſuluerat , poſſetne hanc ſponſionem facere ſine periculo. Reſponderat Trebatius,poſſe. Seruius autem Sulpicius item conſultus,negabat:rationemq; hanc afferebat,quia tabulæ teſtamenti non eſſent ex quas inſtituiſſet is qui teſtamenti factionẽ non haberet. Omnino Trebatius bene reſponderat. ſatis erat enim eſſe tabulas teſtamenti, ſecundum quas bonorum poſſeſſio peteretur. Non enim quærebatur, teſtamẽtum eſſet ratum,an irritum:firmum, an infirmum : ſed eſſetne factum teſtamentum. Itaque ſine periculo poterat illa ſponſio fieri.*

IN EPIST. XXIII.

1 Tantum quod ex Alpin.] *ſic legendum eſſe,& libri*

bri

bri veteres vincunt, & Petrus Victorius, aliquot exemplis collectis, docet. Plurima autem collegimus in commentariis in Cornelium Nepotem.

2 per Liciniam ſe egiſſe dicebat.) *P. Victorius edidit,* per Licinium: *quo modo ſcriptum eſt in omnibus libris manuſcriptis Memmianis. Idem Victorius edidit* Dexius, *pro quo noſtro libri habent* Decius, *& item vulgati. Ego* Decimus *legendum puto.*

IN EPIST. XXIV.

1 Cipius (opinor) olim, non omnibus, &c.) *ſic legẽdum cenſet Antonius Auguſtinus, non* Cepius, *neque* Capius: *quamuis ita ediderit P. Victorius. Noſtri quidem codices (Memmianos dico) partim ſic habent, partim* Citius. *Sed omnem dubitationem tolit Sex. Pompeius, in prouerbio, Non omnibus dormio: vbi docet, prouerbium videri natum à Cipio quodam, qui Parareuchon dictus eſt, quòd ſimularet dormientem; quo impuniùs vxor eius mœcharetur. Eundem commemorat & Plutarchus ἐν ἐρωτικῷ, vbi tamen Κάββας nominatur, ſi locus emendatus eſt.*

nullo modo me facere poſſe, cùm vellem, &c.) *Libri vulgati & nonnulli ſcripti habent,* quem vellet, alium diem ſi ſumſiſſet. *&c. Nos Petri Victorij emendationem ſecuti ſumus.*

3 & ſat bonum vnctorem.) *ſic habent etiam noſtri libri veteres, nõ diſcrepantes à vulgatis. Quidam legendũ putant,* & ſat bonum cantorem: *ego nihil muto.*

4 & iſtius ſalaconis inquit) *vtitur hac eadem voce epiſtola 18 lib. 16. ibi. Salaco nequiſſimus. Σαλάκων (inquit Suidas) ὁ προσποιούμενος πλούσιος εἶναι, πένης ὤν. ἀλαζών. hoc eſt, Salaco, is qui ſimulat ſe diuitem eſſe, cũ pauper ſit. Arrogans. Aliis Salaconem quendam Autolyci patrem mollem, & delicatum fuiſſe tradiderunt: ab eo molleis, & delicatos, & impudicos, Salaconas appellari: & σαλακωνίζειν, τὸ πρωκτὸν αἰσχρῶς κινεῖν: quod Latini dicunt Cenere. Quamquam in epiſtola illa 18 alij legunt* helico: *alij,* heluco: *alii* Filico. *Eſt autem Filico, homo nullius vſus, vt docet Feſtus. Heluco verò, ſtupidum, hebetem, languidum, ſignificat.*

IN EPIST. XXV.

1 Videris enim mibivereri ne, niſi iſtũ cauerimus, *&c.*] *Locus eſt obſcuriſſimus: & corruptiſſimus. ſic autem ferè habent libri manuſcripti, parum diſcrepantes à vulgatis,* Videris enim me vereri, niſi iſtum habuerimus. *&c. vulgati autem ſic.* Vid. enim m. v. ne, ſi iſtum habuerimus, *&c. P. Victorij igitur coniecturam, & probabilem, ſecuti ſumus iam olim in priore editione: neque hîc mutauimus: ſed videtur mihi longè acutior, & ad ſententiam accommodatior ea quam ille refert, neque cuius ſit perſcribit:* ne ſi ſtilum acuerimus, *&c. Itaque hanc libenter amplecteremur, ſi nobis per iudicium & aſſenſum eruditorum liceret.*

2 Vereor ne in Catonium Catoninos.] *Etiam hic locus valde eſt obſcurus, & fortaſſe corruptus. ego quidem antiquam ſcripturam religioſè ſecutus ſum. Videtur autem ſignificare, metuendum eſſe ne Cæſar, quem magiſtrum dicit, eos qui laudes Catonis ſcripſerunt, ad inferos præcipiteis agat. vox* Catonium, *à Laberio vſurpata eſt, vt refert Gellius libr. 16. cap. 7. Tollet bona fide vos Orcus nudas in Catonium. Quamquam doctiſſimi quidam viri legunt,* Catomum, *& hîc, & apud Laberium, interpretanturq́; catenam: & ita P. Victorius edidit.*

IN EPIST. XXIX.

1 quòd ſimus, quòd homines exiſt.] *Poſt hæc verba,* quòd ſimus, *in omnibus fere libris ſcripta ſunt hæc,* quòd habeamus *quæ ſine dubio aliena ſunt, non Ciceronis: idcirco delenda curauimus.*

2 téque ad ver lubentes, *&c.*) *ſic habent libri ferè omnes manuſcripti quibus vſi ſumus.*

3 & noſtra reſigere deportaréque tutò poſſimus.) *Videretur legendum,* & noſtra deferre, *vel potiùs, vt edidimus,* reſigere, *id eſt, auferre: nõ, vt eſt in libris vul.* deſigere. *Verumtamen iudicent lectores.*

4 Sed amice magne.] *Amicum magnum appellat, quem Horatius amicum potentem, in epiſtolis, tu cede potentis amici Lenibus imperiis, & item alibi. Paulò antè in quibuſdam libris ſcriptum eſt.* Sulpicio ſucceſſori. *vbi alij habẽt.* Sulpicij ſucceſſori: *quos ſecuti ſumus.*

IN EPIST. XXX.

1 Ita Caninio conſule ſcito nem.) *Iocantur in Caninium vnius diei conſulem: quem ob eandem cauſam λογοθεώρητον ſacetè appellauit, cum ſignificare vellet, ita breuem, & tenuem, vt vix oculis cerni poſſet, ſed ratione tantùm & intelligentia comprehenderetur.*

IN EPIST. XXXI.

1 Ergo is tibi, nos ei ſuccedimus.) *ſecutus ſum editionem Florentinam poſtremam. Nam alij libri habent,* nos ei ſuccedamus: *alij,* ſuccedemus.

IN EPIST. XXXII.

per Antonij perſonam diſputata] *immò per Iulij perſonam. Itaq; vel μνημονικὸν ἁμάρτημα eſt: vel hoc totum non eſt Ciceronis, ſed ab aliquo parum attento aut memori huc illatum. Suprà autem, eadem epiſt. la, ἀκύθηρον edidimus, id eſt, inuenuſtum, pro vulgato ἄκυρον, id eſt, improprium.*

IN EPIST. VLT.

1 communibus noſtris amatoribus.) *quidam legi volunt,* noſtri amatoribus. *ego nihil muto.*

2 & illis interioribus literis eis quibus.] *ſic eſt legẽdum vel reclamantibus libris omnibus: in quibus legitur,* & illis interioribus literis meis.

IN EPIST. I. LIB. VIII.

1 quod opinor certè fictum eſſe.) *Quidam legi volunt,* fictum *à quibus diſſentio. Nam videtur Cœlius ſignificare ſe exiſtimare, rumores illos de Cæſare, veros eſſe. Deniq; in omnibus libris manuſcriptis, quos vidi, ſcriptũ eſt, aut,* factum eſt, *aut* factum eſſe.

2 Q. Pompeium Baulis empeneticam facere) *Olim ſecutus libros vulgatos emendatiores, ſic edideram,* embæneticam facere. *ſed idem tamen aſſenſus eram doctiſſ. viro, Turnebo, collegæ meo, qui coniecit legendum* empineticam facere, *ſeu potiùs,* empeneticam, *vt intelligamus ludere & iocari Ciceronem in voce,* empeneticam. *quæ oritur à verbo πεινᾶν, quod valet eſurire: quaſi dixiſſet eum artem eſuriendi facere, ſeu exercere: vt dicimus, nauicularіam & argentariam*

face

facere. Quin ſit autem hæc vera ſcriptura, dubiũ nemini eſſe debet, cùm propter ſententiam, tum propterea quòd libri veteres eam confirmant: qui partim ſic habet, partim emeneticam : *nulli* embæneticam : *præter vnum, qui tamen non me valde mouet, cùm b, ſit ferè p, inuerſum.*

IN EPIST. II.

1 me præſente pronũtiatum eſt.) *Secutus ſum libros vulg. Nam manuſcripti habent partim,* me repræſentare: *partim,* me repræſentãte: *partim* me prehenſante.

2 Vide modò inquis] *ſecutus ſum libros omneis manuſcr. Nam vulgati habent,* Rides, rogo, inquis *&c.*

3 & rudentiſibilus] *ſic mihi legendum videtur. Eſt autem Rudentiſibilus, nomen compoſitum, ſeu, iunctum ex Rudente & ſibilo: quo vſus eſt Pacuuius, teſte Varrone, libro quarto de lingua Latina: Quod autẽ Riuius putauit legendũ, Rudẽtũ ſimilis ſibilus, mera diuinatio eſt.*

IN EPIST. III.

1 quæ permulta ſunt.] *Legendum fortaſſe eſt*, qui permulti ſunt.

IN EPIST. IIII.

1 à Galliis duob] *Sic legendum*, à Galliis duobus, *inquam, quod eo adſcripſi, quòd olim operarũ culpa editum eſt,* à Galliis duabus. *ſignificantur enim M. & Q. Gallij.*

2 totus, vt nunc eſt, hic ſenaturit.) *Sic reſtitui, cùm & veritas hanc ſcripturã poſtularet, & liber vnus manuſcriptus me admonuiſſet, in quo ſcriptum eſt* ſentirit: *quod eſt in vulgatis* ſcaturit. *Senaturit autem ita dictũ eſt vt, Syllaturit.*

3 Lælios & Antonios.] *Legendum Lollios, vt emendauit Manutius: itaque olim excudi iuſſeram. Nam libri ferè omnes & vulgati & manuſcr. habent* Lælios, *quod Victorius tamen retinet.*

4 Nam M. Cælium Vinicianum, *&c.*] *Secutus ſum nunc libros manuſcr. eos qui habent* Vincianum : *quòd hæc ſcriptura ſit vera & recta proxima*, Vinicianũ. *Id quod nuper intellexi ex nummo argenteo, quem mihi indicauit Clemens Teneninus, homo Romanæ antiquitatis ſtudioſiſſimus, ac peritiſſimus: cuius nummi pars altera*

IN EPIST. VI.

1 Nunc ſi ad illam ſummam ſeueritatem.) *Nonnulli libri manuſcripti habent*, ad illam ſummam veritatem.

2 ne qua inuidioſum tibi ſit.) *Libri manuſcripti habent*, denique inuidioſum, *&c. ego vulgatos ſequor.*

confecta omnia fœdè & inhoneſtè ſunt.) *Alij libri habet*, confecta omnia fœda & inhoneſta ſunt, *quibuſcum manuſcripti quidam conſentiunt. alij*, concepta omnia fœdera & inhoneſta ſunt, *mendoſè, opinor. Nonnulli legunt*, conſcripta omnia, *&c.*

3 belliſſimè enim, quia, *&c.) Secutus ſum etiam hic cod. vulgatos, quibuſcum congruunt & nonnulli manuſcripti. Alij autem habent*, leuiſſimè, *quod magis probo: & ita Victorius edidit. Paulò pòſt quidam docti legendum cenſent*, legémque vinariam: *vbi libri vulgati & ſcripti manu habent*, legémque viariam. *Et paulè pòſt libri* Memmiani *habent*, ponitò me in gratia: *non, vt alij*, in gratiam.

4 Pantheras Græcas.) *Sic nunc edidi, libros veteres, & P. Victorij ſententiam ſecutus, reiecta vulgata lectione*, pantherarum greges.

IN EPIST. VII.

1 nondum retulerat.) *Sic habent omnes libri veteres. Quidam legi volunt*, mundũ retulerat. *Ego nihil muto: aut, ſi quid licet, ſic legi velim*, nondum res ſuas tulerat.

IN EPIST. VIII.

1 & ad extremum, vt ſolent, non redigam.] *Sic omnes habent libri manuſcr. Memm. & Huralt. & ita P. Victorius edidit. Vulgati quidam*, & ad extremum, vt ſolet, ait, referam.

2 à quodam emiſſario ſuo, Titio.) *Hic idem eſt P. Titius, quem commemorat epiſt. ad Plancum lib. 10. ibi Rogatu Seruilij interceſſit, &c.*

3 D. E. R. I. C.] *id eſt, de ea re ita cenſuerunt. Et ſuprà* V. F. *id eſt, Verba fecit. & infrà* S. Q. C. *id eſt, Senatúſque conſultum. Et inferius*, S. C. A. *id eſt, Senatuſconſulti auctoritas.*

4 ad ſenatum populúmq; referri.) *Omnes libri veteres habent*, ad hunc ordinem referri *: quomodo P. Victorius edidit : & ego ſic etiam olim edi iuſſeram.*

IN EPIST. IX.

1 Curionem prorſus non mediocriter obiurgat ſcilicet hac repulſa. *Sic coniecit eſſe legendum P. Manutius, cui difficile fuit non aſſentiri. Verumtamen non diſplicet mihi Paſſeratij coniectura*, non mediocriter obiurgat is, hac repulſa, *&c.*

IN EPIST. X.

1 quàm paratus, *&c.*] *Vel legendum* imparatus, *vel hoc* paratus, *accipiendum* εἰρωνικῶς.

IN EPIST. XI

1 ſed, cùm de hoſtib. ageretur. *Codices omnes Memmiani, præter vnum & alterum, habent*, de hoſtiis ageretur. *Et edidit ita P. Vict. Quod autem in aliis eſt*, de hoſtibus, *natum erratum putat ex antiqua ſcriptura* hoſtis, *pro* hoſtiis. *Nos tamen* de hoſtibus *edendum curauimus, vt & Manutius: non pugnatur i ſi quis* de hoſtiis, *malit. Paulò poſt, vbi omnes emendati libri habent*, numerarentur, *quidam doctus exiſtimat eſſe legendum*, numerus daretur.

IN EPIST. XII.

1 arceſſere Polam Seruium accuſ.) *Sic legendum, non*, arceſſere palam, *&c. Confirmat hanc emendationem quod ſequitur*, vix hoc erat Pola elocutus, *&c. Erat autem Pola cognomentum horum Seruiorum.*

IN EPIST. XIII.

1 ſtomacho eſt magnus, *&c.*) *Hoc totum* ſcilicet Pompeius, *quod reperitur in omnibus libris vulgatis, & nonnullis calamo exaratis, deleui, vt alienum & ex annotatione profectum: quod iam olim Paulo Manutio venerat in mentem. Atque, vt intelligas ita eſſe, incidi in vnum codicem manuſcr. in quo non erat vox* magnus, *ſed hoc tantum*, Cn. Pompeius *: Cùm videlicet ſcriptor librarius errans, id quod eſſet Ciceronis, eieciſſet: quod alienum & ſubdititium, retinuiſſet.*

2 vt ratio eſſet eius habenda.] *Sic ediderunt P. Vict. & P. Manutius : & ita habent aliquot libri veteres: aliy*

alij, vt ratione eſſet eius, *&c. planè mendoſè. vnde nata fortaſſe eſt illa vulgata lectio*, vt nec ratio eſſet eius, *&c quam nullo modo probo. Pompeius enim volebat eius rationem haberi, qui neque exercitum, neque prouincias tradere vellet.*

IN EPIST. XIIII.

1 Nam Cn Saturnium adoleſcentem *&c.*) *Quidam legi volunt*, Nam Cn. Saturnium adoleſcens ipſe Cn. Domitius, *&c. vt intelligatur Domitij filius.*

IN EPIST XV.

1 idque celeriter fore ſpero.) *Legendum fortaſſe eſt*, id quod celeriter fore ſpero.

2 Nam me cùm expuliſſet] *Legendum videtur*, Nam me cùm Cæſar expuliſſet, *&c. quamquam ſubintelligi poteſt nomen Cæſar.*

3 Domitium quẽdam nobilem, illic Cæſaris hoſp.] *Secutus ſum libros vulgatos, à quibus non diſcrepant noſtri manuſcr. vno atque altero excepto: in quo ſcriptum eſt*, nobilem illi Cæſaris hoſp. *quam ſcripturam quidam amplectuntur, vt* illi *poſitum intelligamus pro* Illic. *Ego autem minus probo, arbitror'q; in aduerbio* illic *c, fuiſſe omiſſum ab errante librario, propter vocem ſequentem ab eadem litera initium capientem. Si quis tamen* illi *contendet eſſe legendum, non magnopere pugnabo. Non deſunt enim innumerabilia exempla. Sic Terentius Phormione, Interea dum ſedemus illi, &c. Lucret. lib. 1. in extr. Illi cùm videant &c. ad quem locũ hac de re plura.*

4 quantum Pſecade natus. *Secuti ſumus. P. Victorij coiecturam, quam & Manutius probat, & veteres codices adiuuant. nam noſtri quidem ſic habent*, quantum ipſecadinatus.

IN EPIST XVI.

1 caræ ſunt.) *Nonnulli codices habent*, curæ ſunt. *magis tamen probamus*, caræ ſunt.

IN EPIST. XVII.

1 iracundia & amore ablatam) *Negare equidem nõ poſſum hanc eſſe antiquam ſcripturam quã & Riuius ſe in vno cod. perantiquo reperiſſe teſtatur*, iracundiæ tumore

more ablatam. *Sed ego vulgatam*, iracundia & amore ablatam *magis probo: atque ita olim edi iuſſeram, ſi mihi Typographus obtemperare voluiſſet. Nam hoc dicit Cælius, ſe odio Appÿ compulſum, & amore Curionis adductum eſſe, vt parteis Cæſaris ſequeretur. Fuit autem Appius, Pompeianus Curio, Cæſarianus.*

2 vt maximè plebs, *&c.*) *Quidam libri manuſcripti habent*, vt maximè partes, *&c. Vnde docti quidam ſuſpicantur legendum*, vt maximè partes, *&c.*

3 nec hæc adhuc, *&c.*) *Quidam delent pronomen* hæc.

IN EPISTOLA II. LIBRI IX.

1 Sed calumniabar ipſe.) *Videtur deſiderari* me: *vt ſit*, calumniabar ipſe me.

2 nauare operam reip.) *Alÿ aliter: ego ſic hunc locũ reſtituendum cenſeo. nam quod in libris manuſcriptis pleriſque legitur*, nauare remp. *erratum eſt librarÿ ſcriptoris: qui cùm ſcribere deberet*, nauare operam reip. *ſcripſerit*, nauare ram reip. *vel*, nauaram reip.

IN EPIST. III.

1 tamen Caninio ad te eunti, *&c.*] *Omnes ferè libri veteres, & aliquot vulgati habent*, tamen amico ad te eunti, *&c. quo modo olim edidimus. Sed nunc P. Victorÿ coniecturam ſequimur*: tamen Caninio ad te eunti, *&c.*

2 vt medicina egeamus, *&c.*) *Sic olim edidi: quamuis non negem me in pleriſque libris manuſcriptis ſcriptum reperiſſe*, medicinæ egeamus. *Sed nunc maluerã veterem ſcripturam ſeruari.*

IN EPIST. VI.

1 ſi quid ferendum eſt) *Videtur legendum*, ſi quid ferendum non eſt. *Veruntamen nihil muto: hanc enim puto eſſe huius loci ſententiam, Intereſt, vtrum feras, quod velis, nolis, ferendum eſt: an probes quod probandum non eſt. nam ferre quod ferendum eſt (verbi gratia, quod fit à potentioribus, aut tyrannis, eorũmque amicis, iniuſtè quidem, & contra inſtituta maiorum, non tamẽ ignomi-*

nio-

nioſè, aut contumelioſè) prudentis eſt: probare verò quod probandum non eſt, improbi hominis eſt. Porro autem ferre quod ferendũ non eſt, ignaui & turpis hominis eſt.

2 omnibus iſtorum & actis, &c.) *Locus mihi ſuſpectus, tum per ſe, tum propterea quòd aliquot ex noſtris libris veteribus non habent hoc totum*, & actis, & voluptatibus.

IN EPIST. VII.

1 probè alicubi eſſe.) *Legendum fortaſſe eſt*, eſſes.

2 dubitandum non eſt quin equis, velis,] *Secutus ſũ libros vulgatos, nam manuſcripti habent* equis viris. *Ego puto M. Tullium ſignificare, iam fugiendum eſſe omni contentione, terra, marique.*

3 Sed ridicula miſſa faciamus. *Verbum* faciamus, *ne quis putet à nobis de noſtro adiectum, reperimus in duobus libris manuſcr.*

IN EPIST. IX.

1 circumuallato nunc denique) *Legendum fortaſſe eſt*, circumuallato nunc vndique.

IN EPIST. X.

1 & ingentiũ gallinarum. *Codices vulgati (quibuſcum tamen conſentiunt nonnulli manuſc. quos & P. Victorius ſecutus eſt) habent*, & ingentium culinarum: *alij partim*, integriuſcularum: *partim*, ingentium gularum: *partim*, ingentium cochlearum: *partim*, ingentiũ ferculorum: *partim*, ingentium gallinarum: *quam ſcripturam probaui.*

IN EPIST. XII.

1 munuſculum mitt. volui leuidenſe, craſſo filo.) *Secutus ſum libros manuſcriptos, non damnata Octauij Pantaratgi, viri docti, coniectura, exiſtimantis legendum* leui dente: *quam adiuuat vetus codex Memm. in quo eſt* leui denſe, *diſiunctim ſcriptum: &* denſe, *ſine diphthongo.* Leui dente *autem, id eſt, leui pectine. Iam verò Iſidorus docet, leuidenſem veſtem dictam, raro filo leuitérque denſatam: contrà, pauidenſem, ſeu pauitenſem, quaſi grauiter preſſam.*

IN EPIST. XV.

1 ponor afuiſſe ſcribendo.) *Sic eſt legendum,*

libris omnibus inuitis, non, vt vulgò, ponor ad ſcribendum.

IN EPIST. XVI.

1 Solebam enim antea delectari oleis, & lucan.) *Aliquid vlceris ineſt in hoc loco, nam librorũ veterum alij habent*, delibitari: *alij*, debilitari: *alij* delimitari: *pauci*, delectari, *vt vulgati. ego* ἐπέχω. *Suprà autem non longè, legendum* miniati Iouis, *non, vt vulgò*, miniani Iouis: *quamuis hanc lectionẽm tueatur Turnebus.*

2 ſalis enim ſatis eſt, ſannionum parum) *In nonnullis libris ſcriptum eſt*, ſannonum parum.

IN EPIST. XIX.

1 tenuiculo apparatu ſignificas, &c.) *Nonnulli libri manuſcript. habent*, tenuiſſimo. *P. Victorius edidit* tenuiculo. *quomodo habent & pleraque exempla vulgata: quæ ſequimur. Idem tamen admonet, in libro Mediceo ſcriptum eſſe*, tenuculo.

IN EPIST. XX.

1 quem tu ſolitus es promulſide conficere.) *Amicus quidam meus legendum cenſet* confercire.

2 In Epicuri nos aduerſarij, noſtri caſtra coniecimus. *Aſſentior Victorio, exiſtimanti mendum ſubeſſe in voce* caſtra: *pro qua nonnulli codices manuſcr. habent* caſſatra.

3 nos iam ex areis.) *Adr. Turnebus legendum cenſet*, ex arcis: *alij*, ex areis: *alij*, tantum ex te artis.

IN EPIST. XXII.

1 Amo verecundiam, tu potiùs libertatem.] *Sic eſt legendum, reclament omnes libri licet, qui habent*, vel potiùs libertatem, &c.

2 depſit multò impudentiùs. *Sic legendum eſſe*, non clepſit, *ab aliis indicatum eſt. Fuit hoc verbum etiam apud Catulum deprauatum: nam ex* perdepſuit, *factum eſt* perdeſpuit. *Sic igitur legendum carmen illud in Gellium. Gellius audierat, &c. Hoc ne ipſi accideret, patrui perdepſuit ipſam vxorem, &c. Quod à Ioſ. Scaligero noſtro nuper animaduerſum eſt. Sed redeo ad Ciceronem:* batuere *paulò antè ponitur à Cicerone etiam*

in

in obſcœnis, vel per tranſlationem, quia batuere eſt ſeruulis verberare: vel quòd βατίεσθαι, ſeu βατεύεσθαι apud Siculos, idem valet quod iniri à mare Theocr. οὐκ' ἐσορῇ τὰς μηκάδας, ἃ βατεῦντι.

1 ſuppedit.) *Alij libri habent*, ſuppellit: *alij* ſuppellere.

IN EPIST. XXIIII.

1 Illi συμπόσια, aut σύνδειπνα, id eſt, compotationes, aut concen. *Hoc totum* id eſt, compotationes, aut concenationes, *delendum puto, vt foris profectum, & alienum, minimèque Ciceronis.*

IN EPIST. XXV.

2 ad imperandum.) *Hoc eſt, vt imperium feras, ſeu, Vt tibi imperetur.*

IN EPIST. XXVI.

1 Miraris tam exhilaratam eſſe ſeueritatem noſtram.) *Codices Memm. aliquot habent*, ſeruitutem noſtram? *Clericanus*, ſenectutem noſtram? *ego* ſeruitutem, *legendum eſſe puto: ſignificat enim dominatum Cæſaris.*

2 Ille Varo,) *Omnes ferè libri manuſcr. habent* verò. *Vade Adr. Turnebus, collega & amicus noſter, legendum eſſe exiſtimat*, Ille varo. *de quo loco lege eius Aduerſaria. Alij* Baro *repoſuerunt.*

3 ibi præſertim) *quidam libri habent*, tibi præſertim.

3 ſed etiam intra legem) *legendum*, infrà legem, *vt rectè indicat Ioan. Paſſeratius. Legem autem, ſumptuariam ſcilicet.*

IN EPIST. VIII.

LIBRI X.

1 magnam mihi ipſe ad proficiendum) *ſic videtur legendum potiùs, quàm, quo modo alij libri habent*, magna in ſpe ad perficiendum, *ſeu*, ad proficiendum, *&c.*

2 ſed aliquanti nobis temporis] *ſic videtur legendum*, aliquanti *inquam, non* aliquantum, *&c.*

3 quàm cùm pauc. ſun. orbi terr. vict partiremur) *ſecutus ſum P. Victorij coniecturam, qui ex* pateremur,

&partiremur, *fecit*, partiremur. *Nonnulli tamen codices, manuſcript. habent* pararemus. *quo modo & aliquot vulgati. Alij quidam*, pareamus: *quod poſtremum magis probo.*

IN EPIST. IX.

1 Nihil me tibi temerè aut te ceteris, *&c. Verbum* ſcripſiſſe, *quod fuerat interiectum inter* temere *& disiunct.* aut, *ego fretus manuſcr. librorum auctoritate, deleui. Nam verbum* recepiſſe, *etiam huc pertinet, & eſt commune, quod non intelligentes indocti, verbum*, ſcripſiſſe *adiecerant de ſuo. ſic enim habent libri vulgati*, Nihil me tibi temerè ſcripſiſſe, aut te ceteris, *&c.*

IN EPIST. XI.

1 quæ habent ſpeciem gloriæ, collectam ex inaniſſimis ſplendoris inſignibus.] *ſic habent duo codices Memmiani: neque video cur hanc ſcripturam reiicere debeamus, cùm ſit longè meo quidem iudicio, vulgatæ anteponenda.*

2 breuia, fugacia, caduca) *ſic habent omnes ferè libri vulgati: ſed videtur P. Victorio legendum* fucata: *& item Manutio: cùm neuter, vt arbitror, de alterius ſententia quidquam audiſſet. Teſtatur autem P. Victorius, in optimo illo quo vſus eſt codice, ſcriptum fuiſſe, quanquam literis obſcurioribus*, fugata, fugacia: *tamē, quod eſt in libris vulgatis, non videtur reiiciendum.*

IN EPIST. XIII.

1 appellauit φιλαλάστορθεν.) *Quidā libri manuſcripti habent*, φιλοκτόρθιον: *atque ita edidit P. Victorius.*

IN EPIST. XVI.

1 tum erant grauiſſimis verbis & ſententiis perſcriptæ.) *Cùm antea vulgò legeretur*, & ſententiis plenæ: *Victorius ex auctoritate quorundam librorum, vocem* plenæ *deleuit: & rectè. Ego autem cùm in vno atque altero reperiſſem vocem* perſcriptæ, *quamuis non auſim aſſeuerare Ciceronis eſſe, ſed ſuſpicer eſſe ſubdititi am, tamen non putaui mihi negligendam, aut reiiciendam.*

IN EPIST. XVII.

quo

1 quo obſide fidei illius) *iampridem ſic mihi viſus erat hic locus legendus; aliquot autem poſt annis cognoui Henrico Stephano, viro doctiſſ. idem videri. Alij retinēt lectionem vulgatam*, fide illius, *&c.* *& tamen* fide *pro* fidei *poſitum eſſe volunt, vt ſit antiquus generandi caſus.*

2 Sex. Gauiano probauit.] *Hunc commemorat in orat. pro Sextio M. Tullius.*

IN EPIST. XVIII.

1 Etſi cautius illud erat conſilium) *multa hîc immutata ſunt, partim coniectura, partim ex auctoritate codicum manuſc. Primùm,* Etſi cautius, *&c. pro &* cautius, *ex vetere codice edendum curaui: deinde totum illud,* ſicut milites faciunt, *pro meo iure deleui: quia clamat ſe non eſſe Ciceronis: poſtremò illa,* exercitu concordi, & bene de rep. ſentiente. *ſunt item à vetere codice. Iam verbum* videbam, *tametſi ſuperuacaneum videatur, cùm verbum* ſciebam *ſatis ſuperq; ſit, tamen non ſuſtuli: quia credibile eſt à M. Tullio eſſe poſitum, propterea quòd multa ſunt interpoſita inter verbū* ſciebam, *& illud,* hoc omne aſſignatum iri, *propter hyperbatum, ſcilicet. Ita poſuit verbum* videbam, *quaſi verbum* ſciebam *non ſit initio poſitum, vt conſulat memoriæ lectoris. Si quis tamen delere volet, per me licebit, neque repugnabo.*

IN EPIST. XX.

1 verùm, vt errare, mi Plance, potuiſti, *&c.*) *Negare non poſſum, eam eſſe ſcripturam antiquam, quam defendit P. Victorius.* Verùm, vt errarem, id Plance voluiſti. *Sic. n. habēt & Memmiani codices. Veruntamen vulgatam lectionem amplector, vt valdè probabilem, & cum iis quæ ſequuntur congruentem & conſentaneam.*

IN EPIST. XXI.

1 nec de laude ieiuni hominis delibrare quidquam) *ſi noſtri omnes codices manuſcript. habent* delibare, *vt habent: ſi ſemper vbicumque vulgati libri habent*

habent deliberare , *in manuſcriptis ſcriptum eſt* deliberare, *aut* delimare (*quod admonui in commentariis Lucretianis*) *numquámne intelligent homines, in omnibus libris, talibus locis eſſe reponendum* delibrare, *pro* delibare ? *vt delibrare intelligamus poſitum, pro, detrahere & deminuere.*

IN EPIST. XXIII.

1 aut ab illis feruentibus latron.] *ſic habent ferè omnes libri manuſcripti :* furentibus *tamen non damno, quod eſt in vulgatis : præſertim cùm ſequatur non longo pòſt interuallo*, veniebant enim eodem furore in me, quo in patriam, incitati.

2 magno cum dolore paricidarum elapſus ſum his) *ſic legit Paulus Manutius quanquam libri omnes habent,* elapſus ſum iis, *aut certè,* his.

IN EPIST. XXIIII.

1 Aliquanto illum propius eſſe, è rep. eſſe videbamus.) *ſic mihi viſus eſt hic locus eſſe reſtituendus, cùm eſſet corrupiſſimus. Nam primùm hoc totum,* quod ad Cæſarem attinet , *quod reperitur in omnibus libris vulgatis , fuerat fruſtrà & temere inculcatum , quod conieci ex vaiis codicis antiqui ſcriptura, quæ eſt talis,* aliquanto illum propius eſſe. *Nam pronomen* illum, *ſatis demonſtrat & ſignificat Cæſarem ſine illa acceſſione: deinde verbum* videbamus *facilè indicat aliquid deeſſe. Quid autem aliud deeſſe dici poſſit, quàm quod repoſuimus ? quod ſcilicet eiectum fuerat, receptis illis verbis* , quod ad Cæſarem attinet : *quæ nata fortaſſe ſunt, vel ex iis quæ ſequũtur,* quod ad Cæſaris amorẽ attinet : *vel ex eo quòd pronomen* illum (*quòd reperimus in duobus codicibus antiquis*) *ſublatum eſſet : vel ex annotatione ad vocem* illum *aſcripta : cùm lector aliquis adſcripſiſſet* Cæſarem. *Doctus quidam tamen ſic hunc locum legendum exiſtimat* , aliquantò autem propiùs eſſe Cæſarem volebamus.

IN EPIST. XXX.

1 SER. G.] *ſic legendum eſt, non ,* Sergius Galba. *Ser. autem valet Seruius : quod eſt prænomen. Galbæ enim erant Sulpiciæ gentis , non Sergiæ. Itaque hic dicebatur*

cebatur Ser. Sulpicius Galba prænomine , nomine, cognomine.

IN EPIST. XXXI.

1 Quod cùm Lep. cont. a o ſcr. ſec. c. Ant. maximè contrarium fuit) *ſic hoc ſignificat, Aſinius, hoc ſibi maximè obfuiſſe maximéque aduerſarium fuiſſe. nempe, ſcribere ſenatui, me & exercitum in poteſtate eius futurum, inſolens locutio eſt: ſin aliud, quæro quid. Ego putabam locum eſſe mendoſum, & ita corrigendum,* Cui quòd Lep. contion. atque omn. ſcr. ſe conſ. cum Ant. m. c. f.

2 quantas habuerim contentiones.) *ſic emendauit P. Manutius: cui aſſentior. nam vulgò legitur* contiones.

IN EPIST. XXXII.

1 Gladiatoribus autem Fabium) *ſic legendum eſſe multi iam docti viri admonuerunt, non* gladiatoriis. *ſignificatur dies quo die gladiatores commiſſi ſunt.*

2 ciuis Romanus ſum) *P. Victorius edidit*, ciuis Ro. natus ſum: *quo modo & aliquot Memm. codices habent: ſed Manutium & Ferrarium ſequor, qui delent vocem* natus.

3 Nunc quod reſtat.) *libri aliquot veteres habent*, quod præſtat, *& item multa exempla vulgata. ego* quod reſtat, *teneo.*

4 arceſſiſſet) *ſic iampridem emendaui, cùm in omnibus libris vulgatis legeretur partim* acceſſiſſet, *partim* accerſiſſet.

IN EPIST. XXXIII.

1 arceſſiſtis) *ſic habent noſtri libri veteres omnes, quod eò adſcripſi, vt deſinant tandem hoc opinari viri docti (nam de indoctis nō laboro) verbum Arceſſo, ſignificare accuſo, Accerſo verò aduoco, aut venire iubeo. Nam hoc certiſſimum eſt, Accerſo non eſſe verbum Latinum: & Arceſſo duo illa ſignificare.*

Nam & robur & ſuboles militū interiit) *Quamuis iampridem admonuerim ſcribendum eſſe Suboles,* non

non Soboles. Admoneo tamen iterum hoc loco tum quia ita ſcriptum eſt in quinque libris manuſcr. tum quia edidit P. Victorius.

IN EPIST. I. LIB. XI.

1 nullæ partes in rep.] *Legendum videtur*, nullæ partes ſibi in rep. *&c.*

IN EPIST. II.

1 ea re denuntiatum eſſe veteranis, quod de, *&c.*) *Videtur aliquid deeſſe poſt vocem* veteranis: *nempe tale quiddam*, vt venirem.

IN EPIST. III.

1 Nam de dilectibus habitis) *Hæc eſt antiqua ſcriptura, atque ita ſine dubio legendum. Mendosè autem hic operæ fecerant olim* delictibus.

IN EPIST. VIII.

1 Polla tua) *id eſt, Valeria Paulla, vxor tua. Polla autem & Paulla dicebant veteres* ἀδιαφόρως, *vt Caupo, Copo: Olla, Aula: Ploſtrum, Plauſtrum, &c.*

IN EPIST. X.

1 malim mehercule tum iudicium, *&c.*) *Hoc loco ſecutus ſum libros vulg nam manuſcr. aliquot habent*, malle me tuum iudicium quàm ex, *&c. Et ſic reſtituit Paul. Manutius multos abhinc annos, ſiue coniectura ductus, ſiue codicis alicuius veteris auctoritate fretus. Sic poſtea edidit & P. Victorius, optimum illum codicem & antiquiſsimum Florentinum ſecutus. ego tamen ſcripturam vulgatam probo: quam & nonnulli veteres confirmant. Quod ad ſuperiora attinet, P. Victorij & Pauli Manutij coniecturam ſecutus ſum.*

IN EPIST. XXI.

1 Agrariam curationem ligurrirent,) *Sic habent omnes libri veteres. Quidam tamen legendum cenſent*, Agrariam rogationem. *Præterea* ligurrirẽt, *duplici rr, ſcribendum, vt habent iidem libri veteres.*

IN EPIST. XXII.

1 quæ plurimum valet,) *Quidam legi volunt*, qua plurimum vales.

IN EPIST. XXVII.

1 contra inimicos meos. ſolere defendi) *Quamuis ſciam P. Victorium edidiſſe*, iniquos meos, *vt eſt in vulgatis, ego tamen ſecutus libros manuſcr. Memm.* inimicos *repoſui. Neque tamen aut nego, aut neſcio,* iniquos, *interdum vſurpatum eſſe à Cicerone pro inimicis. qua de re nos alibi plura.*

IN EPIST. XXVIII.

1 Aiunt enim, patriam amicitiæ præponendam eſſe) *ſecutus ſum libros vulg. cùm præſertim cum eis conſentiant nonnulli manuſcripti: atque ita locutus ſit oratione pro Rab. perduell. reo: ibi*, vt amicitiam patriæ præponeret. *Nam quòd P. Victorius ex antiquis codicibus reponit*, aiunt enim, patriæ amicitiam præponendam eſſe: *hac ſententia, Aiunt amicitiam patriæ præponendam eſſe amicitiæ amicorum, probare non poſſum. Sic potiùs exiſtimarim eſſe legendum, ſi quid ſit mutandum*, aiunt enim, patriæ libertatem amicitiæ præponendam eſſe. *ſic enim ferè in ſuperiore epiſtola Cicero libertatem patriæ vitæ amici anteponendam.*

2 At debeo pro ciuili parte) *quidam putant legendum*, pro virili parte. *ſed ego nihil mutandum cenſeo. nam quemadmodum dicimus,* pro virili parte, *ita & pro ciuili parte.*

IN EPIST. XXIX. ET VLTIMAM.

1 ſúmque admiratus & fidem tuam, & in conſ.) *Videtur legendum quibuſdam*, ſúmque admiratus & fidem tuam in conſilio dando, & religionem.

IN EPIST. I. LIB XII.

1 ab illo duntaxat ſordidiſſimo periculo tuti) *Quidam legi volunt*, fœdiſſimo periculo, *quod malim, ſi libri veteres adiuuent.*

2 pecuniæ maximæ deſcribuntur) *Sic legendum, non* diſcribuntur, *neque* diſtribuuntur.

IN EPIST. II.

1 Ad quam paratus venerat) *Sic eſt legendum, & ita habent duo codices manuſcr. Vnde tamen quidam legendum*

1 Ego me de rep. puto eſſem.) *Sic habent omnes noſtri libri veteres, cùm vulgati habeant*, de rep. ita puto eſſe m. *Omnino particula*. ita *ab aliquo ſciolo attexta eſt: inanis enim eſt.*

IN EPIST. XV.

2 tanta prauitate eſſe animaduertis) *Quidam libri veteres, & item vulgati, habent*, tanta importunitate, *&c. ego* tanta prauitate, *probo, & ita habent cod. vet. emendatiores.*

3 nullo exemplo, neque noſtræ partis) *Quidam legi volunt*, neque vlla ex parte *& interpretantur ne vlla quidem ex parte. Ego ex antiquæ ſcripturæ veſtigiis repono*, neque noſtræ partis: *ſubintellige periculo, ſeu repete ἀπὸ κοινοῦ.*

IN EPIST. XIX.

1 verebar vt redderentur) *Id eſt, Verebar ne non redderentur. Sic autem legendum eſt, non vt vulgò*, ne redderentur. *Et verò vt ſic legatur, præter veteres codices qui ſic habent, ratio poſtulat.*

IN EPIST. XXII.

1 Collega noſtro, Antonio) *P. Victorius edidit*, collega veſtro, *ſed* collega noſtro, *probo. Fuit enim collega Ciceronis Antonius in auguratu.*

IN EPIST. XXV.

1 fuit enim quoddam neceſſarium tempus ſeruitutis) *Sic reſtituit Paulus Manutius Vbaldini Bandinelli coniecturam ſecutus: cum antea vulgò legeretur*, Grecum tempus, *planè ineptè: Paulò poſt, vbi omnes libri habent*, Vinolentum furorem, *legendum videtur quibuſdam*, violentum furorem. *Vinolentum tamen retinendum videtur: propterea quæ ſequuntur*, quem ego ructantem & nauſeantem, *&c.*

2 peſtis patriæ fuiſſet) *Putarim legendum* peſti. *Sic enim dicimus, Ea res fuit patriæ ſaluti, fuit exitio, fuit calamitati, &c.*

IN EPIST. XXVI.

1 Q. TVRRIVS] *Hæc epiſtola ordine eſt viceſima ſexta. Itaque ſeparanda à ſuperiore eſt. Et olim opera-*

rij iſti, quamuis ſeparatim, vt nunc, fuerit edita, tamen numeros mendoſos quinque epiſtolis deinceps ſequentibus adſcripſerant.

IN EPIST. I. LIB. XIII.

1 Cum patrone Epicureo mihi omnia communia ſunt) *Vocem* communia, *quæ eſt poſt* omnia, *quamq; P. Victorius quorundam veterum codicum auctoritatem ſecutus deleuit, ego in vno reperi. Verumtamen aſſentiatur Victorio licet, ſi quis volet, & ſequatur plurium codicum auctoritatem: non repugnabo. Sed audebo dicere, eſſe à librario omiſſam, & eſſe neceſſariam.*

IN EPIST. IX.

1 ordine, ipſo hominum genere) *Videtur ſic potius diſtinguendum,* ordine ipſo hominum genere, *vt edidimus, quam, vt habent plerique libri vulgati,* ordine ipſo, hominum genere.

P. F. An.] *Id eſt, Publij filij, ex tribu Anienſi.*

IN EPIST. X.

1 ſed tamen cauſa communis ordinis) *Cùm P. Victorius in optimo illo codice, quem tantopere probat, non reperiſſet vocem* cauſa *(quæ eſt in lib. vulgatis omnibus) coniecerat legendum eſſe,* communio ordinis: *neque tamen auſus erat, vt eſt religioſus & ἀλαβὴς, ita edere. Neque quidem igitur audere debui, quamuis eius coniecturam vnius codicis Memmiani teſtimonio confirmatam reperiſſem.*

2 & prudentem, & à cupid.) *legendum fortaſſe eſt,* & pudentem, *&c. Videtur enim Cicero modeſtiam & pudorem, virtutes affineis coniungere voluiſſe.*

IN EPIST. XV.

1 Sed tamen idem me conſolantur, *&c.) Sic legendum, non vt vulgò,* idem me conſolatur, *&c. Dicuntur enim hæc de proceribus illis, & Pompeianis & optimatibus. Paulò pòſt ſecutus ſum veſtigia ſcripturæ veteris, & Pauli Manutij coniecturam, in eo quòd edidi,* peruſtũ inani gloria, volunt incendere, *&c. non, vt habent vulgati & Victorius probat,* peruſtum etiamnum. gloria, &c.

IN EPIST. XVII.

quàm

1 quàm maximus poſt mea commend.) *Sic repoſueram, coniectura ductus: quia hæc lectio mihi multò videbatur & certior, & ad ſententiam huius loci accommodatior, quàm quæ dicitur eſſe Faerni & Manutij:* quàm maximè poteſt, mea commendatione, &c. *Nam vulgata,* quàm maximus poſtea commend acc. &c. *ferri non poterat. Et credibile eſt ex,* poſt mea, *factum eſſe à librario* poſtea. *Sed ſunt qui ita legi poſſe contendunt,* quàm maximus poſtea, mea commēd. *quæ mihi magis probatur: tametſi parum interſit. Atque ita olim operæ fecerunt, meo iniuſſu. Non diſſimulabo tamen, etiam Manutio hanc ſcripturam in mentem veniſſe,* quam maximus pòſt mea commend. cum acc. *Ne hoc quidem lectorem celabo, in nonnullis libris vulgatis legi tolerabiliter hoc modo,* quàm maximus poſtea commēdatione noſtra cumulus accedat. *Sed quia ſuppoſita eſt, & à veſtigiis antiquæ ſcripturæ longius remota, minùs probanda.*

IN EPIST. XXI.

1 & in omni off. genere diligendus.) *Legendum fortaſſe eſt, vt Manutius opinatur,* diligentiſſimus.

IN EPIST. XXIX.

1 id feciſſe aliorum conſilio, &c.) *ſic legendum, non, vt vulgò,* id fecit.

IN EPIST. LVIII.

1 quæ æqua poſtulabit, vt lubente te impetret.) *Secutus ſum olim codices vulgatos: cur fecerim, cauſa hæc eſt. Scribit Cicero ad prætorem vrb. ei commendat Cuſtidij cauſam, petitq; ab eo, vt, quæ æqua poſtulabit, eo iubente impetret. At prætoris eſt decernere & iubere. Licet tamen & legere, vt eſt in libris manuſc.* te lubente. *ſeu libente, id eſt, te volente, tua voluntate. Ac, ne quid diſſimulem, mihi nunc hoc modo legi placet, & item in epiſtola proxima.*

IN EPISTOLAM II. LIBRI XIII.

eſt ne non poſitis eſſe honeſtè. Confirmat meam coniectu-ram verbum verendum , *quod mox iteratur , quaſi iam ſemel antè poſitum* : Etiam illud verendum eſt,*&c.*

IN EPIST. I. LIB. XV.

1 ab Iamblicho,phylarcho Arabum) *Ego legendum puto,*phararcho Arabum. *Eſt autem* phararchus , *is qui præeſt turribus iis,vnde lumen ſublatum ſignificat nauigantibus,vbi loci ſint & vnde,ſi quid ſit, quod ſcire opus ſit , ſublatis ignibus longo ordine , & immenſo ſpatio,dum turris turri vicinæ ſignum dat , res in diſiunctiſſimis locis geſtæ cognoſcantur. Quamquam Strabo commemorat præfectos quoſdam in Arabia phylarcos appellatos. Quocirca neque quidquam olim mutaui, neque nunc muto.*

2 ſeriùs vos quidem,quàm decuit.) *quidam legi volunt* debuit,*imperſonaliter,quod valde probo.*

IN EPIST. II.

1 amicóſque. patris eius atque aui iud.) *Sic video nuper eſſe hunc locum emendatum à Tito Pormæo : & rectè.nam vulgata lectio,* amicóſque in patris eius fide:atque iudicio,*&c.ferri non poteſt.*

IN EPIST. III.

1 vt quæ copiis & opibus vix tenere poſſumus.] *Nonius Marcell.in voce Continens,legit,* ferre vix poſſumus,ea manſ.& contin.noſtra, ſociorum fidelitate tueamur.

IN EPIST. IV.

1 tum præſtanti magnitudine] *Secutus ſum codices Memm.reiecta & vulgata lectione*, præſenti magnit. *quam Florentini probant. Non damno tamen Manutij lectionem,*tum præſentia, magnitudine & animi , & conſ.

2 & omnino iis qui nouari aliquid,*&c.) Cùm & in vulgatis libris & in manuſcriptis legeretur,*& toto iis, *Ranconetus coniectura ductus legendum putabat,*exorta iis qui,*&c.Sed Victorius meliùs,*& omnino iis qui, *&c.Alij,*& ſociis,qui,*&c.*

3 ſi ita tempus ferret) *Duo codices Memmiani habent,*

bent,ſi ita opus foret *quod non placet*.

4 acriter & diu repugnantibus) *Videtur legendum* repugnanteis: *verumtamen nihil muto. ſubintelligi enim poteſt hoſtibus,vel aliquid tale.*

IN EPIST. VI.

1 non vt nimis concupiſcendus honos] *ſic habent tres codices Memmiani, & Huraltinus, & Clericanus.*

IN EPIST. XIII.

1 mihi ad remunerandum)*legendum cenſeo*,mihi ad te remunerandum,*&c.*

IN EPIST. XIV.

1 vnus ſcilicet ille fructus]*ſecutus ſum libros vulgatos.Nam manuſ a'ij habent*,vnus ille fructus:*alij*,vnus ſcilicet fructus:*alij*,vnus ſcilicet vni fructus.

IN EPIST. XVI.

1 quàm tu ſyllabam, aut literam) *ſic potiùs putaui eſſe legendum, quemadmodum reperi ſcriptum in cod. Memm.& Cleric.quàm vel,vt habent excuſi*, ſcedulā, *vel,vt P.Victorius edidit*, ſcidam:*quod Cariſius interpretatur chartam. Nam præter horum librorum auctoritatem (quam non puto contemnendam præ aliorum auctoritate)longè meo quidem iudicio,concinnius & elegantius eſt ita loqui:Hæc epiſtola te oppreſſit,antè quàm tu ad me ſyllabam,aut literam miſeris:quàm ſic, Antè quàm tu ad me chartam, aut literam Suprà autem legendum fortaſſe eſt*,oppreſſerit,*vbi eſt*, oppreſſit, *pro* operis ſit:*quod eſt in libris manuſcriptis.*

2 quòd,cùm velis,ipſa accurrunt)*Sic reſtitui, coniectura ductus.Dicebat enim Epicurus imagines ſeu ſimulachra ad arbitrium noſtrum ad nos aduolare, ſiue ea quibus cerneremus, ſiue quibus cogitaremus. Præterea, quæ ſequuntur, meam coniecturam confirmant, ibi, In meáne poteſtate ſit ſpectrum tuum,&c.Poſtremò* accurrunt,*non* occurrunt.*Sic enim Lucret. lib.4. Anne voluntatem noſtram ſimulacra tuentur, Et ſimulac volumus,nobis accurrit imago?Et M. Tullius libr.2. de Diuinat. Quid? ergo iſtæ imagines ita nobis dicto audientes ſunt,vt,ſimulátque velimus,accurrant?*

IN EPIST. XVIII.

1 philoſophia?tua quidem in culina:mea in moleſtia eſt) *Libri omnes manuſc.habent*, Vbi igitur, inquies,philoſophia tua? & quidem in culina, mea moleſta eſt.*Sed Paulo Manutio non aſſentiri olim non potui,qui locum corruptum ac mendoſum eſſe putat. Sic autem legendum exiſtimat*, Vbi igitur Philoſophia? tua quidem, in culina: mea, in palæſtra eſt. *vt hoc membrum*,mea,in palæſtra eſt, *opponatur illi ſuperiori membro*;tua quidem,in culina eſt.*Nunc modum conſtitui apud me,probare debeam,necne.Quidam amicus meus,vir doctus,ſic potiùs legi putat oportere*, Vbi igitur philoſophia?tua quidem,in culina:mea, in moleſtia eſt:*cui aſſentior. Sic autem loquitur lib.* 4. *epiſtolarum ad P.Nigidium Figulum,Id tibi affirmo, te in iſtis moleſtiis,in quibus es hoc tempore, non diutiùs futurum Idem lib.6.epiſt.ad Ligarium, Quare mihi crede,& memoriæ manda,me tibi id affirmaſſe, te in iſtis moleſtiis diutiùs non futurum.Sic eadem epiſtola,infrà, non longè,Ne tu quidem in iſtis incommodis eſſes. Idem eod.li. Atque illæ arbitrabantur,cùm à te abeſſent ipſæ, multò in grauiore te cetera futurum.Idem libr.9.Scio te ſemper mecum in luctu fuiſſe,&c.Terent. in And. Propterea nunc miſera in mœrore eſt.Paulò antè,h ic ep.18. videtur legendum,ſi* φιλόσοφον aliquem habuiſſem,*non, vt vulgò*,habuiſſet.

IN EPIST. XIX.

Nam habet damnatos) *P.Manutius in prima editione edidit*,dominatos.

IN EPIST. XXI.

1 quo tamen ipſo confido me facturum ſatis) *Vel ſic legendum vt edi iuſsi*, confido me facturum ſatis: *vel* quod tamen ipſum tibi confido futurum ſatis.

2 Abſentem memoria colam.) *Malim legi* abſentiam,*&c.*

IN EPIST. I. LIB. XVI.

1 Paulò faciliùs, *&c.*) *Harum epiſtolarum ordinem,*

cenſeo deripitur, *quod valet, detrahitur.*

IN EPIST. XXIV.

1 Sed literas tuas exſp.] *Quidam libri habent,* ſed ſc. *alij,* ſed ſc. *Fort. legendum,* ſed ſt. *Literæ* ſt. *autem, ſilentij nota ſunt. Ego nihil affirmo.*

2 Puto vtrumque ad aquas. Emas quid egerint.) *Sic legendum putat hunc locum Adr. Turnebus in Adverſ. vbi libri vulgati habent*, Puto vtrumq; ad aquas Semas, quid egerint. *hac ſententia*, *Puto vtrumque ad aquas venturum. magno pretio amas ſcire quid legerint. Manutius autem ſic,* Puto vtrumque ad aquas. Sciemus quid egerint: *aliquanto re quod mitius eſt à ſcriptura vulgata, eademq; antiqua. Quid ſi ſic legendum dicamus?* Puto vtrumque ad aquas xenias quid egerint, ſcribam ad te, ſcilicet. *Omnino Turnebi coniectura mihi magis placet.*

IN EPIST. XXVI.

1 vide vt probare poſſit, te non peccaſſe.) *Legẽdum fortaſſe eſt,* vereor vt probare poſſit, te non peccaſſe.

IN EPIST. XXVII.

1 quibus alteri Cæſenam, *&c.*) *Locus obſcuriſſimus, ab Aldo Manutio Pauli F. nuper accuratè tractatus in libro de Orthographia, ſed nondum perpurgatus.*

FVLVII VRSINI IN LIB. I. AD P. CORNELIVM LENTVLVM,

Notæ: quas hoc † ſignum, ad eodem ſignata textus loca reducit.

† Libonis, & Hypſæi) Hupſæus *in veteribus nummis modò cum aſpirationis nota reperitur, modò ſine vlla aſpiratione* Ypſæus. *eſt autem cognomen Plautiæ familiæ, nobilis triũpho de Priuernatibus, quẽ egit Plautius Decianus conſul anno* CDXXIIII. *Kal. Mar.*

IN EPIST. III.

† Et noſtra cęterorúmque amicorum com-

mendatione gratiſſimus in prouincia fuit.) *Pro* gratiſſimus, *in vetere apud me libro, cuius bonitatem in pluribus perſpexi, ſcriptum eſt* gratioſiſſimus. *quæ lectio videtur multò melior, quã ea, quæ vulgò circũfertur.*

EPIST. IV.

† Alexandriam] *Scribendum* Alexandream. *ita enim poſcit illorum temporum ſcribendi conſuetudo, quã cùm in aliis veteribus monumentis obſeruaui, tum in denario argenteo M Lepidi, in quo inciſum eſt*, ALEXANDRIA, *ſiue* ALEXANDREA.

EPIST. VI.

† Maximè ſcilicet conſolatur ſpes) *Puto Ciceronem ſcripſiſſe* maximè conſolatur, *atque his verbis additum fuiſſe gloſſema* ſcilicet ſpes, *quod poſtea (vt videtur) in ſeriem receptum à librariis fuit: vt id credam, facit liber collatus à doctiſſimo viro cum codice manuſcripto, à quo abeſſe hæc duo verba cognoui.*

EPIST. VII.

† Eam eſſe naturam & regionem prouinciæ tuæ rationem *pro* regionem *libentius legerem: primũ, quia ita in veteribus libris inuenitur; deinde, quòd ſimilis error in Lucretij quoque verſum inuaſit lib.* 1.

Nam tibi de ſumma cæli ratione Deûmque.

Differere incipiam, *&c. malè enim prius* regione *legebatur pro* ratione, *vt eſt à Giſanio ſuper eo verſu notatum.*

EPIST. VIII.

† Optimè ex Emplatorio cognoſces) *Quauis ſponſione contenderem* M. Plætorio *legendum eſſe, non vt quidam emendarunt* C. Plætorio. *ex veteribus enim libris cognoſcere facilè poſſumus literarum factam fuiſſe in hoc nomine ſcribendo à librariis tranſpoſitionem.* M. *autem* Plætorius *frequens eſt in veteribus denariis.*

† Cui iucundum erit etiam propter id ipſum) *Puto aduerbium* propter *eſſe additamentum alicuius, qui locum voluerit gloſſemate illuſtrare.*

EPIST. IX.

† Cùm tu Hiſpaniam citeriorem cum imperio obtineres) *P. Lentulum opinor Hiſpaniam obtinuiſſe,*

non

non ex prætura, vt quidam putant, ſed Quæſtorio imperio extra ordinem ex S. C. *vt ex ipſius Lentuli denario intelligere poſſumus, in quo inſcriptum eſt,* P. LENT. P. F. L. N. Q. S. C. *conſtat autem eum denarium Oſcæ percuſſum fuiſſe, quæ eſt Hiſpaniæ vrbs, in qua argentum ſignatum à Quæſtore fuiſſe veriſimile eſt.*

† Si iis pro me ſtante pugnare licuiſſet) libuiſſet *vnius literæ mutatione libentius legerem, veteribus etiam libris non repugnantibus.*

† Promulgantibus omnibus] *In libro manuſcripto additum eſt* Tribunis plebis: *quod tamen neceſſarium non videtur, cùm ſuprà dixerit* vnius Trib. pleb.

† Sed vt in nauigando tempeſtati obſequi artis eſt etiam ſi portum tenere non queas: cùm verò id poſſis, mutata velificatione aſſequi ſtultum) *Totum hunc locum ita lego,* Sed vt in n. t. obſequi artis eſt, & ſi portum t. n. queas cùm id poſſis mutata velificatione aſſequi ſtultum eſt. *huius autem lectionis auctorem habeo partim librum manuſcriptum, à quo abeſt aduerbium* verò; *partim coniecturam viri doctiſsimi, qui etiam* in & *mutandum putat.*

† Quantum ſtudiis veteribus noſtris delectationibus conſequi poterimus] *In libro qui eſt apud me manuſcriptus, rectiùs, vt opinor, legitur,* quantum ſtudiis veteribus noſtris delectationis conſequi poterimus.

† Legem curiatam conſuli ferre opus eſſe neceſſe non eſſe) *Ant. Auguſtinus legit* ſibi neceſſe nõ eſſe: *addita voce* ſibi, *quæ deſiderari omnino videtur.*

IN LIB. II. AD CVRIONEM

EPIST. III.

† Domeſticarum enim rerum tuarum habes & ſcriptores, & nuntios] domeſticos *habet antiquus liber, pro* domeſticarum: *& ita opinor ex loco ſimili legendum eſſe.*

EPIST. V.

†. Cùm Sex. Villium Milonis mei familiarem]

rem] *Ita eſt in manuſcripto. Manutius autem fecit* Sex. Iulium. *mihi placere*, Seruilium.

EPIST. VI.

† Et ex mea ſententia Remp. geſſimus] Rem geſſimus *magis placet, vt eſt in antiquo.*

EPIST. VII.

† Iam iidem illi & boni, & mali ciues videntur qui nobis videri ſolent) eidem *Ant. Auguſtinus rectè emendat, pro* iidem.

EPIST. IX.

† Antiochia) Antiochea *eſt in veteribus libris, quomodo in antiquis quoque monumentis ſcriptum reperitur, atque eadem ratione, qua* Alexandrea *pro* Alexandria: *extat etiam apud me æreus nummus, in quo inciſum eſt*, GENIO ANTIOCHEAE.

EPIST. XI.

† Non erat minor ex contemnenda quàm ex conſeruata prouincia] contempta *habent aliquot veteres libri, quamuis* contemnenda *ferri etiam poſſit.*

EPIST. XII.

† Militarémque rem collocaſſem) *Vide num rectius ſit in antiquo libro*, militémq; in ea collocaſſem.

EPIST. XVI.

† Caninio Salluſtio) Canio Salluſtio, *in veteribus libris ſcriptum eſt: vt quin* Caio Salluſtio *ſcribendum ſit, dubitari non poſſit.*

† Non erat incommodum te nullam referre) *Alij* non erat incommodum te in illas referre *auctoribus libris veteribus. paulò pòſt*, Præter Quæſtores vrbanos, id eſt populum Romanum, *habet vetus liber*, Præter Quæſtores & Præfectos.

† Videbam idem ceteros exiſtimare] certos *habet vetus liber: & fortaſſe non malè.*

† Equitibus auxiliariis inquit cùm amplius frumenti poſtularemus) *pro* frumenti *ſcriptum eſt in vetere libro* ſupplementi; *& ita neceſſariò videtur ſcribendum ex loco ſimili in epiſt.* III. *lib.* III. *ad Appiũ*, Cenſebant enim omnes ferè vt in Italia ſupple

plementum meis & Bibuli legionibus ſcriberetur.

EPIST. XVII.

† Quos video deinceps Tribunos Pleb. per triēnium fore] videre videor *eſt in antiquo libro, quomodo legendum opinor.*

IN LIB. III. AD APPIVM

EPIST. I.

† Melius enim ei cauere volo) caueri *legitur in libro manuſcripto, & fortaſſe melius, quàm in vulgatis.*

EPIST. IV.

† Id mihi ne mentiar gratum eſt] *Ex libri manuſcripti corrupta ſcriptura legendum puto*, id mihi vehementer gratum eſt.

EPIST. VIII.

† Non ad generum tuum Lentulum] *Vetus liber non habet*, Lentulum: *& certè poteſt eſſe gloſſema.*

† Et quadam diſſimilitudine inſtitutorum meorum ac tuorum lædi ſe putat) te putat *legendum ſuſpicor, ita poſtulante ſententia.*

EPIST. XII.

† In quo vnum modò vereor) *Veterum librorum, quos ego vidi, conſenſus monet me, vt de manuſcripta lectione non dubitem, quæ* modò vereor *habet, pro eo quod eſt in vulgatis*, non vereor.

EPIST. XIII.

† Velim ita fortuna tuliſſet] *Magis placeret*, vellem ita fortuna tuliſſet. *eſt enim vſitatior forma aliquid optandi.*

IN LIB. IV. EPIST. IX.

AD SVLPICIVM.

† 32. Eum magis communem cenſemus in victoria futurum fuiſſe, quàm incertis in rebus fuiſſet] comem *pro* communem *legebat amicus meus homo doctiſſimus, qui ſe hanc lectionem in antiquo libro reperiſſe affirmabat.*

† Et ſi Republica non poſſis frui, ſtultum eſt nolle priuata) ſtulti ſit, *eſt in vetere libro; quæ lectio melius cum ſuperioribus coniungitur.*

EPIST.

EPIST. XII.

† Tamen quoniam caſus & natura in bonis dominantur) *Ant. Auguſtinus* in naturæ bonis *legendum exiſtimat: mihi tamen* nobis, *pro* bonis *magis placet, deleta ſcilicet macula, qua ex tranſpoſitione (vt videtur) literarum inhæſit.*

† Supra Maleas) ſub Kal. Iunias *emendabat Octauius Pantagathus ex antiquæ ſcripturæ veſtigiis, vt dicebat.*

EPIST. XIII.

† Nec audio ſolum quod ipſum eſſet miſerum, ſed etiam id ipſum video] id ipſum *ſuſpicor abūdare.*

IN LIB. V. AD METELLVM, EPI. II.

† Atque ille quod te audiſſe credo) At ille, *ex ingenio: Anton. Auguſtinus: pro* credo *autem legebat Pantagathus,* certo *& paulò pòſt, pro,* in aliquo magiſtratu, *vetus liber habet* annuo magiſtratu *ſed ſententiæ aptius eſſet* m nimo, *vt ſit ἀντίθετον vocis quæ ſequitur,* conſulem.

EPIST. X.

† De Catilio neſcio quid ad me ſcripſiſti) *De Catilia familia non memini me apud ſcriptores quidquā legiſſe, quo fit vt ſuſpicer legendum eſſe* C. Atilio.

EPIST. XIII

† Itaq; hoc etiam fortiorem me puto quàm te) *In vetere libro ſcriptum eſt*, atq; hoc fortiorem: *quæ lectio multò quàm vulgata videtur melior.*

EPIST. XVI.

† Deceptus eſſe videatur) direptus, *vel* ereptus *alij.*

† Ne quid iis quos amaſti, mali putes contigiſſe) amiſiſti *magis placet, quàm* amaſti, *veteribus libris præſertim confirmantibus.*

EPIST. XIX.

† Ruſo) *In vetere quodam libro* Meſcinio Rufo *hæc epiſtola inſcribitur, & rectè: eſt enim* Rufus *Meſciniæ familiæ cognomen. L. autem huius* Meſcinij Rufi, *ſiue eius, vt ego puto, filij mentio eſt in Auguſti denariis,*

quos

quos cùm eſſet Triumuir monetæ cudendæ ſignauit cum titulo L. MESCINIVS L.F. RVFVS III. VIR.

EPIST. XX.

† Non habui cui potius id negotij darem, quàm ſcribæ meo) *Pantagathus aliter legit*, non habui cui potius id negotij darem quom darem illud, &c.

† Quod ego numquam addidi) *Ant. Auguſtinus* quod ego tunc non addidi. *alij*, quod ego quidem non addidi, *ſed nimis longè à vulgata ſcriptura, quamuis veteres libros ſe auctores habere dicant.*

† Quando de Lucceio parum prouiſum eſt) *Pātagathus* quom de Logæo, *vel* quom de Lucceio parum gratioſum eſt.

IN LIB. VI. AD TORQVATVM EPIST. I.

† Nefas ſit dicere) *Videtur deeſſe*, non, *vt legatur*, nefas non ſit dicere.

† Sed quoddam nobis officium iuſtum & pium & debitum Reipub. noſtræq; dignitati videbatur, qui neque cùm id faciebamus] *In vetere quodam libro aliter hic locus ſcriptus reperitur, nihilo tamen meliore ſententia.* Sed quoddam nobis officium iuſtũ & pium & debitum Reip. noſtræq; dignitati videbamur ſequi, neq; cùm id faciebamus.

† Philargyrus tuus] *In eburnea quadam apud me tabella, quæ* CN. POMPEII *&* M. CRASSI COS. *nomina habet inſcripta*, PILARGVRVS LVCILI *libertus notatus eſt.*

EPIST. III.

† Quam quemuis eorum qui diſceſſerint alteri dimicant) *Ita Pantagathus.*

EPIST. IV.

† Non quo ego certò ſcirem ſed quòd non difficilis erat coniectura) *Pantagathus*, Non quorſum quod difficilis erat coniectura.

EPIST. VI.

† Cùm ille aliquando non defuiſſet meæ) *Ex*

Ex loco ſimili in epiſtola ad Atticum, puto legendum eſſe, cùm ille aliquando defuiſſet meæ.

† Nec manens nec mutata ratio feret) *Amicus meus legebat*, nec communis vitæ ratio feret. *nimis à vulgata ſcriptura recedens.*

EPIST. VII.

† Cùm ignorit omnibus qui multa deos venerati, multa precati ſint contra eius ſalutem) *Ita hic locus legitur in libro apud me manuſcripto, cùm in aliis deſint illa*, multa precati.

† Sed totum tuum eſſe onus perficies) *In vetere libro ſcriptum eſt*, ſed totum tuum eſſe omne onus perficies, *vt fortaſſe legendum ſit*, ſed totum tuum eſſe, omnia vnus perficies.

EPIST. VIII.

† T. Furſano) Furſanio *legendum hîc eſſe, & in epiſtola quæ proximè ſequitur, conſtat cùm ex veteribus libris, tum ex hac inſcriptione, quæ Romæ reperta eſt ad portam Capenam.*

Q. FVRFANIO. C. F. NIGRINO.
PROC. FABRORVM &C.

EPIST. X.

† Trebiano) *Antea legebatur* Trebatio: *poſtea Paulus Manutius veterum librorum ſecutus ſcripturã, reſtituit* Trebiano: *atque ita planè eſt in manuſcripto apud me codice. ego tamen* Trebanio *legendum puto ex auctoritate argentei nummi, & item arei, in quibus* L. Trebani *inciſum eſt errorem autem ex tranſpoſitione literarum fluxiſſe arbitror ab imperitis librariis facta, qui* Trebiano *ſcripſerint pro* Trebanio.

† Cum omni gradu ampliſſimo digniſſimus] dignitatis *pro* digniſſimus *eſt in veteribus libris.*

EPIST. XII.

† Ne tu quidem in iſtis incommodis eſſes) *Cùm in manuſcripto libro ante verbum* eſſes, *legatur* non, *videtur pro* ne *ſcribendum eſſe* næ, *vt ſit*, næ tu quidem in iſtis incommodis non eſſes, *elegantiore, vt videtur, ſententia.*

IN LIB. VII. AD MARIVM.

EPIST. I.

† Quid? ne id quidem lepôris habuerunt) *Videtur ſcribendum* qui ne id quidem lepôris habuerũt.
† Et equitatis in aliqua pugna) *Pro* aliqua *videtur legendum* Iliaca, *vel* Attica, *vel aliquid tale, vt rectè coniecit Ant. Auguſtinus.*

† Homini politico) *Vetuſtus liber habet* polito, *quem Græci vocant* χαρίεντα.

EPIST. V.

† Vel regem Galliæ faciam, vel Lepte legatum) *Octauius Pătagathus exiſtimabat hunc locũ nõ vacare mẽdo, atque ita corrigebat ex antiquæ ſcripturæ veſtigiis,* Vt regem Galliæ me faciam L ptæ delegabo. *quid ſi legas?* vel leg. III. legatum, *pro* Leptæ legatum.

EPIST. XI.

† Quam omnes Samarobrinæ) Sabarobrinæ *ſcribendum eſſe ex auctoritate Strabonis & veterum librorum, docui in annotationibus in Cæſarem.*

EPIST. XII.

† Vt inter bonos bene agier oportet) *In veteribus libris eſt,* inter bonos bene agier *ſine particula* vt, *& ſine verbo* oportet, *& ita videtur legendum.*

EPIST. XIII.

† Et tu ſoles ad vim faciendã adhiberi) & tu ſoles ad vim facundiam adh bere, *eſt in manuſcripto apud me libro.*

EPIST. XVIII.

† Vt iſte tuus à me diſceſſus fructuoſiſſimus tibi ſit) *Lego* quàm fructuoſiſſimus tibi ſit: *eſt enim in manuſcripto mendosè,* tam fructuoſiſſimus.

† L. Arruntio) *Quidam ſcribunt* Aruntio, *vnico* r, *ſed malè: extat enim apud me tabella ænea, in qua ita inciſum eſt.*

SVB. L. ARRVNTIO
STELLA
NAVIS HARENARIA
QVAE. SERVIT
IN AEMILIANIS.

EPIST. XX.

† vt ſi eſſet vnus è nobis) *Vetus liber habet*, vt ſi eſſet vnus homo nobis, *meliore, vt videtur, lectione.*

EPIST. XXIV.

† In conſilium iri neceſſe erat) *Magis placeret* ire, *vt ad Ciceronem referatur, ob ea quæ ſequuntur. Eſt autem antiqua formula, quæ in fragmento etiam Seruiliæ legis reperitur, quod extat apud me in ære inciſum*: Verba. audeire. in. conſilium. eire. iudicare. liceat. neiue. iudicium. dimittere. iubeto. niſei. quom. ſenatus. &c.

† Reſpondi nullo modo me facere poſſe cùm vellem alium diem ſi ſumpſiſſet) *Vide num melius legatur*, reſpondi nullo modo me facere poſſe: quem vellet alium diem ſi ſumpſiſſet.

EPIST. XXV.

† Atque ego quidem) *Rectiùs legitur in manuſcripto*, atqui ego quidem.

EPIST. XXX.

† Maximo meo beneficio eſt) *Manuſcriptus liber habet* M. m. beneficio affectuſt.

EPIST. XXXII.

† De rebus vrbanis, de Rep.] *Quidam putant Scholium eſſe* de Republica: *abeſt enim à veteribus libris.*

EPIST. XXXIII.

† Et illis interioribus literis meis) *Antiquus codex habet*, & illis interioribus literulis.

IN LIB. VIII. COELII AD CICERONEM. EP. I.

† Q. Pompeium Baulis embæneticam facere) Epibaticam *eſt in manuſcripto quodam libro: quæ vox eundem ſenſum efficit. Pantagathus legebat* embibaticam.

EPIST.

EPIST. IV.

† M. Cœlium Vicinianum) Vinicianum *eſt apud Hircium in vetuſtiſſimo apud me libro vt ſit Vinicius adoptatus à Cœlio, quomodo hîc legendum arbitror. Vinicia autem gens frequens eſt in* Vinicij *denariis cuſis ſub Auguſto. Aliud autem agebat Manutius, cùm ſcripſit ſe vidiſſe apud me numraum argenteum, in quo eſſet Cœlii huius Viniciani mentio: extat enim apud me non Cœlij,ſed* CRASSI IVNIANI, *denarius, cuius ego auctoritatem ſecutus, locum Ciceronis reſtitui in ep.* VIII *lib.* III. *ad Q. Fratrem.*

EPIST. V.

† Sanè tanquam in quodam ſilice iam omnia adhæſerunt) *Pantagathus ex antiquis libris*, ſanè tanquam in quodam vectilintre omnia adhæſerunt.

EPIST VI.

† Et Hercule confecta omnia fœda & inhoneſta ſunt) *In manuſcripto pro* confecta *ſcriptum eſt* cõſilia. *Pantagathus autem legebat*, Et hercules confecta omnia fœda & inhoneſta ſunt. *vel*, & hercules coempta omnia fœdere.

† Legémque viariam.) viuariam *Pantagathus, & paulò poſt*, quis iubet ædiles metiri.

EPIST. VII.

† Nuptura eſt D. Bruto. nondum retulerat) mundum retulerat: *Pantagathus, qua quidem emendatione nihil poteſt aptius excogitari, ſiue ex ingenio ea ſit, ſiue ex libris veteribus.*

† Vbi hercule ego minimè vellem) *Non dubito quin* nollem *legendum ſit pro* vellem.

EPIST. VIII.

† Calumniam maximo plauſu tuliſſe) *Daneſius* iuraſſe *ſcribit pro* tuliſſe *auctoribus libris manuſcriptis, quibus valde aſſentior: in fragmento æneo legis Seruiliæ, quod eſt apud me ex muſæo Petri Bembi tranſlatum ita inciſum eſt.* Ad. ioudicem. in. eum. annum. quei. ex P. L. factus. erit. in. ious. educito. nomenque eius. de-

non Soboles Admoneo tamen iterum hoc loco tum quia ita ſcriptum eſt in quinque libris manuſcr. tum quia edidit P. Victorius,

IN EPIST. I. LIB. XI.

1 nullæ partes in rep.] *Legendum videtur*, nullæ partes ſibi in rep.*&c.*

IN EPIST. II.

1 ea re denuntiatum eſſe veteranis, quod de, *&c.) Videtur aliquid deeſſe poſt vocem* veteranis: *nempe tale quiddam*, vt venirem.

IN EPIST. III.

1 Nam de dilectibus habitis) *Hæc eſt antiqua ſcriptura, atque ita ſine dubio legendum. Mendoſè autem hîc operæ fecerant olim* delictibus.

IN EPIST. VIII.

1 Polla tua) *id eſt, Valeria Paulla, vxor tua. Polla autem & Paulla dicebant veteres* ἀδιαφόρως, *vt Caupo, Copo: Olla, Aula: Ploſtrum, Plauſtrum, &c.*

IN EPIST. X.

1 malim mehercule tum iudicium, *&c.) Hoc loco ſecutus ſum libros vulgatam manuſcr. aliquot habent*, malle me tuum iudicium quàm ex, *&c. Et ſic reſtituit Paul. Manutius multos abhinc annos, ſiue coniectura ductus, ſiue codicis alicuius veteris auctoritate fretus. Sic poſtea edidit & P. Victorius, optimum illum codicem & antiquiſſimum Florentinum ſecutus. ego tamen ſcripturam vulgatam probo: quam & nonnulli veteres confirmant. Quod ad ſuperiora attinet, P. Victorij & Pauli Manutij coniecturam ſecutus ſum.*

IN EPIST. XXI.

1 Agrariam curationem ligurrirent,) *Sic habent omnes libri veteres. Quidam tamen legendum cenſent*, Agrariam rogationem. *Præterea* ligurrirēt, *duplici* rr, *ſcribendum, vt habent iidem libri veteres.*

IN EPIST. XXII.

1 quæ plurimum valet,) *Quidam legi volunt*, qua plurimum vales.

IN EPIST. XXVII.

1 contra inimicos meos, ſolere defendi) *Quamuis ſciam P. Victorium edidiſſe*, iniquos meos, *vt eſt in vulgatis, ego tamen ſecutus libros manuſcr. Memm.* inimicos *repoſui. Neque tamen aut nego, aut neſcio*, iniquos, *interdum vſurpatum eſſe à Cicerone pro inimicis. qua de re nos alibi plura.*

IN EPIST. XXVIII.

1 Aiunt enim, patriam amicitiæ præponendam eſſe) *ſecutus ſum libros vulg. cùm præſertim cum eis conſentiant nonnulli manuſcripti: atque ita locutus ſit oratione pro Rab. perduell. reo: ibi*, vt amicitiam patriæ præponeret. *Nam quòd P. Victorius ex antiquis codicibus reponit*, aiunt enim, patriæ amicitiam præponendam eſſe: *hac ſententia*, *Aiunt amicitiam patriæ præponendam eſſe amicitiæ amicorum, probare non poſſum. Sic potiùs exiſtimarim eſſe legendum, ſi quid ſit mutandum*, aiunt enim, patriæ libertatem amicitiæ præponendam eſſe. *ſic enim ferè in ſuperiore epiſtola Cicero libertatem patriæ vitæ amici anteponendam.*

2 At debeo pro ciuili parte) *quidam putant legendum*, pro virili parte. *ſed ego nihil mutandum cenſeo. nam quemadmodum dicimus*, pro virili parte, *ita & pro* ciuili parte.

IN EPIST. XXIX. ET VLTIMAM.

1 ſúmque admiratus & fidem tuam, & in conſ.) *Videtur legendum quibuſdam*, ſúmque admiratus & fidem tuam in conſilio dando, & religionem.

IN EPIST. I. LIB XII.

1 ab illo duntaxat ſordidiſſimo periculo tuti) *Quidam legi volunt*, fœdiſſimo periculo, *quod malim, ſi libri veteres adiuuent.*

2 pecuniæ maximæ deſcribuntur) *Sic legendum, non* diſcribuntur, *neque* diſtribuuntur.

IN EPIST. II.

1 Ad quam paratus venerat) *Sic eſt legendum, & ita habent duo codices manuſcr. Vnde tamen quidam*

legendum

1 Ego me de rep. puto eſſem,) *Sic habent omnes noſtri libri veteres, cùm vulgati habeant*, de rep. ita puto eſſe m. *Omnino particula. ita ab aliquo ſciolo attexta eſt: inanis enim eſt.*

IN EPIST. XV.

2 tanta prauitate eſſe animaduertis) *Quidam libri veteres, & item vulgati, habent*, tanta importunitate, *&c.* ego tanta prauitate, *probo, & ita habent cod. vet. emendatiores.*

3 nullo exemplo, neque noſtræ partis) *Quidam legi volunt*, neque vlla ex parte *& interpretantur ne vlla quidem ex parte. Ego ex antiqua ſcripturæ veſtigiis repono*, neque noſtræ partis: *ſubintellige periculo, ſeu repete ἀπὸ κοινοῦ.*

IN EPIST. XIX.

1 verebar vt redderentur) *Id eſt, Verebar ne non redderentur. Sic autem legendum eſt, non vt vulgò*, ne redderentur. *Et verò vt ſic legatur, præter veteres codices qui ſic habent, ratio poſtulat.*

IN EPIST. XXII.

1 Collega noſtro, Antonio) *P. Victorius edidit*, collega veſtro, *ſed* collega noſtro, *probo. Fuit enim collega Ciceronis Antonius in auguratu.*

IN EPIST. XXV.

1 fuit enim quoddam neceſſarium tempus ſeruitutis) *Sic reſtituit Paulus Manutius Vbaldini Bandinelli coniecturam ſecutus: cum antea vulgò legeretur*, Grecum tempus, *planè ineptè: Paulò poſt, vbi omnes libri habent*, Vinolentum furorem, *legendum videtur quibuſdam*, violentum furorem. *Vinolentum tamen retinendum videtur: propterea quæ ſequuntur*, quem ego ructantem & nauſeantem, *&c.*

2 peſtis patriæ fuiſſet) *Putarim legendum* peſti. *Sic enim dicimus, Ea res fuit patriæ ſaluti, fuit exitio, fuit calamitati, &c.*

IN EPIST. XXVI.

1 Q. TVRRIVS] *Hæc epiſtola ordine eſt viceſima ſexta. Itaque ſeparanda à ſuperiore eſt. Et olim opera-*

rij iſti, quamuis ſeparatim, vt nunc, fuerit edita, tamen numeros mendoſos quinque epiſtolis deinceps ſequentibus adſcripſerant.

IN EPIST. I. LIB. XIII.

1 Cum patrone Epicureo mihi omnia communia ſunt) *Vocem* communia, *quæ eſt poſt* omnia, *quamq; P. Victorius quorundam veterum codicum auctoritatem ſecutus deleuit, ego in vno reperi. Verumtamen aſſentiatur Victorio licet, ſi quis volet, & ſequatur plurium codicum auctoritatem: non repugnabo. Sed audebo dicere, eſſe à librario omiſſam, & eſſe neceſſariam.*

IN EPIST. IX.

1 ordine, ipſo hominum genere) *Videtur ſic potius diſtinguendum,* ordine ipſo hominum genere, *vt edidimus, quam, vt habent plerique libri vulgati,* ordine ipſo, hominum genere.

2. F. An.] *Id eſt, Publij filij, ex tribu Anienſi.*

IN EPIST. X.

1 ſed tamen cauſa communis ordinis) *Cùm P. Victorius in optimo illo codice, quem tantopere probat, non reperiſſet vocem* cauſa *(quæ eſt in lib. vulgatis omnibus) coniecerat legendum eſſe,* communio ordinis: *neque tamen auſus erat, vt eſt religioſus καὶ εὐλαβὴς, ita edere. Neq; quidem igitur audere debui, quamuis eius coniecturam vnius codicis Memmiani teſtimonio confirmatam reperiſſem.*

2 & prudentem, & à cupid.) *legendum fortaſſe eſt,* & pudentem, *&c. Videtur enim Cicero modeſtiam & pudorem, virtutes affineis coniungere voluiſſe.*

IN EPIST. XV.

1 Sed tamen idem me conſolantur, *&c.) Sic legendum, non vt vulgò,* idem me conſolatur, *&c. Dicuntur enim hæc de proceribus illis, & Pompeianis & optimatibus. Paulò pòſt ſecutus ſum veſtigia ſcripturæ veteris, & Pauli Manutij coniecturam, in eo quòd edidi,* peruſtũ inani gloria, volunt incendere, *&c. non, vt habent vulgati & Victorius probat,* peruſtum etiamnum. gloria, &c.

IN EPIST. XVII.

quàm

1 quàm maximus poſt mea commend.) *Sic repoſueram, coniectura ductus: quia hæc lectio mihi multò videbatur & certior, & ad ſententiam huius loci accommodatior, quàm quæ dicitur eſſe Faerni & Manutii:* quàm, maximè poteſt, mea commendatione, *&c. Nam vulgata,* quàm maximus poſtea commend acc. *&c. ferri non poterat. Et credibile eſt ex,* poſt mea, *factum eſſe à librario* poſtea. *Sed ſunt qui ita legi poſſe contendunt,* quàm maximus poſtea, mea commẽd. *quæ mihi magis probatur: tametſi parum intereſt. Atque ita olim operæ fecerunt, meo iniuſſu. Non diſsimulabo tamen, etiam Manutio hanc ſcripturam in mentem veniſſe,* quam maximus pòſt mea commend cum acc. *Ne hoc quidem lectorem celabo, in nonnullis libris vulgatis legi tolerabiliter hoc modo,* quàm maximus poſtea commẽdatione noſtra cumulus accedat. *Sed quia ſuppoſita eſt, & à veſtigiis antiquæ ſcripturæ longius remota, minùs probanda.*

IN EPIST. XXI.

1 & in omni off. genere diligendus.) *Legendum fortaſſe eſt, vt Manutius opinatur,* diligentiſſimus.

IN EPIST. XXIX.

1 id feciſſe aliorum conſilio, *&c.) ſic legendum, non, vt vulgò,* id fecit.

IN EPIST. LVIII.

1 quæ æqua poſtulabit, vt lubente te impetret.) *Secutus ſum olim codices vulgatos: cur fecerim, cauſa hæc eſt. Scribit Cicero ad prætorem vrb. ei commendat Cuſtidii cauſam, petitq; ab eo, vt, quæ æqua poſtulabit, eo iubente impetret. At prætoris eſt decernere & iubere. Licet tamen & legere, vt eſt in libris manuſc.* te lubente. *ſeu libente, id eſt, te volente, tua voluntate. Ac, ne quid diſsimulem, mihi nunc hoc modo legi placet, & item in epiſtola proxima.*

IN EPISTOLAM II.
LIBRI XIII.

eſt ne non poſitis eſſe honeſtè. Confirmat meam coniectu-ram verbum verendum, *quod mox iteratur, quaſi iam ſemel antè poſitum*: Etiam illud verendum eſt, *&c.*

IN EPIST. I. LIB. XV.

1 ab Iamblicho, phylarcho Arabum) *Ego legendum puto*, phararcho Arabum. *Eſt autem* phararchus, *is qui præeſt turribus iis, vnde lumen ſublatum ſignificat nauigantibus, vbi loci ſint & vnde, ſi quid ſit, quod ſcire opus ſit, ſublatis ignibus longo ordine, & immenſo ſpatio, dum turris turri vicinæ ſignum dat, res in diſiunctiſſimis locis geſtæ cognoſcantur. Quamquam Strabo commemorat præfectos quoſdam in Arabia phylarcos appellatos. Quocirca neque quidquam olim mutaui, neque nunc muto.*

2 ſeriùs vos quidem, quàm decuit.) *quidam legi volunt* debuit, *imperſonaliter, quod valde probo.*

IN EPIST. II.

1 amicóſque patris eius atque aui iud.) *Sic video nuper eſſe hunc locum emendatum à Tito Pormao: & rectè. nam vulgata lectio*, amicóſque in patris eius fide: atque iudicio, *&c. ferri non poteſt.*

IN EPIST. III.

1 vt quæ copiis & opibus vix tenere poſſumus.] *Nonius Marcell. in voce Continens, legit*, ferre vix poſſumus, ea manſ. & contin. noſtra, ſociorum fidelitate tueamur.

IN EPIST. IV.

1 tum præſtanti magnitudine] *Secutus ſum codices Memm. reiecta & vulgata lectione*, præſenti magnit. *quam Florentini probant. Non damno tamen Manutij lectionem*, tum præſentia, magnitudine & animi, & conſ.

2 & omnino iis qui nouari aliquid, *&c.*) *Cùm & in vulgatis libris & in manuſcriptis legeretur*, & toto iis; *Ranconetus coniectura ductus legendum putabat*, exorta iis qui, *&c. Sed Victorius meliùs*, & omnino iis qui, *&c. Alij*, & ſociis, qui, *&c.*

3 ſi ita tempus ferret) *Duo codices Memmiani ha-*

bent, ſi ita opus foret *quod non placet*.

4 acriter & diu repugnantibus) *Videtur legendum* repugnanteis: *verumtamen nihil muto. ſubintelligi enim poteſt hoſtibus, vel aliquid tale.*

IN EPIST. VI.

1 non vt nimis concupiſcendus honos] *ſic habent tres codices Memmiani, & Huraltinus, & Clericanus.*

IN EPIST. XIII.

1 mihi ad remunerandum) *legendum cenſeo*, mihi ad te remunerandum, *&c.*

IN EPIST. XIV.

1 vnus ſcilicet ille fructus] *ſecutus ſum libros vulgatos. Nam manuſ a'ij habent*, vnus ille fructus: *alij*, vnus ſcilicet fructus: *alij*, vnus ſcilicet vni fructus.

IN EPIST. XVI.

1 quàm tu ſyllabam, aut literam) *ſic potiùs putaui eſſe legendum, quemadmodum reperi ſcriptum in cod. Memm. & Cleric. quàm vel, vt habent excuſi*, ſcedulã, *vel, vt P. Victorius edidit*, ſcidam: *quod Cariſius interpretatur chartam. Nam præter horum librorum auctoritatem (quam non puto contemnendam præ aliorum auctoritate) longè meo quidem iudicio, concinnius & elegantius eſt ita loqui: Hac epiſtola te oppreſſit, antè quàm tu ad me ſyllabam, aut literam miſeris: quàm ſic, Antè quàm tu ad me chartam, aut literam Suprà autem legendum fortaſſe eſt*, oppreſſerit, *vbi eſt*, oppreſſit, *pro* operis ſit: *quod eſt in libris manuſcriptis.*

2 quòd, cùm velis, ipſa accurrunt) *Sic reſtitui, coniectura ductus. Dicebat enim Epicurus imagines ſeu ſimulachra ad arbitrium noſtrum ad nos aduolare, ſiue ex quibus cerneremus, ſiue quibus cogitaremus. Præterea, quæ ſequuntur, meam coniecturam confirmant, ibi, In meáne poteſtate ſit ſpectrum tuum, &c. Poſtremò* accurrunt, *non* occurrunt. *Sic enim Lucret. lib. 4. Anne voluntatem noſtram ſimulacra tuentur, Et ſimulac volumus, nobis accurrit imago? Et M. Tullius libr. 2. de Diuinat. Quid? ergo iſtæ imagines ita nobis dicto audientes ſunt, vt, ſimulátque velimus, accurrant?*

IN EPIST. XVIII.

1 philoſophia?tua quidem in culina:mea in moleſtia eſt) *Libri omnes manuſc.habent*, Vbi igitur, inquies,philoſophia tua ? & quidem in culina, mea meleſta eſt.*Sed Paulo Manutio non aſſentiri olim non potui,qui locum corruptum ac mendoſum eſſe putat. Sic autem legendum exiſtimat*, Vbi igitur Philoſophia? tua quidem, in culina : mea, in palæſtra eſt. *vt hoc membrum*,mea,in palæſtra eſt, *opponatur illi ſuperiori membro*,tua quidem,in culina eſt.*Nunc modum conſtitui apud me,probare debeam,nécne.Quidam amicus meus,vir doctus,ſic potiùs legi putat oportere*, Vbi igitur philoſophia?tua quidem,in culina:mea, in moleſtia eſt:*cui aſſentior. Sic autem loquitur lib.* 4. *epiſtolarum ad P.Nigidium Figulum,Id tibi affirmo, te in iſtis moleſtiis,in quibus es hoc tempore, non diutiùs futurum Idem lib.6.epiſt.ad Ligarium, Quare mihi crede,& memoriæ manda,me tibi id affirmaſſe, te in iſtis moleſtiis diutiùs non futurum.Sic eadem epiſtola,infrà, non longè,Ne tu quidem in iſtis incommodis eſſes. Idem eod.li.Atque illæ arbitrabantur,cùm à te abeſſent ipſæ, multò in grauiore te cetera futurum.Idem libr.9. Scio te ſemper mecum in luctu fuiſſe,&c.Terent. in And. Propterea nunc miſera in mœrore eſt.Paulò antè,hic ep.18. videtur legendum,ſi* φλύαρον aliquem habuiſſem,*non, vt vulgò*,habuiſſet.

IN EPIST. XIX.

Nam habet damnatos) *P.Manutius in prima editione edidit*,domi natos.

IN EPIST. XXI.

quo tamen ipſo confido me facturum ſatis) *Vel*
1 *ſic legendum vt edi iuſſi*, confido me facturum ſatis: *vel* quod tamen ipſum tibi confido futurum ſatis.

2 Abſentem memoria colam.) *Malim legi* abſentiam,*&c.*

IN EPIST. I. LIB. XVI.

1 Paulò faciliùs, *&c.*) *Harum epiſtolarum ordinem,*

cenſeo deripitur, *quod valet, detrahitur.*

IN EPIST. XXIV.

1 Sed literas tuas exſp.] *Quidam libri habent*, ſed ſc. *alij*, ſed ſc. *Fort. legendum*, ſed ſt. *Litera* ſt. *autem, ſilentij nota ſunt. Ego nihil affirmo.*

2 Puto vtrumque ad aquas. Emas quid egerint.) *Sic legendum putat hunc locum Adr. Turnebus in Aduerſ. vbi libri vulgati habent*, Puto vtrumq; ad aquas Semas, quid egerint. *hac ſententia*, *Puto vtrumque ad aquas venturum. magno pretio amas ſcire quid legerint. Manutius autem ſic*, Puto vtrumque ad aquas. Sciemus quid egerint: *aliquanto re quod mitius eſt à ſcriptura vulgata, eademq́; antiqua. Quid ſi ſic legendum dicamus?* Puto vtrumque ad aquas xenias quid egerint, ſcribam ad te, ſcilicet. *Omnino Turnebi coniectura mihi magis placet.*

IN EPIST. XXVI.

1 vide vt probare poſſit, te non peccaſſe.) *Legẽdum fortaſſe eſt*, vereor vt probare poſſit, te non peccaſſe.

IN EPIST. XXVII.

1 quibus alteri Cæſenam, &c.) *Locus obſcuriſſimus, ab Aldo Manutio Pauli F. nuper accuratè tractatus in libro de Orthographia, ſed nondum perpurgatus.*

FVLVII VRSINI IN LIB. I. AD P. CORNELIVM LENTVLVM,

Notæ: quas hoc † ſignum, ad eodem ſignata textus loca reducit.

† Libonis, & Hypſæi) Hupſæus *in veteribus nummis modò cum aſpirationis nota reperitur, modò ſine vlla aſpiratione* Ypſæus. *eſt autem cognomen Plautiæ familiæ, nobilis triũpho de Priuernatibus, quẽ egit Plautius Decianus conſul anno* CDXXIIII. *Kal. Mar.*

IN EPIST. III.

† Et noſtra cæterorúmque amicorum com-

mendatione gratiſſimus in prouincia fuit.) *Pro* gratiſſimus, *in vetere apud me libro, cuius bonitatem in pluribus perſpexi, ſcriptum eſt* gratioſiſſimus. *quæ lectio videtur multò melior, quã ea, quæ vulgò circũfertur.*

EPIST. IV.

† Alexandriam] *Scribendum* Alexandream. *ita enim poſcit illorum temporum ſcribendi conſuetudo, quã cùm in aliis veteribus monumentis obſeruaui, tum in denario argenteo M Lepidi, in quo inciſum eſt,* ALEXANDRIA, *ſiue* ALEXANDREA.

EPIST. VI.

† Maximè ſcilicet conſolatur ſpes) *Puto Ciceronem ſcripſiſſe* maximè conſolatur, *atque his verbis additum fuiſſe gloſſema* ſcilicet ſpes, *quod poſtea (vt videtur) in ſeriem receptum à librariis fuit: vt id credam, facit liber collatus à doctiſſimo viro cum codice manuſcripto, à quo abeſſe hæc duo verba cognoui.*

EPIST. VII.

† Eam eſſe naturam & regionem prouinciæ tuæ rationem *pro* regionem *libentius legerem: primũ, quia ita in veteribus libris inuenitur; deinde, quòd ſimilis error in Lucretij quoque verſum inuaſit lib.* I.

Nam tibi de ſumma cæli ratione Deûmque.
Differere incipiam, *&c. malè enim prius* regione *legebatur pro* ratione, *vt eſt à Giſanio ſuper eo verſu notatum.*

EPIST. VIII.

† Optimè ex Emplatorio cognoſces) *Quauis ſponſione contenderem* M. Plætorio *legendum eſſe, non vt quidam emendarunt* C. Plætorio. *ex veteribus enim libris cognoſcere facilè poſſumus literarum factam fuiſſe in hoc nomine ſcribendo à librariis tranſpoſitionem.* M. *autem* Plætorius *frequens eſt in veteribus denariis.*

† Cui iucundum erit etiam propter id ipſum) *Puto aduerbium* propter *eſſe additamentum alicuius, qui locum voluerit gloſſemate illuſtrare.*

EPIST. IX.

† Cùm tu Hiſpaniam citeriorem cum imperio obtineres) *P. Lentulum opinor Hiſpaniam obtinuiſſe,*

non

non ex prætura, vt quidam putant, ſed Quæſtorio imperio extra ordinem ex s. c. *vt ex ipſius Lentuli denario intelligere poſſumus, in quo inſcriptum eſt,* P. LENT. P. F. L. N. Q. S. C. *conſtat autem eum denarium Oſcæ percuſſum fuiſſe, quæ eſt Hiſpaniæ vrbs, in qua argentum ſignatum à Quæſtore fuiſſe veriſimile eſt.*

† Si iis pro me ſtante pugnare licuiſſet) libuiſſet *vnius literæ mutatione libentius legerem, veteribus etiam libris non repugnantibus.*

† Promulgantibus omnibus] *In libro manuſcripto additum eſt* Tribunis plebis: *quod tamen neceſſarium non videtur, cùm ſuprà dixerit* vnius Trib. pleb.

† Sed vt in nauigando tempeſtati obſequi artis eſt etiam ſi portum tenere non queas: cùm verò id poſſis, mutata velificatione aſſequi ſtultum) *Totum hunc locum ita lego,* Sed vt in n. t. obſequi artis eſt, & ſi portum t. n. queas cùm id poſſis mutata velificatione aſſequi ſtultum eſt. *huius autem lectionis auctorem habeo partim librum manuſcriptum, à quo abeſt aduerbium* verò; *partim coniecturam viri doctiſsimi, qui etiam* in & *mutandum putat.*

† Quantum ſtudiis veteribus noſtris delectationibus conſequi poterimus] *In libro qui eſt apud me manuſcriptus, rectiùs, vt opinor, legitur,* quantum ſtudiis veteribus noſtris delectationis conſequi poterimus.

† Legem curiatam conſuli ferre opus eſſe neceſſe non eſſe) *Ant. Auguſtinus legit* ſibi neceſſe nō eſſe: *addita voce* ſibi, *quæ deſiderari omnino videtur.*

IN LIB. II. AD CVRIONEM

EPIST. III.

† Domeſticarum enim rerum tuarum habes & ſcriptores & nuntios] domeſticos *habet antiquus liber, pro* domeſticarum: *& ita opinor ex loco ſimili legendum eſſe.*

EPIST. V.

†. Cùm Sex. Villium Milonis mei familiarem]

plementum meis & Bibuli legionibus ſcriberetur.

EPIST. XVII.

† Quos video deinceps Tribunos Pleb. per triennium fore] videre videor *eſt in antiquo libro, quomodo legendum opinor.*

IN LIB. III. AD APPIVM.

EPIST. I.

† Melius enim ei cauere volo) caueri *legitur in libro manuſcripto, & fortaſſe melius, quàm in vulgatis.*

EPIST. IV.

† Id mihi ne mentiar gratum eſt] *Ex libri manuſcripti corrupta ſcriptura legendum puto*, id mihi vehementer gratum eſt.

EPIST. VIII.

† Non ad generum tuum Lentulum] *Vetus liber non habet*, Lentulum: *& certè poteſt eſſe gloſſema.*

† Et quadam diſſimilitudine inſtitutorum meorum ac tuorum lædi ſe putat) te putat *legendum ſuſpicor, ita poſtulante ſententia.*

EPIST. XII.

† In quo vnum modò vereor) *Veterum librorum, quos ego vidi, conſenſus monet me, vt de manuſcripta lectione non dubitem, quæ* modò vereor *habet, pro eo quod eſt in vulgatis*, non vereor.

EPIST. XIII.

† Velim ita fortuna tuliſſet] *Magis placeret*, vellem ita fortuna tuliſſet. *eſt enim vſitatior forma aliquid optandi.*

IN LIB. IV. EPIST. IX.

AD SVLPICIVM.

† 32. Eum magis communem cenſemus in victoria futurum fuiſſe, quàm incertis in rebus fuiſſet] comem *pro* communem *legebat amicus meus homo doctiſſimus, qui ſe hanc lectionem in antiquo libro reperiſſe affirmabat.*

† Et ſi Republica non poſſis frui, ſtultum eſt nolle priuatà) ſtulti ſit, *eſt in vetere libro; quæ lectio melius cum ſuperioribus coniungitur.*

EPIST.

EPIST. XII.

† Tamen quoniam caſus & natura in bonis dominantur) *Ant. Auguſtinus* in naturæ bonis *legendum exiſtimat: mihi tamen* nobis, *pro* bonis *magis placet, deleta ſcilicet macula, qua ex tranſpoſitione (vt videtur) literarum inhæſit.*

† Supra Maleas) ſub Kal. Iunias *emendabat Octauius Pantagathus ex antiquæ ſcripturæ veſtigiis, vt dicebat.*

EPIST. XIII.

† Nec audio ſolum quod ipſum eſſet miſerum, ſed etiam id ipſum video] id ipſum *ſuſpicor abūdare.*

IN LIB. V. AD METELLVM, EPI. II.

† Atque ille quod te audiſſe credo) At ille, *ex ingenio: Anton. Auguſtinus: pro* credo *autem legebat Pantagathus,* certo *& paulò pòſt, pro,* in aliquo magiſtratu, *vetus liber habet* annuo magiſtratu *ſed ſententiæ aptius eſſet* in nimo, *vt ſit* ἀντίθετον *vocis quæ ſequitur,* conſulem.

EPIST. X.

† De Catilio neſcio quid ad me ſcripſiſti) *De Catilia familia non memini me apud ſcriptores quidquā legiſſe, quo fit vt ſuſpicer legendum eſſe* C. Atilio.

EPIST. XIII

† Itaq; hoc etiam fortiorem me puto quàm te) *In vetere libro ſcriptum eſt*, atq; hoc fortiorem: *quæ lectio multò quàm vulgata videtur melior.*

EPIST. XVI.

† Deceptus eſſe videatur) direptus, *vel* ereptus *alij.*

† Ne quid iis quos amaſti, mali putes contigiſſe) amiſiſti *magis placet,* quàm amaſti, *veteribus libris præſertim confirmantibus.*

EPIST. XIX.

† Ruſo) *In vetere quodam libro* Meſcinio Rufo *hæc epiſtola inſcribitur, & rectè: eſt enim* Rufus M*eſciniæ familiæ cognomen. L. autem huius* Meſcinij Rufi, *ſiue eius, vt ego puto, filij mentio eſt in Auguſti denariis,* quos

quos cùm eſſet Triumuir monetæ cudendæ ſignauit cum titulo L. MESCINIVS L.F. RVFVS III. VIR.

EPIST. XX.

† Non habui cui potius id negotij darem, quàm ſcribæ meo) *Pantagathus aliter legit*, non habui cui potius id negotij darem quom darem illud, &c.

† Quod ego numquam addidi) *Ant. Auguſtinus* quod ego tunc non addidi. *alij*, quod ego quidem non addidi, *ſed nimis longè à vulgata ſcriptura, quamuis veteres libros ſe auctores habere dicant.*

† Quando de Lucceio parum prouiſum eſt) *Pantagathus* quom de Logæo, *vel* quom de Lucceio parum gratioſum eſt.

IN LIB. VI. AD TORQVATVM EPIST. I.

† Nefas ſit dicere) *Videtur deeſſe*, non, *vt legatur*, nefas non ſit dicere.

† Sed quoddam nobis officium iuſtum & pium & debitum Reipub. noſtræq; dignitati videbatur, qui neque cùm id faciebamus] *In vetere quodam libro aliter hic locus ſcriptus reperitur, nihilo tamen meliore ſententia.* Sed quoddam nobis officium iuſtũ & pium & debitum Reip. noſtræq; dignitati videbamur ſequi, neq; cùm id faciebamus.

† Philargyrus tuus] *In eburnea quadam apud me tabella, quæ* CN. POMPEII *&* M. CRASSI COS. *nomina habet inſcripta*, PILARGVRVS LVCILI *libertus notatus eſt.*

EPIST. III.

† Quam quemuis eorum qui diſceſſerint alteri dimicant) *Ita Pantagathus.*

EPIST. IV.

† Non quo ego certò ſcirem ſed quòd non difficilis erat coniectura) *Pantagathus*, Non quorſum quod difficilis erat coniectura.

EPIST. VI.

† Cùm ille aliquando non defuiſſet meæ)

Ex

Ex loco ſimili in epiſtola ad Atticum, puto legendum eſſe, cùm ille aliquando defuiſſet meæ.

† Nec manens nec mutata ratio feret) *Amicus meus legebat*, nec communis vitæ ratio feret. *nimis à vulgata ſcriptura recedens.*

EPIST. VII.

† Cùm ignorit omnibus qui multa deos venerati, multa precati ſint contra eius ſalutem) *Ita hic locus legitur in libro apud me manuſcripto, cùm in aliis deſint illa*, multa precati.

† Sed totum tuum eſſe onus perficies) *In vetere libro ſcriptum eſt*, ſed totum tuum eſſe omne onus perficies, *vt fortaſſè legendum ſit*, ſed totum tuum eſſe, omnia vnus perficies.

EPIST. VIII.

† T. Furfano) Furfanio *legendum hîc eſſe, & in epiſtola quæ proximè ſequitur, conſtat cùm ex veteribus libris, tum ex hac inſcriptione, quæ Romæ reperta eſt ad portam Capenam.*

Q. FVRFANIO. C. F. NIGRINO.
PROC. FABRORVM &c.

EPIST. X.

† Trebiano) *Antea legebatur* Trebatio: *poſtea Paulus Manutius veterum librorum ſecutus ſcripturã, reſtituit* Trebiano: *atque ita planè eſt in manuſcripto apud me codice. ego tamen* Trebanio *legendum puto ex auctoritate argentei nummi, & item ærei, in quibus* L. Trebani *inciſum eſt errorem autem ex tranſpoſitione literarum fluxiſſe arbitror ab imperitis librariis facta, qui* Trebiano *ſcripſerint pro* Trebanio.

† Cum omni gradu ampliſſimo digniſſimus] dignitatis *pro* digniſſimus *eſt in veteribus libris.*

EPIST. XII.

† Ne tu quidem in iſtis incommodis eſſes) *Cùm in manuſcripto libro ante verbum* eſſes, *legatur* non, *videtur pro* ne *ſcribendum eſſe* næ, *vt ſit*, næ tu quidem in iſtis incommodis non eſſes, *elegantiore, vt videtur, ſententia.*

IN

IN LIB. VII. AD MARIVM.

EPIST. I.

† Quid? ne id quidem lepôris habuerunt) *Videtur ſcribendum* qui ne id quidem lepôris habuerũt.
† Et equitatis in aliqua pugna) *Pro* aliqua *videtur legendum* Iliaca,*vel* Attica,*vel aliquid tale, vt rectè coniecit Ant. Auguſtinus.*

† Homini politico) *Vetuſtus liber habet* polito, *quem Graci vocant* χαρίεντα.

EPIST. V.

† Vel regem Galliæ faciam,vel Leptę legatum) *Octauius Pãtagathus exiſtimabat hunc locũ nõ vacare mẽdo,atque ita corrigebat ex antiquæ ſcripturæ veſtigiis*, Vt regem Galliæ me faciam Leptæ delegabo. *quid ſi legas?* vel leg. III. legatum, *pro* Leptæ legatum.

EPIST. XI.

† Quam omnes Samarobrinæ) Sabarobrinæ *ſcribendum eſſe ex auctoritate Strabonis & veterum librorum,docui in annotationibus in Cæſarem.*

EPIST. XII.

† Vt inter bonos bene agier oportet) *In veteribus libris eſt,*inter bonos bene agier *ſine particula* vt,*& ſine verbo* oportet, *& ita videtur legendum.*

EPIST. XIII.

† Et tu ſoles ad vim faciendã adhiberi) & tu ſoles ad vim facundiam adhibere, *eſt in manuſcripto apud me libro.*

EPIST. XVIII.

† Vt iſte tuus à me diſceſſus fructuoſiſſimus tibi ſit) *Lego* quàm fructuoſiſſimus tibi ſit: *eſt enim in manuſcripto mendoſè,* tam fructuoſiſſimus.

† L. Arruntio) *Quidam ſcribunt* Aruntio, *vnico* r, *ſed malè:extat enim apud me tabella ænea,in qua ita inciſum eſt.*

SVB. L. ARRVNTIO
STELLA
NAVIS HARENARIA
QVAE. SERVIT
IN AEMILIANIS.

EPIST. XX.

† vt ſi eſſet vnus è nobis) *Vetus liber habet*, vt ſi eſſet vnus homo nobis, *meliore, vt videtur, lectione.*

EPIST. XXIV.

† In conſilium iri neceſſe erat) *Magis placeret* ire, *vt ad Ciceronem referatur, ob ea quæ ſequuntur. Eſt autem antiqua formula, quæ in fragmento etiam Seruiliæ legis reperitur, quod extat apud me in ære inciſum*: Verba. audeire. in. conſilium. eire. iudicare. liceat. neiue. iudicium. dimittere. iubeto. niſei. quom. ſenatus. &c.

† Reſpondi nullo modo me facere poſſe cùm vellem alium diem ſi ſumpſiſſet) *Vide num melius legatur*, reſpondi nullo modo me facere poſſe: quem vellet alium diem ſi ſumpſiſſet.

EPIST. XXV.

† Atque ego quidem) *Rectiùs legitur in manuſcripto*, atqui ego quidem.

EPIST. XXX.

† Maximo meo beneficio eſt) *Manuſcriptus liber habet* M. m. beneficio affectuſt.

EPIST. XXXII.

† De rebus vrbanis, de Rep.) *Quidam putant Scholium eſſe* de Republica: *abeſt enim à veteribus libris.*

EPIST. XXXIII.

† Et illis interioribus literis meis) *Antiquus codex habet*, & illis interioribus literulis.

IN LIB. VIII. COELII AD CICERONEM. EP. I.

† Q. Pompeium Baulis embæneticam facere) Epibaticam *eſt in manuſcripto quodam libro: quæ vox eundem ſenſum efficit. Pantagathus legebat* embibaticam.

EPIST.

EPIST. IV.

† M. Cœlium Vicinianum) *Vinicianum eſt apud Hircium in vetuſtiſſimo apud me libro: vt ſit Vinicius adoptatus à Cœlio, quomodo hîc legendum arbitror. Vinicia autem gens frequens eſt in* Vinicij *denariis cuſis ſub Auguſto. Aliud autem agebat Manutius, cùm ſcripſit ſe vidiſſe apud me nummum argenteum, in quo eſſet Cœlij huius Viniciani mentio: extat enim apud me non Cœlij, ſed* CRASSI IVNIANI, *denarius, cuius ego auctoritatem ſecutus, locum Ciceronis reſtitui in ep.* VIII *lib.* III. *ad Q. Fratrem.*

EPIST. V.

† Sanè tanquam in quodam ſilice iam omnia adhæſerunt) *Pantagathus ex antiquis libris*, ſanè tanquam in quodam vecti lintre omnia adhæſerunt.

EPIST VI.

† Et Hercule confecta omnia fœda & inhoneſta ſunt) *In manuſcripto pro* confecta *ſcriptum eſt* cōſilia. *Pantagathus autem legebat*, Et hercules confecta omnia fœda & inhoneſta ſunt. *vel*, & hercules coempta omnia fœdere.

† Legémque viariam.) viuariam *Pantagathus, & paulò pòſt*, quæ is iubet ædiles metiri.

EPIST. VII.

† Nuptura eſt D. Bruto nondum retulerat) mundum retulerat: *Pantagathus, qua quidem emendatione nihil poteſt aptius excogitari, ſiue ex ingenio ea ſit, ſiue ex libris veteribus.*

† Vbi hercule ego minimè vellem) *Non dubito quin* nollem *legendum ſit pro* vellem.

EPIST. VIII.

† Calumniam maximo plauſu tuliſſe) *Daneſius* iuraſſe *ſcribit pro* tuliſſe *auctoribus libris manuſcriptis, quibus valde aſſentior: in fragmento enim æneo legis Seruiliæ, quod eſt apud me ex muſæo Petri Bembi tranſlatum, ita incipit eſt*. Ad. ioudicem. in. eum. annum. quei. ex P. L. factus. erit. in. ious. educito. nomenque. eius. de-

ferto. ſci. deiurauerit. calumniæ. cauſa. non poſtulare.

† Si quid iniuriis ſuis eſſet quo Vectorius teneretur] *Pantagathus*, ſi quod iniuriis ſuis eſſet vt Veſtorius teneretur. *idem paulò poſt pro* præuaricationiſque cauſſam diceret depoſitum, *rectè* (*vt opinor*) *ſcribebat*, præuaricationiſque cauſa deieret depoſitum. *&* *infrà* A quodam Druſotettio.

† Et ad extremū vt ſolet ait referam) *Manuſcriptus habet*, & ad extremum abſolutum ait referam.

† L. Vicinius) Vinicius *ſcribendum*: *quod eſt nomen familiæ in veteribus monumentis frequens*. Vicinia *autem gens apud ſcriptores, quod ſciam, non reperitur*.

EPIST. IX.

† Agit cauſam liberaliter) liberalius, *Pantagathus*.

† Impera tibi hoc cura] *Placeret*, Impera tibi hoc curæ: *atque ita eſt in codice manuſcripto*.

† M. Fetidium) Fufidium *habet antiquus liber*, *notum Romanæ familiæ nomen à* Fuſis *ductum*, *cùm* Fetidia *nuſquam inueniatur*.

† Agros quos fructuarios habent ciuitates.) *Pantagathus*, agros quos fructuarios habet Cybiratis.

† Fauonium) Faonium *ſcribendum videtur ex auctoritate veteris lapidis*, *cuius exemplum ſubieci*: *&* *quidem rectè*, *ſi à* φάων *nomine*, *hoc nomen ductum eſt*.

FAONIO. PATERNO. EX. EVOCAT.
QVI. SE. PROBAVIT. AN. XVII.
MILITAVIT. COG. XI. VRB. ANN.
XIII. PANT. LEG. X. GEM. VIXIT.
ANN. LVIII. M. VNO. DIES. XIIII. &c.

† Optimus quiſque enim non fecit) *Vetus liber* nihil fecit: *quod placet*.

† Pompeius tuus apertè Cæſarem vetat prouinciam tenere cum exercitu, & conſulem eſſe) *Melius*

Melius (vt videtur) hic locus legitur in manuſcripto: Pompeius tuus moleſtè fert Cæſarem & prouinciam tenere cum exercitu &, conſulatum petiturum eſſe.

EPIST. XI.

† Decrerant qui iniquè tranſigi volebant.) *Pantagathus mendum olim his verbis ineſſe ſuſpicatus emendarat ex ingenio*, ſed erant qui, iniquè &c. *Videtur autem rectius eſſe in manuſcripto*, nec deerant, qui id numquam tranſigi volebant, &c. *paulò ſuprà idem Pantagathus pro* hoſtibus *optima coniectura legebat* hoſtiis: *&*, qui elocutus honorificè, *pro*, qui de te iam locutus honorificè.

† Scena totius rei hæc.) ſumma totius rei hæc, *habet liber manuſcriptus, longè quàm vulgati melius.*

EPIST. XII.

† Poſtea non deſtitit accerſere palam Seruilium) *Videtur legendum* Polam Seruilium *ex loco ſimili in epiſtola ad Atticum: & paulò infrà*, vix hoc erat Pola elocutus, &c.

EPIST. XIII.

† Stomacho eſt ſcilicet Pompeius magnus nūc ita languenti.) *Verba* ſcilicet Pompeius *additamētum eſſe nemo non videt. itaque meritò in ſuis editionibus ea reiecit. Lamb.*

† Quemadmodum hoc Pompeius laturus ſit cùm cognoſcat aut quidnam Reip. futurum ſit, ſi non curet vos ſenes diuites videritis) *Ita legebat hunc locum Pantagathus.*

EPIST. XIIII.

† Omnino ſat ſpatij ſit) *Liber manuſcriptus* omnino ſatis patefit.

EPIST. XVII.

† Quod vtinam aut non Appius Claudius) *Ita interpungebat Pantagathus.*

IN LIB. IX. AD VARRONEM.

EPIST. VI.

† Se in Alſienſe venturum) *Vbi fuerit Alſium didicimus nuper ex vetuſti lapidis fragmento, quod in*

Alexandri Farneſij Card. *Palo villa amœniſsima ad mare, non longè à Cære oppido erutum eſt, cum hac inſcriptione.*

IMP. II. COS. III. PROCOS.
IMP. CAES. L. SEPTIMI. SEVERI. PII.
PERTINACIS AVG. ARAB. AD. AB.
PARTH. MAX. BRIT. MAX. FORTISSIMI
FELICISS. IMP. PONT. MAX. P. P. FILIO.
DIVI M. ANTONINI. PII. GERM. SARM.
NEPOT. DIVI. ANTONINI. PII. PRON.
DIVI. HADRIANI. ARN. DIVI. TRAIANI
PARTH. ET. DIVI. NERVAE. ADNEPOT.
OB INSIGNES, VIRTVTES EIVS
DECVR. COLON. ALSIENSIS. D. D. *Rectè itaque recentiores Geographi Alſium eſſe dixerunt, quod nunc Caere appellatur, his etiam Plinij verbis adducti ex cap. v. lib.* III. Grauiſcæ, Caſtrum nouum, Pyrgi, Cæretanus amnis, & ipſum Cære intus millia paſſuum quatuor Agylla à Pelaſgis conditoribus dictum, Alſium, Fregenæ.

EPIST. VII.

† Eum puto magiſtrum fore]*In libro manuſcripto rectiùs (vt opinor) ob ea quæ ſequuntur* πολλοὶ μαθηταί. *ſcriptum eſt,* ei me puto magiſtrum fore.

EPIST. X.

† Cum Sophia Septimia) *Pantagathus legebat* Septimiæ *gignendi caſu.* Antequam certum ſcieris] *Antonius Auguſtinus* ſciret *emendat* pro ſcierit.

EPIST. XII.

† Et amico munuſculum mittere volui leuidēſe craſſo filo) *Vox* Leuidenſe *mihi quidem ſuſpecta eſt, atque eò magis, quod à nullo præterquam ab Iſidoro, veterum Grammaticorum citatur: à quibus nullo pacto fuiſſet præterita, ſi ea vel ſemel Ciceronem vſum animaduertiſſent. Ego autem puto ita primum à Cicerone ſcriptum fuiſſe,* & amico munuſculum mittere volui leue craſſo filo, *deinde inductam ab aliquo gloſſam* denſo *ſuper verbum* craſſo, *& ab indocto librario in ſeriem receptam, ex duabus vocibus* Leue denſo *vnū factū eſſe* Leuidenſe. *Octaui us, Pantaga-*

thus ſine verbo volui,*quod abeſt à quibuſdã libris,ita legebat*: Sed ego hoſpiti vereri & amico munuſculum mittere leui dente craſſo filo,cuiuſmodi ipſius ſolent eſſe munera.

EPIST. XV.

† Pergratam tibi eſſe curam meam valetudinis tuæ: quam tibi perſpectam eſſe gaudeo) *Pãtagathus totum hunc locum ita legebat*, Pergratam tibi meam de perturbatione valetudinis tuæ examinationem fuiſſe amorem erga te meum tibi perſpectum eſſe gaudeo.

EPIST. XVI.

† Atellanum) *Antonius Auguſtinus legit* Atellanam. *& paulò poſt*, Miniati Iouis, *pro* Miniani.

† Quem tu mihi Popilium) *Lambinus* Pompilium. *ſed in manuſcripto eſt* Polypum, *multò vt videtur, meliùs.*

EPIST. XXI.

† C. Duilio) *ſcribendum* K. Duilio.

EPIST. XXII.

† Vſurpata duplex cubile) *Videtur ſcribendum* vſurpat duplex cubile. *& ita eſt in vetere libro manuſcripto.*

IN LIB. X. AD PLANCVM.

EPIST. VIII.

† Magna in ſpe ad proficiendum impedimenta proponerem)*Faernus legebat* magna mihi ipſe ad proficiendum.

EPIST. X.

† Non inuitamentum ad tempus, ſed perpetuę virtutis eſt præmium) *Videtur reſpexiſſe ad illud Thucydidis in præmio hiſtoriæ κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ξύγκειται.*

EPIST. XII.

† Vt ſtatim ad Cornutum Pr. Vrb.) CAECILII *Cornuti Prætoris vrbani mentio eſt in vetere apud me inſcriptione,cuius alibi memimus.*

EPIST. XXX.

† Quod nos quatuor legiones tironum

habere ſolùm arbitrabatur] *Pro* quatuor *Ant. Auguſtinus putat legendum*, duas. *Legionum autem Antonij, quæ in hac & ſequentibus epiſtolis nominantur, mentio eſt. in antiquis eius denariis à prima vſque ad* XXXIV. Chortium *item*, Prætoriarum, & Speculatorum.

EPIST. XXXII.

Etiam in his circulatorem quendam auctionum] Auentronum *eſt in manuſcripto, pro* auctionum: *vt ſit proprium nomen quo appellaretur circulator, de quo ſcribit.*

EPIST. XXXIII.

† L. Fabatum) Fabatus *Roſciæ gentis cognomen Lanuuio municipio oriundæ. L. autem hic* FABATVS *deſcriptus eſt in argenteo quodam denario.*

† Et omnes perequites Antonij cæſas) præter equites *alij, ſiue* peræquè.

† Sed habere equitatum ac legiones] *Rectè legitur in Manuſcripto*, ſed habere equitũ CCIↃↃ. CCIↃↃ. CCIↃↃ. ac legiones.

EPIST. XXXIV.

† M. Lepidus Imp. iterũ] *Inſcriptio huius epiſtolæ & ſequẽtis in manuſcripto aliter legitur*, ſ. M Lepidus imperator Pont. Max. *In denariis certè quos ipſi vidimus*, M. Lepidus Imp. iterum, *numquam appellatur.*

EPIST. XXXV.

† Vt ſint amplius equitum XXX. *Manuſcriptus habet* CCIↃↃ. CCIↃↃ. CCIↃↃ.

† Silanus & Culeo ab eo diſceſſerunt.] M. *hic* Silanus *in argenteis M. Antonij denariis frequens eſt.*

IN LIB. XI. AD BRVTVM.

EPIST. I.

† Ac ſi dederint quod petimus] *Scribendum* aut ſi dederint.

† Satis in tempore ad eos accedemus] *Liber manuſcriptus* ſatis tempori ad eos accedemus: *& ita videtur legendum.*

EPIST. III.

† Per

† Per edictum de ſuo iure decedere) decernere *vetus liber.*

EPIST. IX.

† Si ſe Alpes Antonius traiecerit.) *Videtur ſcribendum,* ſi non Alpes Antonius traiecerit.

EPIST. X.

† Si tamen hæc temporis videantur dici cauſſa malle me tuum iudicium) *Antonius Auguſtinus ita legit hunc locum* , ſi tamen hoc tempore videatur dici cauſſa. mallem tuum iudicium. *& paulò poſt* , vaciuitas, *pro* vacuitas.

EPIST. XXI.

† Sed hanc ipſam recentem nouã deuorauit) *Videtur abundare vox* nouam , *quæ abeſt à vetere etiam libro, tanquam gloſſema verbi,* recentem.

EPIST. XXVIII.

† Ac digniſsimo Cæſari petenti) *Videtur legendum* Cæſare, *pro* Cæſari, *& ita eſt in manuſcripto.*

IN LIB. XII. AD CASSIVM.

EPIST. XIII.

† Vt hæc nouiſsima noſtra facta non ſubita obuenientia) *Ita quidem legunt pro* nec inconuenientia: *quod non ſatis placet.*

EPIST. XXII.

† Collega noſtro Antonio bellum gerimus) *In argenteis denariis* Antonius Augur *deſcriptus eſt, & Cornuficius item,* Cornuficius Augur. Imp.

EPIST. XXV.

† omnémque ſuum vinolentum furorem) *Locus hoc confirmat. Ant. Auguſtini emendationem, qui Philip. lib.* VI. noui vinolentiam *legendum putat, pro* violentiam : *quamuis videatur violentia in caſtris poſſe magis obiici. M. Antonio , quàm domi.*

† Hirtium quidem & Panſam collegas noſtros) *Hirtij auguratus in aureo eius nummo expreſſus eſt.*

† Q. Turius) *In libris veteribus eſt* Q. Curius: *& ita opinor legendum cùm hic, tum infrà.* Erotem Curium, *&* hereditatem Curianam.

† C. Rubellinum] *Non dubito quin* C. Rubellium *legendum ſit: eſt enim* Rubellius *familiæ nomen in veteribus monumentis frequens.*

IN LIB. XIII. AD MEMMIVM.

EPIST. II.

† C. Auiano Euandro] C. Auieno, *hîc, & infrà legendum arbitror, auctoribus veteribus monumentis.*

EPIST. VI.

† P. Cuſpio) *legendum* Ciſpio: *ita enim habent veteres libri. & opinor* Ciſpiam *familiam eam eſſe, quæ in argenteis denariis* CIPIA *nominatur, vetere quadam ſcribendi ratione, litera exploſa.*

EPIST. XIV.

† L. Titione] L. Titio *eſt in libris manuſcriptis, & ita omnino legendum.*

EPIST. XXV.

† Ageſaretus Lariſſæus] Hegeſaretus Lariſæus *ſcribendum*, ἡγησάρατος *enim Græcè* : *&* λαρισαίων, *ex veteribus numiſmatibus ſcribi debere alibi admonuimus.*

EPIST. XXIX.

† Etiam res familiaris C. Capitonis præſto fuit, & paruit & temporibus & fortunæ meæ) patuit *pro* paruit *ſcriptum eſt in veteribus libris, meliore, vt mihi videtur, ſententia.*

† A. Plancium) *Non dubito quin* A. Plautium *legendum ſit: opinórque A. Plautium deſcribi, qui Aedilis Curulis fuit, cuiuſq; mentio eſt in antiquis denariis.*

EPIST. XXXIII.

† Cn. Otacilio) *Antiqua ſcribendi conſuetudo poſcit vt* Othacilio *ſcribatur* : *& infrà* Hilarus *pro* Hilarius, *quod eſt liberti cognomen in veteribus monumentis frequens.*

EPIST. LXIII.

† Niſæos) *Scribendum* Nyſæos *ex veteribus Græcis numiſmatibus, in quibus eſt* ΝΥΚΑΙΩΝ.

EPIST. LXV.

† In hominem tantum & talem calamitoſum) *Opinor vocem* calamitoſum *gloſſam alicuius eſſe, qui*

locum explicatione illuſtrare voluerit:nec enim in omnibus libris reperitur.

EPIST. LXVI.

† Androne Arthemonis filio) *Delenda aſpirationis nota ex nomine* Artemonis, *quod Græci* Ἀρτέμον *ſcribunt.*

EPIST. LXVII.

† Cæſari collegæ noſtro) *Erant enim augures Cicero, Seruilius,& Cæſar. Seruilij autem auguratus indicatur litui ſigno in veteribus Seruiliæ gentis denariis.*

EPIST. LXVII.

† Allieno Procos) *In vetuſtis* ALLIENI *denariis, quos cùm Siciliam obtineret, ſignauit* A. ALLIENVS Procos. *inſcriptum eſt.*

IN LIB. XIV. AD TERENTIAM.

EPIST. VI.

† Quòd noſtra gratias agit) *In vetere libro eſt,* quod Tullia noſtra tibi gratias agit.

EPIST. XIII.

† Quies tamen ab illo fortaſſe naſcetur) *In manuſcripto eſt*, quæque tamen ab illo fortuna naſcetur.

EPIST. XIV.

† Quomodocumque nunc ſe res habet) quomodoque, *eſt in vetere libro manuſcripto,& ita opinor legendum.*

IN LIB. XV. AD SENATVM.

EPIST. I.

† Quique noſtram conſuetudinem) manſuetudinem *habet vetus liber manuſcriptus , aliquanto (vt videtur) meliore ſententia.*

EPIST. II.

† Vt ego regem Ariobarzanem , Euſeben & Philorhomæum) *Extant apud me duo antiqua numiſmata ex argento , quorum alterum habet imaginem Ariobarzanis circumſcripto titulo* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΟΥ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ. *alterum Ariarathis cum literis ,* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΑΡΑΘΟΥ ΕΥΣΕΒΟΥΣ. *Ex quibus inſcriptionibus intel-*

intelligimus. Ariobarzanem quidem appellatum fuiſſe Philorhomæum, Ariarathem verò Euſebe. Cicero tamen vtrumq; titulum ſoli tribuit Ariobarzani: niſi fortè aliquod mendũ ſit in his verbis, & nomen Ariarathes deſit, cùm ſcriptum antea fuiſſet, Vt ego reges Ariarathem & Ariobarzanem Euſeben & Philorhomæum, &c. *Incidi poſtea in argenteum nummum Ariobarzanis huius, quem hîc deſcribit Cicero, in cuius vna parte Ariobarzanis ipſius imago, in altera inſcriptio inciſa eſt*, ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΟΥΣ ΕΥΣΕΒΟΥΣ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ.

EPIST. IV.

† Et falsò ære alieno liberaui] & magno ære alieno liberaui, *videtur ſcribendum.*

† Metram] Mithram *opinor ſcribendum ex antiquis lapidum monumentis.*

† Importunitate Athenaidis] iniquitate, *pro* importunitate *habent aliquot veteres libri.*

† Tibarani) *Scribendum opinor* Tibareni: *Græcè enim* Τιβαρηνοί.

EPIST. XVI.

† Quæ ille Gargettius) Gargettius *poſcit Græca ſcribendi conſuetudo, & in veteribus etiam numiſmatibus* ΓΑΡΓΗΤΤΙΟΣ *ſcriptum reperitur.*

IN LIB. XVI. AD TIRONEM.

EPIST. II.

† xv Cal. Nou. Corcyræ) *Videtur ſcribendum* xvi. *ſcribit enim in* viii *huius libri epiſtola*, Corcyræ fuimus vſque ad xvi. Cal. Decembris.

EPIST. IX.

† Ad Caſſiopen) ad Caſſopen *legendum ex Plinii lib.* iv. *extant etiam numiſmata vetera* ΚΑΣΣΩΠΑΙΩΝ.

EPIST. X.

† Qui pro conſulibus ſumus) *Vetus liber habet*, qui pro conſulibus ad vrbem ſumus.

EPIST. XI.

† Conſidio Noniano) *Opinor deſignari* C. Conſidium Nonianũ, *qui in argenteo denario deſcriptus eſt.*

EPIST.

EPIST. XVIII.

✝ Tullius Tironi) *Videtur ſcribendum* M. Tironi, *quia manumiſſus Tiro à Cicerone, Marci patroni prænomen libertus aſſumpſit.*

EPIST. XXI.

✝ Antherum tibi commendo) *Delenda aſpirationis nota ex nomine* Antherum.

EPIST. XXII.

✝ Vna omnino interpoſitio difficilior eſt, quam ne ipſe quidem facilè legere ſoleo de quadrimo Catone.) *Faërnus nullam his verbis ineſſe mendum exiſtimabat, ſed ex Plutarchi auctoritate ita locum explicabat; vt ad Catonis factum referret, cùm in domo M. Druſi auunculi Trib. pl. Latinis petentibus ciuitatem, & ſe præcipitem illum daturos ioco minantibus, quadrimus conſtantiſſimè negauit: quod Ciceronem in laudibus Catonis non prætermiſiſſe veriſimile eſt in eo libro qui Cato minor inſcriptus fuit, ſed quia aut totam rem, aut aliquam partem interpoſuiſſet literis minutulis, id eſſe, quod ſcriberet, ne à ſe quidem facilè legi poſſe. Quadrimum verò fuiſſe tunc Catonem, cùm egit ea quæ Plutarchus ſcribit, colligere poſſumus ex ea ætate, qua mortuum Catonem Hiſtorici tradunt, & ex Druſi Tribunatus anno: Plutarchus quidem anno ætatis duodequinquageſimo, obiiſſe Catonem ſcribit, Appianus penè quinquageſimo, & Florus* XLIX. *Dion annum non refert ætatis, ſed mortis tempus reiicit in conſulatum C. Cæſaris tertium, &* M *Lepidi, hoc eſt, ſi Faſtos Capitolinos ſequimur, annum Vrbis* DCCVII. *Druſi Tribunatus fuit anno proximo ante bellum Marſicum L. Marcio Philippo, Sex. Iulio Cæſare Coſ. an.* DCIX. *vt in eiſdem Faſtis eſt, quibus accedit Ciceronis auctoritas in li.* II. *De legibus, Aſcon. in Corneliana, & Val. Max. lib.* IX. *Itaque ſi fingamus natum Catonem an. vrbis* DCCVII. *quinquennium explebit die natali an.* DCLXII. *& quinquageſimum annum die natali* DCCVII. *ſi mors fuit ante diem natalem eius anni, erat annorum* XLIX. *ſi ante diem natalem ea geſſit quæ Plutarchus refert in*

Druſi

Druſi Tri.pl e.domo, quadrimus Ca o ea geſſit. Quòd ſi fingamus natum an.vrb. DLIIX. *facilius dicemus in Tribunatu auunculi quadrimum fuiſſe, ſiue ageret quartum annum, ſiue excederet aliquot menſibus. mors verò incidet in* XLIIX *exactum, & penè quinquageſimum inchoatum. qua ratione Florus & Appianus cum Plutarcho conſentient, ſed & initium Tribunatus fuit ante Idus Decembris an.* DCLXI. *in quo veriſimile eſt hæc tum Catonem egiſſe, licet id Plutarchus non ſcribat.*

EPIST. XXIV.

† Sed S literas tuas exſpecto] *Vetus liber* ſed St literas tuas exſpecto.

FINIS.

Digitized by Google

GRÆCARVM VOCVM

QVÆ IN HIS EPISTOLIS inter legendum, Lectorem linguæ Græcæ imperitum morari poſſent, interpretatio Latina.

πολιτικώτερον, reip. peritiorem. Pag. 41.

κωμικὸς μάρτυς, comicus teſtis id eſt, non verus: vt aurum comicum. 47

ἐξοχὴ, excellentia. 68

εὐγένεια, generis præſtantia, ſeu bonitas. ibid.

παρ᾽ ἔμοιγε καὶ ἄλλοι, Οἵ κέ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς. Apud me ſanè & alij ſunt qui me honorabunt, maximè autem conſiliarius Iupiter, ſeu conſilio valens. ibid.

φιλαίτιος, accuſandi, ſeu criminandi cupidus. ibid.

Ἐπικούρειον, Epicureum. 74

εἰρωνεύεσθαι, diſſimulare, diſſimulanter loqui. 90.

εἰρωνευόμενος, diſſimulans, diſſimulanter loquens ibid.

γλαῦκα εἰς Ἀθήνας, Noctuam Athenas, ſcilicet porto. 150

Τῆς δ᾽ ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι, Ante virtutem, ſudorem poſuerunt dij immortales. 172

πολιτεύεσθαι, adminiſtrare rempublicam. 190

Νίκωνος περὶ πολυφαγίας, Niconis de edacitate. 198.

γέλωτα σαρδόνιον, riſum Sardonium. 201

δυσουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη, vrinæ & inteſtinorum difficultates. ibid.

δυσεντερίαν, inteſtinorum difficultatem, ſeu inteſtinorum morbum. ibid.

λιτότητα, frugalitatem, vel tenuitatem victus. ibid.

διάρροια, ventris profluuium. ibid.

χρήσει

χρήσει μὲν, vſu quidem. 204

κτήσει δὲ poſſeſſione verò. ibid.

ἀστεϊσμός... ἀστειότης: ἀντεξαστειλία,vrbanitas,vel comitas. 207

ἀκύθηρον,inuenuſtum,vel illepidum. ibid.

ἀμφιβολία,ambiguitas. ibid.

ὑπερβολὴ , ſermonis exſuperantia , ſeu ſuperlatio. ibid.

παράγραμμα,inuerſio literarum. ibid.

παρὰ προσδοκίαν,præter expectationem. ibid.

ἔντεχνα,artificialia. ibid.

σύνταγμα,opus. 213

διδασκαλίαν,doctrinam. ibid.

ἔωλος, obſoleta. 238

λεληθότως,latenter,vel obſcurè. ibid.

πολιτείας,ciuitatum gubernandarum rationes. 239

γλαῦκα εἰς Ἀθήνας,Noctuam Athenas. ibid.

περὶ δυνατῶν,de iis quæ fieri poſſunt. 240

κατὰ Διόδωρον κρίνειν, ſecundum Diodorum iudicare. ibid.

τῶν ἀδυνάτων, de numero earum rerum quæ fieri non poſſunt. ibid.

κρίσις,iudicium, ſeu iudicatio. ibid.

Χρυσιππεῖα,Chryſippeum. ibid.

κατὰ Χρύσιππον δυνατόν, quod ſecundum Chryſippum fieri poteſt. ibid.

σύν τε δύ' ἐρχομένω,ſimulque duo euntes. 243

ἀποπεμπόμενον,reiectum. ibid.

πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων, multi diſcipuli præſtantiores magiſtris. ibid.

ὀβελίζει,verſu notat,ac iugulat,vel delet. 246

τοῦ ποιητοῦ.poëtæ. ibid.

παρεμβεβλημένοι,inſerti,ſeu ſubdititij, vel inculcati. ibid.

συμβιωτήν,conuiuam,vel conuictorem. ibid.

ἀποφθεγμάτων , ſententiarum breuium & acutarum. 254

προεχειρομένας.al.προλεγόμενα , quæ præponi ſolent antè quàm quis diſputationem aliquam explicandam ſuſcipiat. 258

ὀψι-

ὀψιμαθεῖς, qui diſcunt iam grandes natu. ſeu, qui ſerò diſcunt. 260
ἀπόφθεγμα, breuis ſententia, & acuta. 261
ὁ σοφὸς, εὐθυῤῥήμων ἔσῃ, ſapiens, rectiloquus eris, id eſt, ſuo quamque rem nomine appellabis. 264
συμπόσια, compotationes. 265
σύνδειπνα, concenationes. ibid.
Κύρου παιδείαν, Cyri inſtitutionem. 266
ζήτημα, quæſtionem. 267
πτολίπορθον, vrbium euerſorem, ſeu expugnatorem. 283
ὄργανον, inſtrumentum. 321
σκιαμαχίαι, pugnæ vmbratiles, ſiue ſimulacra pugnæ. ibid.
λακωνισμόν, breuitatem ſermonis. 328
φιλοσοφούμενα, quæ à philoſophis tractantur ac diſputantur. 331
Παλτοί, proprium loci nomen. 348
πατρίδα τ' ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν, patriam meam magis amans. 351
εὐθυῤῥημονέστερος, liberior in loquendo & nimis liberè ſuo quamque rem nomine appellans. 356
πάντα περὶ πάντων, omnia de omnibus. 359
τυραννοκτόνοι, tyrannicidæ. 360
ὑπομνηματισμόν, decretum, vel monumētum. 372
ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν.
ὡς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα, ſed meum nunquam animum in pectore inflexit. nubes enim tegebat atra. 388
ἄλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ, ſtrenuus eſto; quò te & poſterorum, qui ſerò naſcentur, aliquis laudet. ibid.
ἀλλ' ἄγε πῶς μέμονας; οὐ δεῖ γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολέσθαι.
Μὴ μὰν ἀσπουδί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,
Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. Verum age, quo pacto cunctaris? non decet ſanè inglorium perire. Ne verò ſine ſtudio & ſine gloria

peream, ſed magnum quid cùm fecero, quod vel à poſteris audiatur. 389
Εὐριπίδου, Euripidis. ibid.
Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός, Sapientem odi qui ſibi ipſe non eſt ſapiens. ibid.
ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω, ſimul à fronte & à tergo. ibid.
αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων, ſemper ſtrenuè ſe gerere, & præſtantem eſſe aliis. ſeu, principem aliorum. ibid.
διοίκησιν, prouinciæ adminiſtrationem. 413
ὑποθήκας, hypothecas, pignora, quæ in rebus immotis conſiſtunt. 415
τρεῖς διοικήσεις, tres prouinciales adminiſtrationes diœceſes. 422
χολὴν ἄκρατον, bilem puram. 438
euſebe & philoromæum εὐσεβῆ, φιλορρωμαῖον, pium & amicum Romanorum. 449
κατ' εἰδώλων φαντασίας, ſecundum ſpectrorum viſiones, ſeu ſimulacrorum. 469
διανοητικὰς φαντασίας, in intelligentia poſitas viſiones. ibid.
εἴδωλα, ſimulacra, vel ſpectra, ibid.
εἴδωλον, ſpectrum, vel ſimulacrum. ibid.
αἵρεσιν, ſecta. 470
πάντα περὶ πάντων, omnia de omnibus, ſeu pro omnibus. ibid.
πρόσωπον πόλεως, perſonam ciuitatis. ibid.
ἀδέσποτοι, ſine autore, vel ſine domino. id eſt, incerti. 471
τὸ καλὸν δι' αὑτὸ αἱρετὸν, honeſtum propter ſeipſum eligendum, ſeu expetendum. Ibid. & 472
ἀκενόσπουδος, non ſtudens rebus inanibus. ſiue, abhorrens à ſtudio rerum inanium. ibid.
φλυάρους, nugas. ibid.
σπουδάζειν, ſeria ſcribere, vel res ſerias agere. ibid.
ἡδονὴν, voluptatem. 472
ἀταραξίαν, perturbationis vacuitatem, id eſt, animi

mi tranquillitatem. ibid.

τῷ καλῷ,bono & honeſto, ibid.

οὐκ ἔστιν ἡδέως,ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν, non poteſt iucundè viui,niſi honeſtè ac iuſtè viuatur. ibid.

φιλήδονοι,voluptatis ſtudioſi,ſeu cupidi. ibid.

φιλόκαλοι,καὶ φιλοδίκαιοι, honeſti amantes,& iuſtitiæ ſtudioſi. ibid.

ἀντιμυκτηρίσαι, viciſſim irridere, & ſubſannare. ibid.

κακοστόμαχος, malo ſtomacho,& imbecillo. 478

ἀκίνδυνα μὲν,χρονιώτερα δὲ,periculi quidem expertia,ſed diuturniora. 480

ψῦχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον,frigus autem tenui & macilento corpori inimiciſſimum, ſeu infeſtiſſimum. ibid.

ἔτυμον, veritatem,veram nominis originem. 482

κανὼν,regula. 488

ἄκαιρον, ineptum. ibid.

ἀφωμίλησα,me à colloquio ſegregaui. ibid.

διαφόρησιν, digeſtionem. ibid.

πέψιν,ἀκοπίαν,περίπατον σύμμετρον,τρῖψιν,εὐλυσίαν κοιλίας, concoctionem,quietem [ſeu,laboris ac laſſitudinis vacuitatem] deambulationem conuenientem , frictionem , ſolutionem alui. ibid.

συζητήσει, conquiſitione. 491

τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς,τάδε,quæ igitur ad nos pertinent,hæc ſunt. ibid.

διαῤῥήδην, apertè,diſertè. ibid.

σπουδὴ, ſtudium contentio. ibid.

συμφιλολογεῖν,vna commentari,vel, vnà in literis verſari. 492

πανικοῖς,repentinis & inanibus terroribus. 493

θορυβοποιεῖ, tumultum ciet, tumultum excitat. ibid.

γόνυ κνήμης,genu ſura,ſubintell. ἐγγύτερον, id eſt, propius. 494

CONSVLES QVI POST NATVM M. T. CICERONEM AD *finem vſque Liuianæ hiſtoriæ reip. Romanæ curam geſſerunt. Ex chronologia Caroli Sigonij.*

Anno vrbis 444. *quo ante III. Kalen. Ianuarij natum eſſe Ciceronem tradit Aulus Gellius lib.* 15. *c.* 28. *Conſules fuerunt,*

644	Q. Seruilius Cæpio	C. Atilius Serranus.
645	P. Rutilius Rufus	Cn. Manlius.
646	C. Marius II.	C. Flauius Fimbria.
647	C. Marius III.	L. Aurelius Oreſtes.
648	C. Marius IV.	Q. Lutatius.
649	C. Marius V.	M. Aquilius.
650	C. Marius VI.	L. Valerius Flaccus.
651	M. Antonius	A. Poſthumius.
652	Q. Metellus	T. Didius.
653	Cn. Lentulus	P. Craſſus.
654	Cn. Domitius	C. Caſſius.
655	L. Craſſus.	Q. Scæuula.
656	C. Cœlius	L. Domitius.
657	C. Valerius Flaccus	M. Herennius.
658	C. Claudius Pulcher	M. Perpenna.
659	L. Marcius	Sex. Iulius.
660	L. Iulius Cæſar	P. Rutilius Lupus.
661	L. Portius	Cn. Pompeius.
662	L. Sylla	Q. Pompeius.
663	L. Cornelius Cinna	Cn. Octauius.
664	L. Cinna II.	C. Marius VII.
665	L. Cinna III.	Cn. Papirius.
666	L. Cinna IV.	C. Papirius II.
667	L. Scipio.	C. Norbanus.
668	C. Marius	Cn. Carbo III.

669

669	M. Tullius	Cn. Dolab ella.
670	L. Sylla II.	Q. Metellus.
671	P. Seruilius	Ap. Claudius.
672	M. Lepidus	Q. Catulus.
673	M. Æmilus	D. Brutus.
674	Cn. Octauius.	C. Curio.
675	L. Octauius	C. Cotta.
676	L. Licinius Lucullus	M. Cotta.
677	M. Lucullus	C. Caſsius.
678	L. Gellius	Cn. Lentulus.
679	Cn. Aufidius	P. Lentulus.
680	M. Craſſus	Cn. Pompeius.
681	Q. Metellus	Q. Hortenſius.
682	L. Metellus	Q. Marcius.
683	Cn. Piſo	M. Glabrio.
684	M. Lepidus	L. Volcatius
685	C Cotta	L. Torquatus.
686	L. Cæſar	C. Figulus.
687	M. Cicero	C. Antonius.
688	D. Syllanus	L. Murena.
689	M. Pupius	M. Valerius.
690	Q. Metellus	Q. Afranius.
691	C. Cæſar	M Bibulus.
692	L. Piſo	A. Gabinius.
693	P. Lentulus	Q. Metellus,
694	Cn. Lentulus	L. Philippus.
695	Cn. Pompeius	M. Craſſus.
696	Appius Claudius	L. Domitius.
697	Cn. Domitius	M. Meſſala.
698	Cn. Pompeius	Q Metellus.
699	M Marcellus	Ser. Sulpicius.
700	L. Paulus	C. Marcellus.
701	L. Lentulus	C. Marcellus.
702	C. Cæſar	P Seruilius.
703	Q. Fuſius Catenus	P. Vatinius.
704	C. Cæſar	M. Lepidus.
705	C. Cæſar	Q. Maxlmus.
706	C Cæſar	M. Antonius.
797	Cn. Panſa	A. Hirtius

Digitized by Google

708	M. Lepidus	L. Plancus.
709	P. Seruilius II.	L. Antonius.
710	Cn. Domitius	C. Aſinius.
711	L. Cenſorinus	C. Caluiſius.
712	Ap. Claudius	C. Norbanus.
713	M. Agrippa	L. Caninius.
714	L. Gellius	M. Cocceius.
715	Sex. Pompeius	L. Cornificius.
716	M. Antonius	L. Scribonius Libo.
717	C. Cæſar	L. Volcatius.
718	Cn. Domitius	C Soſius.
719	C. Cæſar II.	M. Meſſalla.
720	C. Cæſar III.	M. Craſſus.
721	C. Cæſar IV.	Sex. Appuleius.
722	C. Cæſar V.	M. Agrippa II.
723	C. Cæſar VI.	M. Agrippa III.
724	C. Auguſtus Cæſar VII.	T Statilius.
725	C. Cæſ. Auguſtus VIII.	M. Silanus.
726	C. Cæſ. Auguſtus IX.	C. Norbanus.
727	C. Cæſ Auguſtus X.	Cn. Piſo.
728	M. Marcellus	L. Arruntius.
729	M. Lollius	Q. Lepidus.
730	M. Appuleius	P. Silius.
731	C. Sentius	Q. Lucretius.
732	Cn. Lentulus	P. Lentulus.
733	C. Furnius	C. Silanus.
734	L. Domitius	P. Scipio.
735	M. Druſus	L. Piſo.
736	Cn. Lentulus	M. Craſſus.
737	Tib. Nero	P. Quinctilius.
738	M Meſſala	P. Sulpitius.
739	P. Fabius	Q. Ælius.
740	Iulius Antonius	Q. Fabius.
741	Druſus Nero	T. Quinctius.

Hic cum Liuiana Hiſtoria finem habet ſupputatio Sigonij, quæ cùm nobis abundè ad rem præſentem eſſe viſa eſt, cum Sigonio ſimul modum inquiſitioni ſtatuimus.

101 1463393

Digitized by Google

Digitized by Google